


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE



JACOBI BERNOULLI, BASILEENSIS, OPERA.

Tomus Secundus.



GENEVÆ,
Sumptibus Hæredum CRAMER
& Fratrum PHILIBERT.

M. DCC. XLIV.

Ante N. LXVII, Pag. 665.

N°. LXVII.

NOTÆ
ET
ANIMADVERSIONES TUMULTUARIÆ
In Geometriam
CARTESII.

Editæ primum

Ad calcem Editionis Francofurtensis

Anno

1695.



NOTÆ ET ANIMADVERSIONES TUMULTUARIÆ In Geometriam *CARTESII*.

Num. LXVII.

IN LIBRUM I.

NOTA I.

Quomodo ad æquationes perveniendum ſit, quæ reſolvendis Problematis inſerviunt; de incog-

Num. LXVII. *incognitarum delectu, & de ordine in analysi tenendo.*

Pag. 3, ad literam G, & pag. 84, ad lit. R.



RIMUM, quod in resolutione alicujus Problematis faciendum præcipit Auctor noster, concernit quantitatum nomenclationem, in eo consistentem, ut lineæ omnes, quæ ad constructionem ejus necessariæ videbuntur, tam cognitæ quam incognitæ, literis quibusdam Alphabeti designentur. Et ne hoc promiscue fiat, adjicit in posteriori loco, delectu quandoque opus esse circa incognitas; cum plurimi sæpe referat, quænam accipiantur pro incognitis, ut operatio, quantum fieri potest, brevis atque facilis reddatur. Ubi Tyrones sequentia moneri operæ pretium ducimus: Primo, si inter quantitates cognitas nonnullæ sint, quæ a se mutuo dependeant, seu quarum una per alteram determinetur; tum licebit quidem initio operationis cuique peculiarem literam tribuere, at postmodum in calculi progressu, aut fine, literæ istæ varie invicem permutandæ sunt, nunc earum valores substituendo, nunc restituendo literas; prout animadvertimus, hoc vel illo modo quantitatum terminos abbreviatum iri. Deinde conducit nonnunquam expendere, non tantum qualis quantitas pro incognita accipienda sit, sed etiam quis præcipue ordo sit tenendus in analysi, ut quæsitum quam facillime obtineamus: sæpe enim eadem retenta quantitate incognita, una quam alia via incedendo operatio expeditior evadit. Utrumque facili aliquo exemplo declarabimus.

PROBLEMA.

Fig. 1. In semicirculo BMN, datis duorum arcuum BC & CE, sigillatim quadrante minorum, sinubus rectis CD & EF, quæritur sinus arcus compositi ex ipsis, nempe recta EG.

ANALY-

ANALYSIS.

Num. LXVII.

Ad hanc indagandam, ſunto Sinus totus AC $= a$, CD $= b$, EF $= c$, & EG $= z$; & quoniam prævideo neceſſarios quoque fore ſinus complementorum AD, AF & AG, voco inſuper AD, d; AF, e; & AG, y. Unde, cum ob æquales angulos ACD, AHG & FHE, triangula rectangula ADC, AGH & EFH ſint ſimilia; adeoque AD [d] ad DC [b] ut AG [y] ad GH, nec non AD [d] ad AC [a] ut EF [c] ad EH, reperiuntur GH $= by : d$, & EH $= ac : d$, ac proinde ſumma vel differentia utriuſque, hoc eſt, quæſita EG, ſive z, $= (ac \pm by) : d$, nempe $(ac + by) : d$ in ſiniſtro, & $(ac - by) : d$ in dextro quadrante. Jam quoniam ſinus complementorum AD, AF, & AG, ſeu d, e, & y, per ſinus rectos CD, EF, & EG, ſeu b, c, & z, ita determinantur, ut ſit $d = \sqrt{(aa - bb)}$, $e = \sqrt{(aa - cc)}$, & $y = \sqrt{(aa - zz)}$; hinc varie utor his valoribus ad quæſitum in terminis ſimpliciſſimis eliciendum: Primo ex æquatione tollo y, ut fiat $z = (ac \pm b\sqrt{(aa - zz)}) : d$ ſive $dz - ac = \pm b\sqrt{(aa - zz)}$, & eorum quadrata $ddzz - 2acdz + aacc = aabb - bbzz$, factaque convenienti tranſpoſitione $bbzz + ddzz - 2acdz = aabb - aacc$. Deinde ad contrahendam æquationem ſubſtituo aa loco $bb + dd$, fietque $aazz - 2acdz = aabb - aacc$; ubi quia addita utrobique $ccdd$, prior pars æquationis $aazz - 2acdz + ccdd = aabb - aacc + ccdd$, fit quadratum, extraho utrinque radicem, ut habeatur æquatio $az - cd = \sqrt{(aabb - aacc + ccdd)}$ ſive $z = (cd + \sqrt{(aabb - aacc + ccdd)}) : a$; ad quam porro abbreviandam pro $aa - dd$ pono bb, & reſultat $z = (cd + \sqrt{(aabb - bbcc)}) : a$, iterumque ee loco $aa - cc$; ſic tandem fiet $z = (cd + \sqrt{bbee}) : a = (cd + be) : a$, quæ ſimpliciſſima eſt expreſſio valoris z, quo indicatur ſinum quæſitum arcus compoſiti haberi, ſi aggregatum rectangulorum ſub ſinubus rectis datorum arcuum & ſinubus alternorum complementorum per ſinum totum dividatur.

Ut vero etiam conſtet alterum, quando diximus quod, eadem

Num. LXVII. quantitate incognita retenta, sæpe præstet hoc quam illo modo solutionem aggredi; observandum est, æquationem nostram immediate absque substitutione vel reductione prævia ad hos terminos perduci posse, si quæsitum sinum EG, non per partes EH, HG, sed per ipsas EL, LG investigemus, faciendo ut AC ad CD, seu a ad b, sic AF, seu e, ad FK, sive LG, quæ propterea erit $be:a$; iterumque ob similitud. Triang. ACD & FEL [utpote quorum utrumque Triangulo FHL simile est] ut AC ad AD, sive a ad d, sic FE, seu c, ad EL, quæ proinde fit $cd:a$; hinc enim statim habetur tota $EG = (cd + be):a$, ut antea. Ubi notare convenit, quod si vicissim ex datis sinubus EG, CD, inveniendus sit sinus differentiæ arcuum EF, compendiosior futura sit operatio, qua quæruntur partes GH, HE, quam qua partes GL & LE. Uterque autem modus ostendit, quæsitum sinum EF haberi, si differentia rectangulorum sub sinibus rectis datorum arcuum & sinubus alternorum complementorum per sinum totum dividatur.

NOTA II.

Non semper necesse est ad constructionem, omnes Problematis æquationes indeterminatas ad unam determinatam reducere; sed præstat quandoque Problema conficere per Loca quæ suppeditant indeterminatæ æquationes.

Pag. 4. ad lit. H, & pag. 150. seqq. CUM in Problemate aliquo determinato plures suppositæ fuerunt literæ incognitæ, totidemque repertæ æquationes, solet Auctor, priusquam ad ejus constructionem accedat, has æquationes varie tractando, ac inter sese comparando, eo reducere, ut tandem una tantum in æquatione litera incognita remaneat, & sic ex omnibus æquationibus indeterminatis una determinata resultet: quod

quod deinde Commentator ejus SCHOOTENIUS p. 150, exemplo cujusdam Problematis illustrat; ubi postquam ad duas æquationes indeterminatas $aa + xx + yy = 2dy$, & $aac - cxx - cyy = 2aby$ pervenisset, exinde tertiam determinatam $y = aac : (ab + cd)$ elicit, ac tum demum Problematis constructionem molitur. Ad quæ notare convenit, quod communiter quidem hoc sit optimum, ubi tertia hæc æquatio non multo magis est composita, quam duæ reliquæ; ut in allato exemplo contingere videmus: nam si animadverterem fore, ut ex reductione indeterminatarum emergeret aliqua valde composita & constructu difficilis; satius tum esset statim subsistere in indeterminatis, & Problema conficere per *Loca*, construendo unumquemque Locum, seu æquationem indeterminatam, seorsim, ut per mutuas utriusque intersectiones postmodum quæsitum obtineatur; præsertim cum ejusmodi constructiones ab ipsa quasi natura subministratæ videantur, & casuum varietatem, possibilitatem, limites; totamque indolem Problematis multo melius ob oculos ponant, quam illæ, quæ Auctoris methodo ex tertia demum æquatione longis ambagibus & insuperabili sæpe labore eliciendæ forent, quæque propterea coactæ potius & minus naturales jure merito censendæ; ut maxime & ipsæ proprie non aliter nisi per *Loca*, id est, per descriptionem duarum Linearum absolvantur. Num. LXVII.

His explicandis idoneum nobis exemplum suppeditat Problema illustre de quadrisecando Triangulo Scaleno per duas normales rectas, cujus analysis, quam hic brevitatis studio omittimus, inserta legitur *Actis Erudit. Lips.* m. Novemb. 1687 *. Apparet, hoc Problema duas conditiones includere, quarum una requirit, ut rectæ bisecantes Triangulum illud una quadrisecent; altera, ut bisecantes rectæ ad angulos rectos se decussent; quarum unaquæque, seorsim & abstracte ab altera spectata, Problema indeterminatum relinquit, peculiaremque æquationem subministrat, duas complectentem incognitas litteras x & y, quæ pro denotandis

* Supra N°. XXIX. pag. 328.

Num. LXVII. ſegmentis lateris duas quadriſecantium extremitates recipientis aſſumendæ fuerunt. Prior Æquatio, quæ quadriſectioni reſpondet; hæc eſt: $yy - 4ay + 4xy + \frac{1}{2}aa - 4ax + xx = 0$. Poſterior; quæ anguli qualitatem reſpicit, iſta: $4xxyy \pm 2aeyy \pm 2afxx \pm aaef = aadd$, ex quarum mutua collatione oritur tertia æquatio determinata octo dimenſionum, pluriumque membrorum; cujus conſtructionem ſi quis Auctoris methodo inveſtigandam ſuſciperet, non tantum per ſuperfluas & non naturales ambages incederet, ſed & opus immenſi fortaſſe laboris aggrederetur: cum contra facilis & expedita pateat via quæſitum conſequendi, abſque tertiæ æquationis ope, per ſolam conſtructionem Locorum jam repertorum, & quæ ipſa Problematis natura ad id negotii ſponte ſuggeſſiſſe videtur. Conſtat autem ex iis, quæ Auctor lib. 2 exponit, æquationem priorem denotare Locum ad hyperbolam; alteram ad curvam quandam tertii generis, ſeu ſectionibus conicis duobus gradibus altiorem; quarum deſcriptiones ita habent:

Fig. 2. *Conſtruct. Æquat. prioris.* Erecto ſuper baſe Trianguli cujuſvis AC quadrato ACXY, ductiſque diagoniis AX, CY, ſeſe decuſſantibus in S, triſecetur CS in T & V, centroque V, ac vertice T ad axem CT Hyperbola deſcribatur mTn, cujus tranſverſum latus ſit TS, & rectum ejus triplum CY. Dico, ſi ei intra quadratum applicetur quævis recta RF [rf] baſi CA perpendicularis, & huic ex parte A æqualis abſcindatur AD (Ad), puncta D & F (d & f) futura talia, ut ex illis duæ rectæ inflecti poſſint, quæ Triangulum propoſitum quadriſecent [quamvis ſubinde ad alios & alios angulos]; adeoque hyperbolam deſcriptam fore Locum prioris æquationis, quæ quadriſectionem reſpicit: $yy - 4ay + 4xy + \frac{1}{2}aa - 4ax + xx = 0$. Ad quod demonſtrandum, per punctum Hyperbolæ R agantur rectæ RZ, RP, parallelæ oppoſitis quadrati lateribus, & ſecantes diagonalem CY in L & l; nec non Rs perpendicularis diagonio CY; & per punctum V recta VI parallela lateri CX, ſecans ductam RZ in Q, baſin CA in t, & hyperbolam productam infra baſin in I: ponaturque AC $= a$, Rs $= p$, Vs $= q$, CD, hoc eſt PR, ſeu pL,

pL, aut pY $= x$, & AF, seu PY, vel Pl $= y$; adeoque LY $= x\sqrt{2}$, & lY $= y\sqrt{2}$. Quo facto erit ex natura hyperbolæ, rectangulum SsT seu Ss in sT, hoc est, $(q + \frac{1}{6}a\sqrt{2})$ in $(q - \frac{1}{6}a\sqrt{2})$, seu $qq - \frac{1}{18}aa$, ad quadr. Rs, seu pp, sicut TS ad CY seu 1 ad 3; adeoque, multiplicatis extremis & mediis, $pp = 3qq - \frac{1}{6}aa$. Porro, quoniam Ll bisecta est in s per rectam Rs, propter angulos ad s rectos, & semirectos ad L & l, ac proinde Ls $=$ sR $=$ sl, fiet sY, ceu semissis summæ rectarum LY & lY $= \frac{1}{2}(x + y)\sqrt{2}$, demtaque VY $= \frac{2}{3}a\sqrt{2}$ [ob CY $= a\sqrt{2}$] habebitur sV seu $q = \frac{1}{2}(x + y)\sqrt{2} - \frac{2}{3}a\sqrt{2}$: similiterque reperietur Rs vel $p = \frac{1}{2}$Ll, sive semissi differentiæ inter LY & lY $= \frac{1}{2}(x - y)\sqrt{2}$; qui valores literarum p & q, si in æquatione $pp = 3qq - \frac{1}{6}aa$ substituantur, dabunt æquationem: $yy - 4ay + 4xy + \frac{5}{2}aa - 4ax + xx = 0$, quæ prorsus convenit cum proposita, quam proin rite constructam esse constat. Addimus obiter: si ex juncta & producta Tt abscindatur Ti $=$ VI, erit juncta Vi hyperbolæ hujus asymptotos. Num. LXVII.

Constr. Æquat. poster. Demissa ex vertice Trianguli perpendiculari BK, & bisecta base AC in M, assumtoque in eadem puncto utcunque F ad partes ipsius C, abscindatur ad easdem partes recta AN tertia proportionalis ad AM & AF, ad oppositas vero ipsa KO tertia proportionalis ad KN & BK; ut & CD media proportionalis inter CM & CO: quo facto, si basi in puncto F normaliter applicetur recta FR $=$ AD, erit punctum R ad curvam optatam gRh, respondentem alteri æquationi, quæ anguli conditionem implet: $4xxyy \pm 2aeyy \pm 2afxx \pm aaef = aadd$; id est, erunt puncta D & F talia, ut per illa ductæ rectæ bisecantes Triangulum DE, FG, sese mutuo in H ad angulos rectos intersecent. Quod sic patet: Assumtis, præter supra memoratas quantitates, perpendiculari BK $= d$, segmento CK $= e$, & segm. AK $= f$ (plane ut in analysi Problem. loc. cit. *Act. Lips.* * factum fuit) habetur per constr. AN $= 2yy : a$, & KO $=$ *Fig.* 3. 4. & 5.

dd:

* Supra pag. 330. 331.

Num. LXVII. $dd:(2yy:a\pm f)$; adeoque CO $= dd:(2yy:a\pm f)\pm e$ [variantibus sc. signis, prout perpendicularis intra vel extra Triangulum, & ad hanc illamve partem basis cadit]: unde cum CM sit $\frac{1}{2}a$, erit $\frac{1}{2}a$ in $dd:(2yy:a\pm f)\pm e =$ rect. MCO $=$ [per const.] CD^2 [seu PR^2 in fig. 2] $= xx$; factaque reductione $4xxyy \pm 2aeyy \pm 2afxx \pm aaef = aadd$. Quod erat ostendendum.

Fig. 6. Eadem constructio non ineleganter sic variabitur: Ductis rectis $\alpha\varkappa$, $\delta\varphi$, ad angulos rectos sese decussantibus in β, abscindantur in iis rectæ $\beta\varkappa$ & $\beta\varphi$, quarum illa sit media proportionalis inter CM & CK, hæc inter AM & AK; factoque rectangulo $\alpha\beta\gamma\delta$ $=$ Triangulo dato ABC, jungantur rectæ $\delta\varkappa$ & $\alpha\varphi$; vel assumta harum alterutra ad lubitum, mediante rectangulo reperiatur altera, [nota, quod in fig. 4. recta $\beta\varkappa$ semicirculo super $\beta\delta$, & in 5ª $\beta\varphi$ semicirculo super $\beta\alpha$ descripto applicanda est; cætera vero peragenda, ut dictum;] quo facto, junctæ rectæ $\delta\varkappa$, $\alpha\varphi$, statim denotabunt ipsas x & y, abscindendas in base Trianguli pro quæsitis CD & AF, vel pro YZ & ZR in fig. 2, ad habendum punctum R quæsitæ Curvæ gRh. Et sic tot alia puncta hujus Curvæ reperiri possunt, quot alia rectangula dato triangulo sigillatim æqualia super rectis indefinitis $\alpha\beta$, $\beta\delta$ constituta fuerint; quæ rectangula omnia una opera determinantur, si per punctum γ inter Asymptotos $\beta\alpha$ & $\beta\delta$ describatur hyperbola $\iota\gamma\zeta$, ut ex natura hujus curvæ constat. DEM. Cum enim per constr. $\beta\varkappa$ sit $=\sqrt{\frac{1}{2}ae}$, & $\beta\varphi = \sqrt{\frac{1}{2}af}$, ponanturque $\varkappa\delta = x$, & $\varphi\alpha = y$; erit $\beta\delta = \sqrt{xx \pm \frac{1}{2}ae}$, & $\beta\alpha = \sqrt{yy \pm \frac{1}{2}af}$, adeoque rectang. $\alpha\delta$, id est, per constr. Triang. ABC, sive $\frac{1}{2}ad = \sqrt{((xx\pm\frac{1}{2}ae)\times(yy\pm\frac{1}{2}af))}$; qua reducta habetur $4xxyy \pm 2aeyy \pm 2afxx \pm aaef = aadd$, eadem æquatio cum illa, quæ construenda proponebatur.

Postquam sic ambæ curvæ mRn & gRh, quæ ambabus æquationibus indeterminatis singulæ singulis respondent, descriptæ & eidem figuræ adaptatæ fuerint, manifestum est, punctum ipsarum commune R, in quo se mutuo intersecant, utrique simul satisfacturum esse, ipsumque adeo Problema per illud penitus deter-

determinatum iri. Quocirca, demissa ex hoc puncto in basin trianguli perpendiculari RF, si huic æqualis abscindatur AD, erunt puncta D & F talia, ut si per illa ducantur rectæ DE, FG, triangulum datum seorsim bisecantes [quod quomodo fiat, in vulgus notum est] illud simul & quadrisecent, & se mutuo ad angulos rectos secent. Quod initio faciendum proponebatur. Num. LXVII.

Quod si Curvæ intra angulum rectum gCh nullibi se mutuo secuerint, nullam quoque illo casu Problema solutionem admittet: sic ut hinc totam Problematis naturam, possibilitatem, limites, determinationes, & casuum varietates, uno quasi obtutu perspicere liceat; quod ex alia constructione methodo Auctoris investigata difficulter cognosceretur. *

NOTA III.

De Ordinibus Curvarum æstimandis.

AUctor subinde confundere videtur duplicem Curvarum respectum, juxta quem considerari possunt Curvæ, quatenus vel *per ipsas aliæ*, vel *per alias ipsæ* construuntur; unde non satis sibi constat in distinguendis per certa genera Curvis, illasque quas modo ad diversa Linearum genera retulit [quod diversorum graduum æquationes *per ipsas* possent construi], mox iterum sub eodem gradu complectitur, quoniam ipsas vicissim *per eandem* construi posse animadvertebat. Quod ex pag. 11, sic ostenditur: Cum quæstio PAPPI in 12 lineis est proposita, pervenitur ad æquationem sex dimensionum; & cum in lineis 16, ad æquationem dimensionum octo, monente Auctore p. 25. Sed æquationes sex dimensionum ab ipso construuntur ope Curvæ, quæ ad Cubum adscendit, lib. 3^{tio} p. 97, pariterque æquationes octo dimensionum possunt construi per aliam, quæ assurgit ad Quadrato-quadratum. Quare cum ad construendum Problema in 16

Pag. 11. §. *Primo autem*, & pag. 24. §. *Caeterum.*

* Vide infra Notam XIII.

Num. LXVII. 16 lineis, Auctor requirat, pag. 11, Curvam *uno gradu* altiorem illa, qua construitur in lineis tantum 12, omnino colligendum videtur, quod illi propositum fuerit Curvas Cubicas & Quadrato-quadraticas ad duo diversa Linearum genera vel duos differentes gradus referre. Quemadmodum etiam concludi potest ex eo, quod habetur pag. 23, §. *Quod si*, ubi curvam EC, quæ per intersectionem Regulæ GL, & Lineæ CNK describitur, perpetuo diversi ab hac generis esse innuit, cum tamen ex calculo facile appareat, æquationem Curvæ EC nunquam plus una dimensione superaturam æquationem Curvæ CNK; adeo ut & hinc sequatur, Curvas ex. gr. trium & Curvas quatuor dimensionum ad duo diversa Linearum genera referendas esse. Et tamen ipsemet Curvas istas in paragr. statim subsequentibus non obscure, imo libro 2°, p. 21 & 24, alibique disertis verbis sub eodem gradu complectitur; sicut etiam illas Curvas, quæ ad Surde-solidum & Quadrato-cubum adscendunt, promiscue eidem Curvarum generi includit.

Ut itaque in re dubia certi quippiam statuatur, consultum fuerit Curvas ita distinguere, ut ipsarum gradus æstimentur ex numero dimensionum, ad quas ascendunt æquationes ipsarum naturam exprimentes; quo pacto Conchoidem Veterum Sectionibus conicis, non uno tantum, ut facit Dnus DES-CARTES p. 24, sed duobus gradibus altiorem constituimus, propter quatuor dimensiones, quas hujus Curvæ æquatio acquirit, ut ex *Commentario* apparet pag. 250. Nec ut aliter statuamus, persuadere nobis potest ratio ab Auctore allata pag. 24, dum regulam dari asserit, qua ad Cubum reducantur omnes difficultates, quæ adscendunt ad Quadrato-quadratum, & ad Surde-solidum omnes illæ quæ adscendunt ad Quadrato-cubum; alludens procul dubio ad id, quod lib. 3°. pag. 79, ostendit, ubi æquationem biquadratam in duas quadratas resolvere docet, quarum secundi termini per æquationem cubicam inveniantur. Etenim si mens Auctoris hæc sit [nec liquet quæ alia esse possit] Curvas quatuor dimensionum Curvis trium propterea non esse dicendas magis compositas, quod illæ possint construi inveniendo tantum radi-

radicem alicujus æquationis trium dimenſionum; ſequetur, quod Curvæ etiam quam maxime compoſitæ ſæpenumero ejuſdem generis habendæ cum ſimpliciſſimis; quotieſcunque enim quantitatum indeterminatarum altera unam tantum duaſve in æquatione dimenſiones obtinet, ſumpta ad lubitum altera, quæ plurium dimenſionum fuerit, poſſunt Curvæ puncta per ſolam regulam & circinum inveniri; adeo ut ſi conſtructionis ſimplicitas attenderetur, ejuſmodi Linea cum primi gradus Curvis connumeranda foret. Deinde notandum eſt, per accidens tantum fieri, ut Æquatio Biquadrata, p. 79, ad una dimenſione minorem, ſive Cubicam, reducatur, nec propterea in Quadrato-cubica, ut Auctor exiſtimat, pariter procedere debere; utpote quam eo ſenſu non ad Surde-ſolidam, ſed ad Æquationem 15 aut 10 dimenſionum perduxit HUDDENIUS lib. 1. de Red. Æquat. p. 488 & 489. Num. LXVII.

NOTA IV.

De infimi Ordinis curvis, per quas æquatio data poteſt conſtrui.

QUoniam Auctor in omnibus ſuis conſtructionibus Circulum adhibuit, qui Locus eſt duarum tantum dimenſionum; hinc factum, ut per Curvas cujuſque gradus conſtruere potuerit duntaxat æquationes duplo plurium dimenſionum, quam ſunt illæ, quibus earundem Curvarum natura exprimitur. Cum tamen oſtenſu perfacile ſit, quod cujuſlibet generis Curvæ aptæ ſunt ad conſtruendas æquationes tot dimenſionum, quot indigitat quadratum numeri dimenſionum, ad quas adſcendunt æquationes curvarum illarum naturam exprimentes. Ita per Curvas trium dimenſionum conſtrui poſſunt non ſolum æquationes bis trium, ſeu ſex, ſed ter trium, ſeu 9 dimenſionum; quales Auctori non poſſent conſtrui niſi ope Curvæ 5 dimenſionum, ut ex locis alleg. colligitur. Etenim ſi proponantur duæ æquationes indeterminatæ,

Pag. 11. §. eod. ſub finem, ad verba, *Excepto in* 13, & pag. 106.

Num. LXVII. tæ, puta $aay = x^3$, & $y^3 = bbx + c^3$; in quarum una y sit unius tantum & x trium dimensionum, in altera vero & y dimensionum totidem; atque valor ipsius y juxta priorem æquationem inventus substituatur in altera, manifestum, quod resultans æquatio $x^9 = a^6bbx + a^6c^3$, futura sit ter trium seu novem dimensionum, quæ per consequens mediantibus duabus Curvis, quibus duæ illæ indeterminatæ æquationes 3 dimens. respondent, construi poterit; adeo ut si peccatum sit censendum in Geometria [quod alicubi appellat Auctor] ad ejus constructionem Curvam magis compositam adhibere, ipsemet ab ejus labe haudquaquam immunis pronunciari possit, [de quibus fusius in *Act. Lips.* 1688, m. Jun. p. 329 *]. Id vitii jam olim animadverterat præclarus Geometra Gallus FERMATIUS, & post ipsum HIRIUS in Tractatu *de Constructionibus Æquationum*, ubi nobiscum agnoscit quod per Curvas trium dimensionum æquationes ad 9 usque dimensiones construantur, in eo tamen non minus culpandus, quod pro æquationibus altioribus, propriæ suæ in Dnum. DES-CARTES stricturæ velut oblitus, etiamnum ipse Curvas justo altiores adhibet, & verbi gr. pro construenda æquatione dimensionum 16, quæ juxta Regulam nostram ope duarum Curvarum 4 dimensionum construitur, Curvam 5 dimensionum requirit; quod equidem propterea facere coactus fuit, quia pro Curvarum altera perpetuo talem selegit, quæ æquatione *duobus tantum terminis* constante exprimitur [quemadmodum Dno. DES-CARTES erroris ansa fuit, quod pro illa Curvam *duarum tantum dimensionum*, sive Circulum adhibuit.] Nam si pro utraque tales assumantur Curvæ, quæ æquationibus exprimuntur ejusdem quidem gradus, at plurium, vel, si opus sit, omnium terminorum, nil obstare video, quo minus per illas æquatio proposita, etiamsi completa fuerit, construi possit: quoniam duæ ejusmodi æquationes locales plures simul differentes terminos complectuntur, ut facile ostendi potest, quam æquatio proposita determinata comprehendit; adeoque omnes quantitates cogni-

* Supra N°. XXXI. pag. 343.

cognitas, quæ in propoſita occurrunt, includere poſſunt. Sic duæ æquationes locales completæ decem dimenſionum plures ſimul continent differentes terminos, quam æquatio determinata & completa 100 dimenſionum continet; quod ſufficit ad oſtendendum, conſtructionem æquationis completæ 100 dimenſionum per duas 10 dimenſionum non eſſe impoſſibilem. Differentes autem voco terminos æquationum localium, in quibus altera vel utraque indeterminatarum literarum x & y diverſum numerum dimenſionum habet, ut $axyy$, bxy^3, $cxxyy$, qui tres differentes termini ſunt. Num. LXVII.

IN LIBRUM II.

NOTA V.

Curvæ tranſcendentales a Geometria non ſunt excludendæ.

SPiralis, Quadratrix, Cyclois, aliæque ejuſmodi Curvæ, quæ non ſunt algebraicæ, hoc eſt, nullis æquationibus algebraicis certi & definiti gradus poſſunt exprimi, ſed omnes æquationum gradus quaſi tranſcendunt, *tranſcendentales* inde appellatæ, ab Auctore noſtro in ſua Geometria non potuerunt non negligi, quoniam earum tractatio hujus regulis haudquaquam ſubjacet, ſed reconditioris cujuſdam Geometriæ fundamentis innixa eſt. Idem tamen interim jure vapulat Cel. Geometræ LEIBNITIO, quod Curvas iſtas propterea e cenſu geometricarum Linearum eliminaverit; cum non tantum plurimas magni momenti proprietates poſſideant, nullatenus cedentes iis, quibus cæteræ gaudent, ſed eas etiam vere geometricas exacteque demonſtrabiles. Cui non obſtat, quod motus quibus deſcribuntur, nullam inter ſe relationem habeant, quæ exacte menſurari poſſit; quandoquidem ob hanc rationem potius ex Mechanica repudiandæ forent, Pag. 18. lin. 7. a fine. *Verum enim vero*, & Pag. 38. §. *Ac proinde*.

Num. LXVII. quæ describendis seu construendis magnitudinibus occupatur; quam ex Geometria, quæ jam positarum & descriptarum affectionibus demonstrandis potissimum insumitur. Ut ipse alias, initio Lib. 2[di], contra Veteres argumentatus est Auctor, qui plerasque etiam algebraicas è Geometria exclusas voluerunt.

NOTA VI.

Error CARTESII *arbitrantis curvarum & rectarum linearum rationem nullo modo posse cognosci.*

Pag. 30. §. *Quemadmodum.* POpularis fuit antehac Geometrarum error, existimantium recti & curvi tam disparem esse naturam, ut ratio unius ad alterum ab hominibus nullo modo cognosci aut comprehendi valeat. Quibus hic assentire videtur sagacissimus Auctor noster, mutaturus haud dubie sententiam, si paucis annis fato suo supervixisset. Paulo enim post ejus obitum HEURATIUS *Batavus*, (quanquam primæ inventionis gloriam NELIO suo tribuant *Angli*) Curvæ æqualem rectam assignavit, edita anno 1659 ad SCHOOTENIUM Epistola, quæ ad calcem I[æ]. Part. hujus *Geometriæ* adjecta legitur. Ab illo vero tempore infinitæ aliæ diversorum generum Curvæ, modernorum industria, rectificationem nactæ sunt.

NOTA VII.

Methodus Tangentium CARTESII *promota.*

Pag. 40. §. K. Pag. 244 & Pag. 262 seq. MEthodus hæc, qua Auctor ad inveniendas Curvarum datarum perpendiculares seu tangentes, SCHOOTENIUS etiam ad *Maximi* & *Minimi* determinationem utitur, (quæque in eo consistit, ut duæ radices æquales in æquatione concipiantur,) ad

ad plura quoque alia Problemata, si dextre tractetur, adhiberi poterit, ad quæ alias Geometriam hanc haud facile extendi posse quis existimet. Et ne repetamus ea, quæ passim in *Actis Lipf.* m. Jan. & Mart. 1692 *, m. Jun. 1693, † & m. Octob. 1694 ‡, hanc in rem publicata prostant; lubet tantum uno alterove exemplo ostendere, quo pacto nonnunquam eadem methodo ex data tangentium, non modo rectarum, sed etiam curvarum conditione, ipsa vicissim proposita Linea inveniri debeat. Num. LXVII.

EXEMPL. PRIMUM: Proponatur invenienda Linea ACc, *Fig.* 7. quæ tangat vel tangatur ab infinitis Parabolis BCD, bDc, &c. super eodem axe AE constitutis, & vertices singulos B, b, &c. in singulis axis punctis, parametrosque AB, Ab, &c. distantiis verticum ab extremo ejus puncto A æquales habentibus. Ad lineam hanc investigandam cogitabimus, quod duæ quævis harum Parabolarum, ut BC, bc, se mutuo intersecare debeant alicubi citra quæsitam Lineam ACc; indeque vicissim colligemus, quod ex quovis citra lineam ACc dato puncto velut D, duæ ejusmodi Parabolæ inflecti possint, quæ parametros habeant verticum suorum distantiis ab A æquales, sed eo futuræ sibi propiores, quo punctum D quæsitæ lineæ ACc propius assumptum fuerit; ita quidem ut si hoc in ipsa linea ACc accipiatur (rectis AE, ED coordinatis ejus existentibus) ambæ Parabolæ prorsus sint coalituræ, junctis in communi puncto verticibus earum B & b, ipsaque tum æquatio ab AB vel Ab denominata duas æquales radices habitura: unde deinceps in Problemate pergere non erit difficile: Positis enim $AE = x$, $ED = y$, AB vel $Ab = s$, adeoque BE vel $bE = x - s$, habebitur, ex natura Parabolæ, rectang. ABE, vel AbE, seu $xs - ss = yy$, seu ED^2, ordinataque æquatione a litera s, $ss - xs + yy = 0$, quæ terminotenus comparata cum æquatione duarum radicum æqualium $ss -$

$2es$

* N°. XLVI, pag. 466. 471. & N°. XLVII, pag. 473, seq.
† N°. LVI. pag. 560.
‡ N°. LXII. pag. 638. seq.

Num. LXVII. $2es+ee=0$, dabit $y=e$, & $x=2e$, ac proinde $x=2y$, quod indicat Lineam quæſitam ACc rectam eſſe, rationemque abſciſſæ ad applicatam conſtanter duplam. Addimus, quod tametſi loco ſimplicium Parabolarum, proponatur ſeries Paraboloidum, vel Cubicorum, vel Biquadraticorum, vel cujuſvis altioris gradus, Linea ipſas omnes tangens nihilominus recta invenitur, ratione tantum inter abſciſſam & applicatam variante.

Fig. 8. EXEMPL. SECUNDUM: Sit porro invenienda Curva GHhK, quæ tangat omnes Parabolas, quas globi bellici in ſingulis mortarii elevationibus ex puncto F conſtante vi exploſi deſcribunt. Ad hujus Problematis ſolutionem, ex arte Baliſtica ut demonſtratum ſupponimus, quod globi, vi nitrati pulveris projecti, aut miſſilia quævis in aere Parabolas deſcribunt, quarum altitudines ſupra planum horizontis ſint in duplicata ratione ſinuum angulorum elevationis tormenti. Quo poſito, conſidero quod duæ quævis harum Parabolarum FMP, Fmp, quæ curvam quæſitam tangunt in H & h, ſeſe neceſſario alicubi intra eandem ſecent; adeoque etiam reciproce, quod ex quovis intra illam dato puncto, velut O, duæ diverſæ Parabolæ duci poſſint, quæ præſcriptam tangant, præterquam quando punctum O in ipſa curva GHK aſſumptum fuerit; quo caſu ambæ Parabolæ in unam coaleſcent, æquatis earum tum amplitudinibus FP & Fp, aut amplitudinum ſemiſſibus FL & Fl, tum altitudinibus LM & lm. Unde rurſus calculum proſequi non arduum erit. Eſto namque altitudo jactus perpendicularis $FG=a$, $FL=s$, $LM=t$, $FN=x$, $NO=y$, & ducatur FR tangens Parabolam FMP in F & occurrens axi LM in R; fietque propter Parabolam $LR=2t$, & $FR=\sqrt{(ss+4tt)}$: quare cum tangens FR repræſentet lineam directionis mortarii ſeu globi, eo momento quo ex mortario egreſſus Parabolam deſcribere incipit, erit, per Lemma præſuppoſitum, FG ad LM, ſeu a ad t, ut quadratum ſinus totius FR ad quadratum LR ſinus anguli LFR, ſive ut $ss+4tt$ ad $4tt$; unde manat $ss=4at-4tt$, æquatio prior, quæ poſitionem curvarum FMP, Fmp determinat. Rurſus ut LM ad QM ſive t ad

t ad $t - y$, ita FL² ad QO², hoc eſt, ss ad $xx - 2xs + ss$; ac proinde $yss - 2txs + txx = 0$, æquatio altera, quæ naturam Parabolarum reſpicit. Harum duarum æquationum beneficio eliminetur alterutra litera s vel t, puta t, ut habeatur æquatio Num. LXVII.

$$ss - \frac{x^3 + 2axy}{xx + yy}s + \frac{axxy + \frac{1}{4}x^4}{xx + yy} = 0,$$ in qua quia litera s duos æquales valores habere concipitur, comparetur ipſa cum æquatione $ss - 2es + ee = 0$, ut ſupra; vel quia æquatio duarum duntaxat dimenſionum eſt, quærantur, per doctrinam pag. 7, ejus ambæ radices, nempe $s = (\frac{1}{2}x^3 + axy \pm xy\sqrt{(aa - ay - \frac{1}{4}xx)}) : (xx + yy)$, quæ cum æquales eſſe nequeant, niſi quantitas poſt ſignum radicale evaneſcat, ſequetur $aa - ay - \frac{1}{4}xx = 0$, quod arguit lineam quæſitam GHK itidem Parabolam exiſtere, cujus vertex G, axis FG, baſis FK dupla FG, & latus rectum ipſius FK duplum.

Notandum hic primo, quod ſi infinitæ hæ Parabolæ, quarum communis tangens quæritur, aliam quamcunque poſitionem habere concipiantur, verbi gr. talem, ut ipſarum vertices exiſtant in linea recta, aut in circumferentia circuli, aut in alia quavis curva data, prior tantum duarum præcedentium æquationum $ss = 4at - 4tt$ variabit; præterquam cum ſunt in Ellipſi, cujus axis minor FG majoris eſt ſemiſſis; quoniam enim ipſa hæc Ellipſis æquationis noſtræ Locus eſt, non differet eo caſu Parabolarum poſitio a præſente. Si vero quæſtio proponatur etiam in aliis curvis quam Parabolis, tunc & altera æquatio variabit; adeo ut hinc generaliter conſtet, quo pacto quibuſlibet lineis poſitione datis, alia invenienda ſit Linea, quæ ipſas omnes tangat, vel ab iis tangatur.

Deinde etiam ſciendum eſt, quod idem Problema ſub alia adhuc forma proponi poſſit hunc in modum: Quæritur, qualis ſit curva, quæ jungit omnia puncta G, h, K, eorum quæ globi ex F conſtante vi exploſi in planis acclivibus FG, Fh, FK, attingere poſſunt remotiſſima. Problematis enim hujus identitas cum præcedente hinc pateſcit, quod ducta Parabola Fmhp, quæ cur-

Num. LXVII. vam supra repertam GhK tangat in ipso puncto h, in quo eam secat planum Fh, omnes aliæ ex F eductæ Parabolæ curvam GhK alibi quam in puncto h tangere debebunt, proindeque cum totæ intra eandem jaceant, planum Fh necessario citra punctum h secabunt. Quæ quidem consideratio hunc usum præbet, ut inveniri possit angulus elevationis mortarii, e quo jactus globi in dato plano inclinato Fh fiat omnium longissimus; uti maximum esse constat in plano horizontali FK, si fiat explosio sub angulo 45 gr. id quod in re militari usum quandoque non contemnendum habere potest. Etenim, cum ob angulum datum nFh, nota sit ratio lateris Fn ad nh, seu x ad y, (quæ ponatur ut a ad b) habebitur $ay = bx$, quod substitutum in æquatione $s = (\frac{1}{2}x^3 + axy) : (xx + yy)$ valorem unius radicum æqualium ipsius s denotante, gignit $s = (\frac{1}{2}aax + aab) : (aa + bb)$; in æquatione vero $aa - ay - \frac{1}{4}xx = 0$ suffectum exhibet $\frac{1}{4}xx = -bx + aa$, ac proinde $\frac{1}{2}x = -b + \sqrt{(aa + bb)}$; quo valore porro surrogato in æquatione modo inventa $s = (\frac{1}{2}aax + aab) : (aa + bb)$, habebitur $s = aa : \sqrt{(aa + bb)}$, & hoc denique substituto in æquat. $ss = 4at - 4tt$ ad habendum $2t$, fiet $2t = a + ab : \sqrt{(aa + bb)}$. Quare tandem cum FL, seu s, sit ad LR, seu $2t$, hoc est, $aa : \sqrt{(aa + bb)}$ ad $a + ab : \sqrt{(aa + bb)}$, ut sinus totus a ad tang. ang. LFR, erit tangens ista $b + \sqrt{(aa + bb)}$. Quod innuit, tangentem anguli quæsitæ elevationis mortarii esse aggregatum tangentis & secantis anguli inclinationis dati plani nFh: quod investigandum erat.

NOTA VIII.

De Circulo curvam osculante, simulque tangente ac secante.

Pag. 44, ad verba, *Tangat ibidem curvam lineam CE, nec ipsam secet.*

SUbintellige: *nisi forte osculetur.* Fieri enim potest, ut recta PC curvæ perpendicularis sit, & tamen circulus centro P per C descriptus, curvam in C non tangat, sed secet: nempe si concursui

cursui duarum intersectionum sive contactui tertia intersectio accesserit, & sic id quod *Osculum* dicitur, effecerit. Eadem cum restrictione est intelligendum, quod in sequenti paragrapho habetur, ubi asseritur, æquationem, per quam invenitur linea CM, vel MA, continere debere duas radices inæquales, si circulus curvam lineam in C secet: hoc enim tantum de simplici curvarum sectione valet, non de composita, quæ ex trium pluriumve simplicium concursu coaluit, totidemque radicum æqualium index est. Neglexit vero Auctor hanc restrictionem, quod ejus tempore nihil adhuc expliciti de natura Osculorum notum fuerat, quæ demum acutissimo Geometræ LEIBNITIO distinctius considerari, mox etiam aliis plenius excuti & ventilari cœpit; qua de re fusius in *Actis Lips.* mens. Jun. 1686, Mart. & Sept. 1692 *, & Jun. 1693 †. Interim tamen verum est, hac animadversione non everti fundamentum methodi Auctoris, quippe quod in eo tantum positum est, ut cum recta PC curvæ perpendicularis est, saltem duæ radices æquales in æquatione adsint: adsunt autem hæ, sive circulus tangat curvam, sive osculetur; cum tres pluresve radices æquales duas non excludant, sed includant. Num. LXVII.

NOTA IX.

Quando secunda Ovalis CARTESII *transeat in Circulum, & qualem?*

QUoniam non definitum nec demonstratum extat, in quem Circulum transeat secunda hæc Ovalis, quando FA, AG, & 5A, A6, in eadem ratione sunt; utrumque hic loci supplebimus: utemur autem signo $==$ ad indigitandam proportionalitatem quatuor magnitudinum, quibus interseritur, ut discursum utcunque contrahamus. Pag. 52, & 270. ad lit. OO.

In recta FG abscindatur ad partes G recta AX, quæ sit quarta Fig. 9.

* Supra N°. XLVII. pag. 473, seq. & N°. LV. pag. 543.
† N°. LVI. Art. II. pag. 559.

Num. LXVII. ta proportionalis ad AF — AG, AG, & 2FA, ductisque ad commune punctum 2 curvæ A 2 rectis F2, A 2, G2 & X2, demittatur ex illo perpendicularis 2P. Quo facto, cum A5 : A6 = AF: AG, [*per hyp.*] erit permutando A 5 : AF = A 6 : AG, seu AS [per V. 7.]; componendoque F5 : AF = S6 : AG, hoc est, F2 : AF = G2 : AG. Quare tum angulus F2G bisectus est per rectam A2 [VI. 3], tum etiam rect. F2G : rect. FAG = quadr. F2 : quadr. FA [VI. 22]; unde dividendo rect. F 2 G — rect. FAG [sive quadr. A 2 *per Theor. part. post.* Geom. *pag.* 370.]: rect. FAG = quadr. F2 — quadr. FA : quadr. FA, rursumque permutando quadr. A2 : quadr. F2 — quadr. FA = rect. FAG: quadr. FA = AG : AF, [VI. 1], & convertendo quadr. A 2 : quadr. F2 — quadr. FA — quadr. A2 [sive 2 rect. FAP *per* II. 2] = AG : AF — AG = [*per constr.*] AX : 2FA = rect. XAP: rect. 2FAP [VI. 1]. Quocirca rect. XAP = quadr. A2 [V. 9]; ac proinde XA : A2 = A2 : AP [VI. 17] hoc est, in Triangulis XA2, 2AP, latera circa communem angulum A sunt proportionalia. Ergo Triangula similia [VI. 6]. Ergo cum angulus ad P sit rectus, erit etiam angulus A 2 X rectus; igitur in semicirculo [III. 31]. Peripheria ergo circuli est Curva A 2 X, ejusque diameter recta AX. Quod determinandum demonstrandumque erat.

NOTA X.

Ovalis primi & tertii generis in rectam, secundi in hyperbolam, quarti in ellipsin abire potest.

Pag. 55. lin. 11. *Quod si vero, &c.* QUod positis A5 & A6 lineis æqualibus, Ovalis primi & tertii generis abeat in Lineam rectam, secundi in Hyperbolam, quarti in Ellipsin, ita facile ostenditur: Quia per constr. AR vel AS = AG, vel AH, & per hypoth. A6 = A5, erit demtis

demtis additisve æqualibus, *In I & III Ovali:* R6, vel S6 = G5, vel H5; quare circulus, centro G vel H, radio R6 vel S6, descriptus alterum centro F per 5 descriptum in ipso puncto 5 continget. *In II Ovali*: S6 [hoc est, per construct. G2] = AG + A5; & *in IVta*, R6 sive H4 = AH — A5; utrobique vero F5, hoc est, F2 vel F4 = FA + A5. Unde patet differentiam rectarum F2, G2, differentiæ ipsarum FA, GA; nec non summam F4 + H4, summæ FA + AH æquari. Constat autem aliunde, illam *Hyperbolæ*, hanc *Ellipseos* proprietatem existere. Num. LXVII.

NOTA XI.

Lens hyperboliformis radios lucis [homogeneos] *accurate colligens in unum punctum.*

QUoniam enim, per hyp. $d - e$ est ad e, sicut g ad AM, seu x, erit componendo d ad e, sicut $g + x$ ad x, hoc est, sicut differentia rectarum GC & GA ad AM; ac proinde per naturam harum Ovalium AM sive AH — HM debet etiam æquari differentiæ ipsarum AH & HC, hoc est, HC debet esse = HM, quod fieri nequit, nisi focus H infinite distet a puncto C vel M, lineaque CH ipsi AM parallela fiat; quo casu curvam AC Hyperbolam evadere constat per ea, quæ pag. 274 a SCHOOTENIO demonstrata sunt. Idem etiam simili modo de altera curva CY ostendetur. Quod si vero linea AM major minorve inveniatur quam $ge : (d - e)$, haud absimili ratiocinio colligitur, focum H finito intervallo a puncto C vel M ad dextram sinistramve ejus statuendum esse, quod arguit curvam AC primi tertiive generis Ovalem esse, plane ut Auctor asseruit. Pag. 65. lin. 5. *Et denique si AM, &c.*

Num. LXVII.

NOTA XII.

De Focis linearibus, seu Lineis causticis & dia-causticis.

Pag. 65. §. *Possem quoque.*

SUperflua hæc est limitatio Auctoris; potest enim Problema generaliter confici, qualiscunque sit data vitri superficies, ut bene animadversum ab Ill. HUGENIO in *Tractatu de Lumine* pag. 113. Quemadmodum etiam circa totam materiam opticam, quæ in hoc secundo libro pertractatur, multo universaliora nunc detecta habentur, postquam a Geometris, præter puncta solitaria, quæ Focos appellarunt, integræ cœperunt considerari Lineæ, a radiorum reflexorum & refractorum concursibus formatæ, quas Cel. Dn. LEIBNITIUS apposite Focos Lineares, alii Causticas ac Diacausticas nuncupare solent. De harum linearum affectionibus legi merentur ea quæ passim in *Actis Erud. Lips.* prodierunt, præsertim quæ habentur mens. Mai. 1692, & Jun. 1693 *, ubi non tantum fundamentum omnium Ovalium *Cartesianarum* exponitur, & reliquorum inventorum fons aperitur, sed & plurima alia scitu jucunda atque utilia exhibentur. Quomodo vero etiam præsentis Problematis constructio ex iisdem possit elici, haud obscurum est, si consideremus, illo nihil aliud præcipi, quam ut data linea curva reperiatur alia, cujus diacaustica ex dato puncto conveniat cum datæ diacaustica ex alio dato puncto. Quod consequi poterimus, si quæramus prius Curvam, cujus Evoluta (hæc autem quid sit, ibi vide) conveniat cum diacaustica datæ curvæ ex dato puncto, & deinde illa mediante aliam, cujus diacaustica ex altero dato puncto cum inventæ evoluta coincidat. Quorum utrumque per ibi tradita facillimo negotio effectui dare licet, modo datæ curvæ rectam perpendicularem inveniri posse concedatur.

IN

* N°. XLIX, pag. 491. seq. & N°. LVI, pag. 549. seq.

IN LIBRUM III.

Num. LXVII.

NOTA XIII.

De simplicissima Problematis construendi ratione.

Pag. 67. §. *Tametsi.*

SI sola Dni. DES-CARTES auctoritate standum sit, e pluribus Curvis, per quas aliquod Problema construi potest, semper illa eligenda venit, quæ generis est simplicissimi; ut maxime constructionem & demonstrationem Problematis multo impeditiorem reddat, quam alia, quæ uno alterove gradu magis composita est. At si asserti rationes desideremus, altum silentium. Et sane, cum totum negotium geometricum, vel manuum, vel mentis operatione absolvatur, illa constructio omnium optima censebitur, quæ utramque præ cæteris facilitat: quicquid sit de curvæ genere graduve, cujus ope hæc constructio peragitur. Nam quanquam curva gradus altioris quiddam forte habeat in natura sua magis compositi, quam alia inferioris; ratiocinium tamen, quo id colligimus, in constructione Problematis non attenditur, sed tanquam jam antea factum supponitur; & nunc solummodo spectatur curvæ descriptio, ejusque ad optatam constructionem applicatio, quæ nonnunquam, vel ipso fatente Auctore, facilior simpliciorque existit, quam si alia inferioris generis curva assumeretur. Exemplum ejus rei illustre habemus in Problemate *Quadrisectionis Trianguli Scaleni per duas normales rectas*, quod supra * construximus ope Hyperbolæ & Curvæ alicujus 4 dimensionum, tametsi duabus curvis trium idem præstari potuisset in hunc modum: Attollatur æquatio 8 dimensionum, quæ ambas Problematis conditiones includit, facta multiplicatione per x, ad 9 di-

* Nota II. pag. 671. seq.

Num. LXVII. 9 dimensiones, & sublato secundo termino reducatur ad hanc formulam: $x^9 . * m x^7 . n x^6 . p x^5 . q x^4 . r x^3 . s x x . t x . v = 0$; tum sumpto ad lubitum Loco aliquo 3 dimens., puta Parabola Cubica, quæ exprimitur per $a a y = x^3$, substituatur valor iste ipsius x^3 in 5 vel 6 primis terminis æquationis propositæ 9 dimensionum: sic habebitur pro Loco altero æquatio indeterminata $a^6 y^3 . a^4 m x y y . a^4 n y y . a a p x x y . a a q x y . a a r y$ [vel $r x^3$] $s x x . t x . v = 0$, quæ itidem trium tantum dimensionum existit. Ubi apparet, quod etiamsi methodus ista resolvendi æquationem propositam in duo Loca, multoties expeditior sit, constructionesque longe faciliores suppeditet illa, qua Dn. DES-CARTES uti solet, fieri tamen potest, ut facta substitutione coefficientium æquationis propositæ loco literarum m, n, p, &c. Locus iste $a^6 y^3$. &c. fiat constructu tam difficilis, ipsaque demonstratio tam impedita & coacta, ut nemo non præferendam videat nostram constructionem, ad quam insuper ipsa Problematis natura sponte quasi nos deduxit, ut maxime 4 dimensionum curvam postulet.

Sed & hoc denique addere non pigebit, quod si curvarum simplicitati nolimus scrupulosius inhærere, possimus unamquamque æquationem generaliter & facillime constructam exhibere, mediante curva aliqua, quæ licet tot dimensionum sit quot habet æquatio proposita, ejus tamen omnia puncta per solas lineas rectas inveniri possunt. Modus talis est: Primus æquationis terminus adæquetur reliquis, dein dividatur tota æquatio per potestatem radicis proxime inferiorem maxima, ut radix ab una parte sola habeatur; quemadmodum si proposita sit æquatio $x^5 = a x^4 + b b x^3 - c^3 x x - d^4 x + e^5$, fiat divisio per x^4, ut proveniat $x = a + b b : x - c^3 : x x - d^4 : x^3 + e^5 : x^4$; tum assignato in recta indefinita AB puncto A, abscindatur ex illa arbitraria AB, quæ vocetur x, & quærantur tertia proportionalis ad hanc x & b, quarta ad x & c, quinta ad x & d, &c. eæque omnes, una cum quantitate a, pro signorum + & — varietate, sibi mutuo addantur demanturve, & quæ provenit recta BC normaliter applicetur ipsi AB in puncto B; sic erit punctum C ad curvam desideratam CC. Ducta enim recta AC, quæ cum ipsa AB angulum semi-

Fig. 10.

ſemirectum conſtituat, curvamque in punctis C, C ſecet, deſignabunt demiſſæ ex illis perpendiculares CB, CB, omnes radices propoſitæ æquationis: quod ex ipſa operatione per ſe manifeſtum eſt; quandoquidem recta BC, quatenus ad curvam applicata eſt, æquatur per conſtructionem quantitati $a + bb : x - c^3 : x^2 - d^4 : x^3 + c^5 : x^4$, eademque, quatenus eſt ſubtenſa anguli ſemirecti, æquatur ipſi AB, ſeu x. Sciendum vero etiam eſt, quod idem liceat conſequi, ſi loco primi termini æquationis quivis alius cæteris adæquetur. BARROWIUS celebris Geometra *Anglus* in *Lect. Geom.* pag. 145. homogeneum comparationis, ſeu ultimum terminum, reliquis adæquare ſolet. Sed & infinitis propemodum modis iſta variari poſſunt. Et habent ſane hujuſmodi conſtructiones in limitum, maximorum item & minimorum determinationibus, aliiſque, ſuos uſus, qui in aliis conſtructionibus vix locum habere poſſunt. Num. LXVII.

NOTA XIV.

De æquationum ſuperiorum generatione per multiplicationes inferiorum.

POſſet aliquis Tyro, vel Tyrone major, hic quærere, cur ad explicandam æquationum generationem & naturam quantitates adæquandæ ſint nihilo, priuſquam multiplicentur, & cur non potius ita ſtatim liceat arguere: Quia $x = 2$, iterumque $x = 3$, erit facta multiplicatione æqualium x & 3 per æqualia x & 2, productum $xx = 6$; quæ diverſa plane eſt æquatio ab illa, quæ invenitur multiplicando $x - 2 = 0$ per $x - 3 = 0$. Ad hunc ſcrupulum ſibi eximendum, ſcire debent Analytices ſtudioſi, recte quidem colligi hoc ratiocinio, quod x, qua eſt 3, multiplicatum per x, qua eſt 2, hoc eſt, xx faciat 6; at ſic quantitatem xx ſpectari ut rectangulum duorum valorum inæqualium, ſecus atque accipitur in æquationibus ex Problematis vel Theorematis alicujus reſolutione ortis, ubi ſemper denotare ſolet qua- *Pag. 69. §. Sciendum.*

Num. LXVII. dratum unius ejusdemque valoris. Quo etiam sensu venit in modo formandi æquationes, quem hic præscribit Auctor. Posito namque $x = 3$, vel $x - 3 = 0$, si multiplicetur $x - 3$ per quamcunque quantitatem, velut per $x - 2$, sequitur productum $xx - 5x + 6$ nihilo æquale fore, cujuscunque valoris ponatur x in quantitate $x - 2$, adeoque terminum xx non minus ternarii quadratum, quam quodvis aliud rectangulum innuere posse. Quod similiter quoque de quadrato binarii est intelligendum, sicubi insuper posuerimus $x = 2$.

NOTA XV.

Cautio adhibenda in æquationum præparatione ad constructionem.

Pag. 74. lin. 7. Et insuper, ut quantitas cognita tertii termini quadrato semissis secundi major sit.

INter alia, quæ ad æquationum præparationem ab Auctore requiruntur, ista quoque conditio adjecta est, ut usui postmodum esse possit in construenda æquatione sex dimensionum $y^6 - py^5 + qy^4 - ry^3 + syy - ty + v = 0$, prout ex seq. pag. 97 & 98 videre est. Etenim si quantitas cognita tertii termini q minor poneretur quam $\frac{1}{4}pp$ quadratum semissis secundi, fieri posset ut constructio secundum regulam Dni. DES-CARTES instituenda redderetur impossibilis; utpote secundum quam Parabola describenda est, cujus Parameter sit $= \sqrt{(t : \sqrt{v} + q - \frac{1}{4}pp)}$.

NOTA

NOTA XVI.

Num. LXVII.

Transformatio æquationis datæ in aliam, cujus terminus quilibet coefficientem habeat datæ magnitudinis.

GEneraliter quantitas cognita seu coefficiens cujuslibet termini æquationis propositæ $x^4 : px^3 . qxx . rx . s = 0$, transmutabitur in aliam datam a, multiplicando radices æquationis, juxta doctrinam pag. 75, per $a : p$, si sit coefficiens secundi termini, quem transmutare velis; aut per radicem quadratam ex $a : q$, si sit coefficiens tertii; aut per radicem cubicam ex $a : r$, si quarti; aut per quadrato-quadratam ex $a : s$, si quinti; & ita consequenter, si plures termini adfuerint.

Pag. 76. §. *Quæ Operatio.*

NOTA XVII.

Dividendo æquationem datam per binomium, quod illius radicem esse suspicamur, cur juvet divisionem incipere a termino ultimo.

CUr Auctor divisionem incipere jubeat a fine, ratio est, quia si fieri non possit, tum id plerumque initio statim operationis cognoscitur. Ex. gr. Examinaturus, num æquatio $y^6 - 8y^4 - 124yy - 64 = 0$, dividi possit per $yy + 8$; divido primum -64 per $+8$, & habeo -8, factaque per yy multiplicatione $-8yy$, quæ subtracta ex $-124yy$ relinquunt $-116yy$. Hoc vero quia non amplius per 8 sine residuo dividi potest, confestim concludo, divisionem per hoc binomium $yy + 8$ succedere non posse; quod alias facto initio ab y^6 non constitisset, nisi postquam tota operatio ad finem perducta fuisset.

Pag. 77. §. *Incipio ab ultimo termino.*

Num. LXVII.

NOTA XVIII.

Problemata Solida, quomodo per exiguam aliquam Sectionis Conicæ particulam construantur.

Pag. 85. lin. 14. *aut etiam per ipsarum particulam aliquam.*

QUomodo Problemata Solida per exiguam aliquam portionem Sectionis Conicæ construi possint, cum Auctor id non exponat, paucis hic indicare operæ pretium duximus. Primo quia data est Sectionis portio, dabitur quoque vertex Sectionis [*Vid.* MYDORG. *Conic. lib.* 4. *prop.* 34.], ejusque axis, & ab extremitatibus Sectionis demissæ in axem perpendiculares, quarum major vocetur a & minor b. Deinde per regulas Dni. DE BEAUNE, quas secundæ Parti *Geometriæ* hujus insertas legimus, quærantur Limites æquationis propositæ, considerando num cadant intra perpendiculares a & b, nec ne: nam si intra illas cadant, hoc est, si uterque limes minor sit quam a, & major quam b, perspicuum est æquationem absque ulteriori reductione per regulas, quas hic mox subjungit Auctor, construi posse. At si limitum alteruter, vel uterque, cadat extra a & b, sive major sit quam a, aut minor quam b, tum perpendendum porro est, utrum ab æqualitatis ratione magis minusve recedant quam perpendiculares a & b; & si magis, eousque saltem coarctandi sunt, donec ad æqualitatem æque vel propius accedant; quod video variis modis fieri posse: Ex. gr. Esto proposita æquatio $z^4 * - 463zz + 4980z - 14508 = 0$, sitque $a = 63$, & $b = 28$: Limes æquationis major est $\sqrt{463}$, & minor $\frac{14508}{4980}$ [*per* 1 *Prop. Cap.* 7. *de Limit. Æquat.*] adeoque radices singulæ æquationis minores quam 22, & majores quam 2; sed quia 22 & 2 magis recedunt ab æqualitate quam a & b, seu 63 & 28, constituo inter 22 & 2 tot medios numeros, quot requiruntur, ut bini ipsorum proximi ad æqualitatem æque vel propius accedant, nempe, 22,

10,

10, 5, 3, 2. Quo facto, propositam æquationem transponendo & dividendo per z^3 ita reduco, ut habeatur z ab una parte sola, puta $z = 463 : z - 4980 : zz + 14508 : z^3$; tum pro z in denominatoribus pono successive valores 22, 10, 5, 3, 2, consideroque num valores inde resultantes ipsius z positis majores minoresve evadant. Et quoniam posito $z = 22$, resultans valor minor fit quam 22; posito vero $z = 10$, resultat valor major quam 10; quemadmodum etiam posito z æquali uni reliquorum numerorum, valores inde resultantes positis identidem majores fiunt; hinc concludo, inter 22 & 10 necessario vel unam, vel omnes tres radices cadere; & si una, duas reliquas aut inter 10 & 5, aut 5 & 3, aut 3 & 2 conjunctim contineri, aut prorsus imaginarias esse. At quoniam omnes hi limitibus intercepti numeri infra 63 & 28, ceu extremas applicatas datæ particulæ Sectionis Conicæ, consistunt; idcirco prius ad illas multiplicatione elevandi sunt, juxta doctrinam pag. 75, faciendo $z = \frac{22}{63} y = \frac{10}{63} x = \frac{5}{63} u = \frac{3}{63} t$, vel etiam $z = \frac{10}{28} y = \frac{5}{28} x = \frac{3}{28} u = \frac{2}{28} t$, & sic transformando propositam æquationem in totidem alias ab y, x, u & t denominatas, quarum deinde constructiones ope datæ portionis Sectionis Conicæ, per regulam pag. 87, seq. præscriptam ordine tentandæ sunt. Ita hic per primam obtinebitur unus valor pro y, & per secundam duo valores pro x, quibus cognitis & z innotescet: nec opus est progredi ad constructionem reliquarum æquationum, cum jam omnes tres radices propositæ æquationis inventæ sint: quanquam etiam ex aliis quandoque circumstantiis haud ita difficulter cognoscatur, quid primo sit tentandum, quid ultimo, ut perpensis iis multum sæpe superflui laboris rescindi possit. Sed succinctior multo fiet tota hæc operatio, si proposito adhibeamus ea quæ habentur in *Act. Erud. Lips.* mens. Sept. 1689 *, ubi modus docetur non inelegans appropinquandi continue radicibus æquationum per solas rectas lineas & circulos, quantum quis proxime voluerit. Postquam enim, hujus methodi ope, limites radicum sufficienter coarctati, ipsa- Num. LXVII.

Tttt 3

* N°. XXXVII. pag. 411. seq.

Num. LXVII. ipsaque æquatio, si opus sit, convenienti multiplicatione radicis in aliam transformata fuerit, poterit ipsa statim beneficio datæ portionis Sectionis Conicæ infallibiliter construi; quorum omnium prolixiori explicatione non indiget, qui præcedentia probe intellexerit.

IN COMMENT. *SCHOOTENII* IN LIBRUM I.

NOTA XIX.

Constructio æquationis $z = (cd + ef) : g$.

Pag. 160. ad exemplum $z = (cd + ef) : g$.

ALiter hoc ita resolvitur: Fiat ut g ad c, ita d ad quartam h; nec non ut g ad e, ita f ad quartam i, summaque $h + i$ vocetur b, erit $z = b$. Vel etiam hoc pacto: Statuatur Triangulum rectangulum, cujus unum crus æquetur mediæ proportionali inter c & d, alterum mediæ inter e & f, & quæratur ad g & hypothenusam trianguli tertia proportionalis, quæ sit b, erit $z = b$.

NOTA XX.

Constructio æquationis $z = (acdd - aacc) : (d^3 + acd)$.

Ibid. sub finem.

SCHOOTENIUS tres proportiones adhibet. Brevius id per duas proportionalitates obtinetur, faciendo, ut d ad a, ita c ad quartam m; erit $dm = ac$, & $ddmm = aacc$; unde pro $\frac{acdd - aacc}{d^3 + acd}$ poterit scribi $\frac{d^3m - ddmm}{d^3 + ddm}$ seu $\frac{dm - mm}{d + m}$: quare si fiat denuo, ut $d + m$ ad $d - m$, ita m ad quartam b, erit $z = b$.

NOTA

Num. LXVII.

NOTA XXI.

Constructio æquationum $z = \sqrt{(aa+bb)}$ *&* $z = \sqrt{((aadd - aaff - a^4):(dd+2df+ff))}$.

PRo *priore quantitate:* Ponatur $\sqrt{(aa+bb)}$ esse hypothenusa alicujus Trianguli rectanguli, cujus unum crus sit a, & alterum b: vel transmutetur bb in rectang. ah, ac deinde inter a & $a+h$ quæratur media proportionalis &c. Ita quantitas $\sqrt{(aa-bb)}$ considerari potest, vel ut media proportionalis inter $a+b$ & $a-b$, vel ut crus unum Trianguli rectanguli, cujus hypothenusa sit $=a$, & alterum crus $=b$, &c. Pro *posteriore quantitate:* Quæratur per modo tradita $\sqrt{(aa+ff)}$, quæ vocetur m; ac deinde $\sqrt{(dd-mm)}$, quæ dicatur n; tandemque fiat ut $d+f$ ad n, sic a ad quartam b, erit $z=b$. Ejusdem vero quantitatis constructionem ipse quoque exhibuit SCHOOTENIUS pag. 153. Pag. 162. ab initio.

IN COMMENT. *SCHOOTENII* IN LIBRUM II.

NOTA XXII.

In puncto Flexus contrarii, recta nulla curvam tangere potest.

REcte hic Commentator, in puncto Flexus nullam rectam tangere Trochoidem; quod in omni Flexu contrario verum. Etenim si recta quæpiam infinita tangens curvam, eandemque præterea secans alibi, ita super illa rotari concipiatur, ut conta- Pag. 270. §. *Ubi notandum.*

Num. LXVII. ctus punctum totam successive curvam perambulet, fiet ut contactus iste, qui solus ex duabus intersectionibus coaluit, in puncto Flexus contrarii tertiæ insuper intersectioni conjungatur, evanescente alterutra portionum curvæ, quæ ad easdem rectæ tangentis partes jacuerant; quo fit, ut contactus proprie talis esse desinat, inque sectionem transmutetur quæ *osculatio* dicitur. Cui etiam illud consentaneum est, quod circuli omnes curvam osculantes [osculo ex tribus intersectionibus conflato] curvam non tangunt, sed secant, ut supra annotavimus *. Nam, quod de universis constat, id speciatim quoque de illo valebit, qui curvam in puncto Flexus osculatur. Sed hic, cum perpetuo infinite magnus esse debeat, ut ex loco *Act. Lips.* ibid. allegato apparet, † a linea recta osculante non differt; quæ proinde & ipsa curvam secare, non tangere censenda est. Et quemadmodum osculantes circuli, sic & puncta Flexus contrarii, ob trium intersectionum concursum, per tres radices æquales reperiuntur, quod qua ratione ab HEURATIO in Conchoide sit præstitutum, pag. 258 *Geometriæ* hujus videre est.

IN COMMENT. *SCHOOTENII* IN LIBRUM III.

NOTA XXIII.

Promotio Regulæ pro inveniendis commode divisoribus æquationis propositæ.

Pag. 307, & 308. ACcidit sæpenumero, ut præstitis iis omnibus, quæ hic fieri jubet Commentator, numerus tamen divisorum utilium per quos divisio tentanda foret, adhuc nimius sit. Id qui cavere velit,

* Nota VIII. pag. 684, 685. † Vide tamen Num. LXXVI, infra.

velit, poterit radices propositæ æquationis initio statim operationis pluribus aliquot numeris, puta unitate, binario, ternario, denario &c. augere minuereve, transformataque æquatione in totidem alias, divisores ex omnibus conspirantes seligere. Nam tum aut nulli conspirabunt; aut si qui conspirant, raro per illos divisio frustra tentatur. Recte autem monet, pag. 308 lin. 27, seq. cujuslibet æquationis terminum ultimum, quo solo ad hoc negotium indigemus, posse reperiri, ut integra æquatione non sit opus. Hoc enim fit, multiplicando coefficientes terminorum propositæ æquationis per numeros continue proportionales ab unitate: videlicet ultimum terminum per unitatem, coefficientem penultimi termini per numerum quo augere vel minuere volumus radices, coefficientem antepenultimi per numeri hujus quadratum, sequentis per cubum, & ita deinceps; atque tribuendo productis eadem ubique signa, quæ occurrunt in æquatione data, si radices minuendæ; mutando vero illa in locis paribus ab ultimo, si augendæ sint. Aggregatum namque omnium productorum erit ultimus terminus æquationis quæsitæ. Ex. gr. Esto proposita æquatio: $x^3 - 3xx - 30x + 72 = 0$, & explorandum sit, num dividi possit per $x +$ vel $-$ divisore aliquo ultimi termini. Multiplico coefficientes terminorum retrorsum per 1, 1, 1, 1; per 1, 2, 4, 8; per 1, 3, 9, 27, &c. per 1, 10, 100, 1000. &c. servatis, si ita lubet, iisdem signis æquationis datæ, productaque omnia ejusdem ordinis addo, hac ratione: Num. LXVII.

$+1x^3$	$-3xx$	$-30x$	$+72$	$=0$
1	1	1	1	
8	4	2	1	
27	9	3	1	
1000	100	10	1	
$+1$	-3	-30	$+72$	$=+40$
$+8$	-12	-60	$+72$	$=+8$
$+27$	-27	-90	$+72$	$=-18$
$+1000$	-300	-300	$+72$	$=+472$

Num. LXVII. Sic prodibunt 40, 8, 18 & 472, pro ultimis terminis æquationum, quarum radices unitate, binario, ternario, ac denario minores sunt radicibus æquationis propositæ.

Divisores autem numeri 40 sunt $\pm$ 1, 2, 4, 5, 8, 10, 20, 40.
8 . . $\pm$ 1, 2, 4, 8.
18 . . $\pm$ 1, 2, 3, 6, 9, 18.
472 . . $\pm$ 1, 2, 4, 8, 59, 118, 236, 472.

horum primi unitate aucti efficiunt
tum + 2, 3, 5, 6, 9, 11, 21, 41; tum etiam — 0, 1, 3, 4, 7, 9, 19, 39.
secundi binario aucti exhibent
tum + 3, 4, 6, 10; tum + 1 & — 0, 2, 6.
tertii aucti ternario dant
tum + 4, 5, 6, 9, 12, 21; tum + 2, 1, & — 0, 3, 6, 15.
quarti denique denario aucti gignunt
tum + 11, 12, 14, 18, 69, 128, 246, 482; tum etiam + 9, 8, 6, 2, & — 49, 108, 226, 462.

Qui quidem omnes inter se & cum divisoribus numeri 72, [qui sunt $\pm$ 1, 2, 3, 4, 6, 8, 9, 12, 18, 24, 36, 72] collati, ex affirmativis unum senarium, eumque unicum, consentientem habent, ex negativis nullum: unde suspicio est, unam verarum radicum æquationis propositæ esse + 6, eamque proinde dividi posse per $x - 6 = 0$, quemadmodum reapse dividi potest, oriturque æquatio irreducibilis $xx + 3x - 12 = 0$.

NOTA XXIV.

Analysis & Constructio Problematis Hugeniani: *E puncto dato rectam educere quæ datæ Parabolæ ad rectos angulos occurrat.*

Pag. 322. Cum non constet, utrum Problematis hujus constructio & demonstratio *Hugeniana* aliquando lucem viderit, nec si vidit, omnium manibus teratur; idcirco lubet hic exponere, qualiter

liter existimemus illam a subtilissimo Viro olim concinnatam fuisse : Num. LXVII.

Analysis ita habet: Data sit Parabola EAE, cujus vertex A, latus rectum AB, & axis AG, sitque datum intra extrave illam punctum C, per quod ducere oporteat rectam ECD Parabolæ perpendicularem. Esto hunc in finem demissa ex C in axem normalis CG, & ponatur AB $= a$, AG $= b$, GC $= c$, & EH $= x$; adeoque ex natura Parabolæ AH $= xx : a$, & HD $= \frac{1}{2}a$. Quo facto, propter simil. Triang. EHD & CGD, erit EH ad HD, sive x ad $\frac{1}{2}a$, ut GC, seu c, ad GD, quæ sic fiet $ac : 2x$; ac proinde HD — GD sive HG $= \frac{1}{2}a - ac : 2x$, & AH + HG $= xx : a + \frac{1}{2}a - ac : 2x$, quod, ut apparet, æquatur ipsi b seu AG: unde facta reductione habetur $x^3 = * + abx - \frac{1}{2}aax + \frac{1}{2}aac$. Quæ æquatio cum ad pauciores dimensiones deprimi non possit [quod hic absque ulteriori tentamine ex Regulis *Hudden.* 12 & 14 colligitur] indicat Problema solidum existere. At quia in quæstionis datis ipsa jam Parabola includitur, poterit, illa mediante, constructio solis rectis lineis & circulo absolvi hoc modo: *Fig.* 11.

Constr. Facta GN $= \frac{1}{2}$ AB, bisecetur AN in L; erectaque super axe perpendiculari LM $= \frac{1}{2}$CG, describatur centro M, radio AM, circulus. Hic secabit Parabolam in punctis E, E, E, a quibus ductæ per C rectæ EC Parabolæ perpendiculares erunt.

Demonstr. Ad hoc synthetice demonstrandum, jungantur porro rectæ AM, ME, & demissa in axem perpendiculari EH, ductisque axi parallelis MO, CR, bisecetur RH in I, sumanturque in axe LQ $=$ LH, & GP $=$ GN. Hinc quoniam AM $=$ ME, erit quoque AM^2 $[AL^2 + LM^2] = ME^2$ $[MO^2 + OE^2]$, demtisque æqualibus $AL^2 - MO^2$ seu $LH^2 = OE^2 - LM^2$ seu HO^2. Sed $AL^2 - LH^2 =$ HAQ, & $OE^2 - HO^2 =$ HEI. Igitur & HAQ $=$ HEI: unde HA est ad HE [hoc est, ex natura Parabolæ HE ad AB] sicut EI ad AQ, & permutando

Num. LXVII. HE ad EI, sicut AB ad AQ. Est vero AB = 2GN [*Constr.*] = PN, & AQ = HN [ob AL = LN, & LQ = LH]; quare & HE ad EI, sicut PN ad HN, & convertendo HE ad HI, sicut PN ad PH; sumptisque consequentium duplis HE ad HR, ut PN ad 2PH [seu PG ad PH], iterumque convertendo HE ad RE, ut PG ad HG seu RC. Cum ergo propter simil. Triang. HED & REC, HE sit ad RE, ut HD ad RC; erit quoque HD ad RC, sicut PG ad RC; ac proinde PG, seu $\frac{1}{2}$ AB = HD. Notum autem aliunde, hoc casu rectam ECD Parabolæ perpendicularem existere. Quare constat propositum.

NOTA XXV.

De Osculo Circuli & Parabolæ.

Pag. 339. §. *Praeterea.* OPtime hic animadvertit Commentator, quod ubi tres rectæ NM, CB, DE omnes sunt æquales, coincidentibus nimirum tribus intersectionum punctis M, B & E, futurum sit, ut Circulus Parabolam, quam hoc casu osculari dicitur, non tangat, sed secet; quod plane conforme est iis, quæ supra * ex *Actis Lips.* de contactu Osculi huc transtulimus.

IN ADDITAMENTUM.

NOTA XXVI.

Corrigitur lapsus calculi Schooteniani, *qui* Bartholinum *in errorem induxerat.*

Pag. 385. *ad lit. F.* MYsterium hic quærit Schootenii Commentator Bartholinus in eo, quod lapsus tantum calami fuit in Schootenio.

* Nota VIII, pag. 684, 685. & Nota XXII, pag. 697. 698.

NIO. Nescio enim, qua incuria factum, ut vera signa quantitatum BM, HC & 3DE in contextu immutata fuerint. Commentator hoc factum propterea existimavit, quod alias membra negativa prævalerent affirmativis; sed in subjuncto calculo paralogizat, & ex inconsequenti falsum infert. *Inconsequens* est, dum arguit: Num. LXVII.

	$144pq$	major est quam	$72qq$.
auferatur	$144pp$	major quam	$36qq$.

relinquetur $144pq - 144pp$ major quam $36qq$.

Nam 12 major quam 7, & 10 major quam 3; nec tamen 12 — 10 seu 2, major quam 7 — 3 seu 4. Deinde etiam absolute *falsum* est quod concluditur: Ergo $144\,pq$ major quam $144\,pp + 36\,qq$; quoniam $144\,pp + 36\,qq$ est summa quadratorum ex $12\,p$ & $6\,q$, sicut $144\,pq$ duplum rectangulum laterum, quod summa quadratorum perpetuo minus esse constat. Quod vero $144\,pq$ hic loci etiam minor sit quam $144\,pp + 27\,qq$, adeoque signa perperam mutata fuerint, sic liquet: Progressu calculi, ut videre est ad lit. D & I, invenitur PA esse ad AQ, sicut $\frac{1}{2}q - 7q : 16\sqrt{3}$ ad $\frac{1}{2}q + 7q : 16\sqrt{3}$; ergo componendo PQ ad AQ, hoc est, q ad p, sicut q ad $\frac{1}{2}q + 7q : 16\sqrt{3}$: unde $p = \frac{1}{2}q + 7q : 16\sqrt{3}$, & $pp = \frac{241}{768}qq + 7q : 16\sqrt{3}$; qui valores in quantitatibus propositis loco p & pp substituti dabunt $72\,qq + 21\,qq\sqrt{3}$ pro $144\,pq$, & $72\frac{3}{16}qq + 21\,qq\sqrt{3}$ pro $144\,pp + 27\,qq$. Sed $72\,qq + 21\,qq\sqrt{3}$ minor est quam $72\frac{3}{16}qq + 21\,qq\sqrt{3}$, ut apparet. Quare & $144\,pq$ minor quam $144\,pp + 27\,qq$; quod ostendendum erat.

Num. LXVII.

NOTA XXVII.

Alter BARTHOLINI *lapsus corrigitur.*

Pag. 388. lit. N, ad verba, *Quam quidem radicem.*

ETiam hic impingit Commentator. Nam & altera radix $(16842 - 390\sqrt{785}) : 6481$ major est quam $7 : 16\sqrt{3}$. Dicendum fuisset, radicem $(16842 + 390\sqrt{785}) : 6481$ negligendam esse, quod major sit quam 1, qua minor esse deberet, ob SV (*suq*) minorem quam AV (*qu*).

IN EPISTOLAM PRIMAM HUDDENII *DE REDUCTIONE ÆQUATIONUM.*

NOTA XXVIII.

De Methodo Huddeniana *inveniendi maximum communem Divisorem duarum quantitatum.*

Pag. 422.

MOdus iste *Huddenianus* quærendi maximum communem Divisorem duarum quantitatum algebraicarum reapse non differt ab illo vulgari, quo Auctor *Princ. Math. Univ.* ad fractionum abbreviationem utitur Part. II. *Geom.* hujus, in Exemplis pag. 22, & quem in numeris præscripsit EUCLIDES Prop. 2. Lib. 7. Id quod in præsenti exemplo, ubi calculum secundum hanc operationem apposuero, palam fiet: Redactis quantitatibus in ordinem secundum literam aliquam, velut d, ut habeatur $d^3 - add - 2abd + 2aab$, & $d^4 - (bb + aa)\,dd + aabb$, divido istam,

istam, in qua litera d plures dimensiones obtinet, per alteram in qua pauciores, dicendo: d^3 in d^4 habeo d; quod multiplicatum per divisorem & detractum ex dividendo relinquit $ad^3 - (bb - 2ab + aa)dd - 2aabd + aabb$; & quia video literam d etiamnum tot dimensiones possidere in residuo quot in divisore, pergo dividere ad^3 per d^3, ut fiat a. quod in divisorem ductum & subtractum ex residuo relinquit $-(bb - 2ab)dd + aabb - 2a^3b$. Hic vero quia lit. d non amplius tot dimensiones habet quot in divisore, inverto terminos, ponendo divisorem loco dividendi, & residuum loco divisoris, denuoque divido ita: $-(bb - 2ab)dd$ in d^3 habeo d: $(-bb + 2ab)$, facta multiplicatione & subtractione manet residuum $-add + (aa - 2ab)d + 2aab$; & quoniam sufficientes adhuc dimensiones adsunt literæ d, pergo dicere: $(-bb + 2ab)dd$ in $-add$ dat $-a$: $(-bb + 2ab)$, facta operatione restat $(aa - 2ab)d - a^3 + 2aab$. Hoc jam propter d unius dimensionis pono loco divisoris, sicut $(-bb + 2ab)dd + aabb - 2a^3b$ loco dividendi, atque dico: $(aa - 2ab)d$ in $(-bb + 2ab)dd$ invenio $(-bb + 2ab)d$: $(aa - 2ab)$ &c. remanetque $(-abb + 2aab)d + aabb - 2a^3b$, quod rursus divisum per $(aa - 2ab)d$ &c. in quotiente exhibet $(-abb + 2aab)$: $(aa - 2ab)$, remanetque nihil. Unde colligitur, propositas quantitates compositas esse, earumque maximam communem mensuram haberi, si per denominatorem ultimi quotientis $aa - 2ab$ dividatur ultimus divisor; qui quidem ipsemet optatus divisor esset, si quotiens quantitas integra fuisset. Quod si quis hanc operationem cum *Huddeniana* conferre non pigratus fuerit, eadem fere in utraque vestigia deprehendet. Num. LXVII.

NOTA

Num. LXVII.

NOTA XXIX.

De Valore fractionis, cujus numerator & denominator per determinationem quandam nihilo æquales fiunt.

Pag. 424. lin. 15. ad verba: *Excepto tantum.*

REcte hic observat Ampliss. Dn. HUDDENIUS, fieri quandoque posse, ut duæ quantitates habeant communem divisorem, etiamsi is per literam aliquam, eo modo qui hic docetur, inveniri nequeat. Id enim tum fit, cum litera illa, quæ tanquam incognita spectatur, in communi divisore non reperitur; quemadmodum hic b non reperitur in $d-a$: quo casu, priusquam concludatur, non dari duarum quantitatum seu æquationum communem divisorem, videndum est, num termini cujuspiam ad arbitrium sumpti cognita quantitas, aut quantitatis divisor aliquis utramque æquationem tollat: nam si non tollit, neque etiam per Reg. *Huddenianam* communis divisor invenitur, tum demum certum fit, plane nullum dari. Verum quidem est, aliud hic criterium proponi quo id cognoscatur: sed cespitavit Auctor falsa nixus hypothesi, quod valor alicujus quantitatis expressæ per fractionem, cujus numerator & denominator per determinationem quandam nihilo æquales fiunt, inveniri nequeat. Et quanquam, post revisionem horum, ipsemet errorem correxerit in peculiari Scheda ad calcem prioris Partis *Geom.* subnexa, restringendo assertum ad illas tantum fractiones, quarum ambo termini per eandem quantitatem sunt indivisibiles; frustranea tamen hæc videtur esse limitatio: quandoquidem omnis fractio quæ terminos habet nihilo æquales, si rationalis est, illos quoque habet communiter dividuos; & si irrationalis est, quanquam terminos habeat communiter individuos, valorem tamen habet omnino definitum & determinatum, non secus ac rationalis quæpiam fractio.

Sed

Sed quia non facile apparet, quo pacto valor fractionis ejusmodi per methodum Dni. DES-CARTES inveniri debeat, & tamen scrutinium istud elegans est, & minime vulgare, lubet hic modum, quo id institui possit, in gratiam Amatorum Geometriæ hujus exponere. Num. LXVII.

Proposita sit Fractio quæcunque, composita inter alias ex quantitatibus a & z, atque talis ut, posita $z = a$, ambo ejus termini evanescant: quæritur quis tum sit fractionis valor? Ad hoc indagandum, converto primo terminos datæ fractionis in alios, eliminando literam z, illamque ponendo majorem vel minorem quam a quantitate aliqua indeterminata x. Deinde pono numeratorem æqualem quantitati tx, ortamque hinc æquationem a surditate libero, adhibitis, si quantitates valde sint implicitæ, iis subsidiis, quæ Dn. HUDDENIUS, pag. 429, seq. explicuit: quo rite peracto, necessario destruentur vel deficient unus pluresve termini in fine æquationis, sic ut illa per x, aut xx, aut x^3 &c. dividi possit. Hinc, præter illos terminos qui per se deficient, etiam ultimum eorum qui remanserint pono nihilo æqualem, & ex hac hypothesi valorem quæro literæ t, quem in locum numeratoris propositæ fractionis substituo. Tandem etiam simili modo cum denominatore operor, eaque ratione novam fractionem propositæ æqualem obtineo. Et si hujus ambo termini adhuc sint æquales nihilo, repeto de novo operationem, ponendo singulos datæ fractionis terminos $= txx$; & si valor literæ t etiamnum evanescat pro utroque termino, pono illos $= tx^3$, hinc tx^4, tx^5, &c. donec prodeat fractio, cujus non uterque terminus evanescit, quod necessario aliquando fiet. Quod si vero, post primam operationem, pro utroque termino valor ipsius t prodiret infinitus, ordirer etiam novam operationem, sed ponerem successive fractionis terminos $= t\sqrt{x}$, $t\sqrt[3]{x}$, $t\sqrt[4]{x}$, &c. donec t pro alterutro vel utroque termino finitum valorem acquireret. In quibus operationibus illud cumprimis observandum est, quod non opus sit tota æquationum reductione uti, sed tantum quatenus ultimo termino inveniendo conducit, qui plerun-

Num. LXVII. que levi negotio ab attento Analysta eruetur. Exemplis res clarior fiet.

EXEMPL. 1. Sit proposita Fractio $(ab - b\sqrt{(2aa - zz)}) : (\sqrt{(2aa - az)} - \sqrt[3]{(2a^3 - z^3)})$, cujus ambo termini, posita $z = a$, evanescunt: quæritur ejus valor? Pro z pone $a + x$, erit fractio $(ab - b\sqrt{(aa - 2ax - xx)}) : (\sqrt{(aa - ax)} - \sqrt[3]{(a^3 - 3aax - 3axx - x^3)})$. Fiat $tx = ab - b\sqrt{(aa - 2ax - xx)}$; sublata surditate habebis $bbxx + ttxx + 2abbx - 2abtx * = 0$, positoque ultimo termino $2abbx - 2abtx$ æquali 0, invenies $t = b$, qui novus est fractionis numerator. Fiat iterum $tx = \sqrt{(aa - ax)} - \sqrt[3]{(a^3 - 3aax - 3axx - x^3)}$, sive [ponendo brevitatis ergo p loco $\sqrt{(aa - ax)}$, & q loco $\sqrt[3]{(a^3 - 3aax - 3axx - x^3)}$] $tx = p - q$, vel $q = p - tx$. Cubetur æquatio, & prodibit $q^3 = p^3 - 3pptx + 3pttxx - t^3x^3$, omnibusque membris, quæ signum radicale exuerunt, ad unam partem translatis, fiet $q^3 + 3pptx + t^3x^3 = p \times (pp + 3ttxx)$, quæ si porro quadretur, æquationem producet $(q^3 + 3pptx + t^3x^3)^2 = pp(pp + 3ttxx)^2$, quæ ab omni surditate libera est. At quoniam non integra hac æquatione indigemus, sed tantum quatenus duobus ultimis terminis inveniendis inservit, poteris in substitutione omnes illos negligere, in quibus x plures dimensiones acquirit; quocirca loco q^3 pone tantum $a^3 - 3aax$, loco $3pptx$ tantum $3aatx$, loco $(pp + 3ttxx)$ solummodo $a^4 - 2a^3x$, &c. atque sic loco inventæ æquationis $(q^3 + 3pptx + t^3x^3)^2 = pp(pp + 3ttxx)^2$, non nisi $a^6 - 6a^5x + 6a^5tx$ &c. $= a^6 - 3a^5x$ &c. adeoque sublata a^6, quæ se sponte destruit, $- 6a^5x + 6a^5tx$ &c. $= - 3a^5x$ &c. sive $6a^5tx$ &c. $= 3a^6x$ &c.; unde posito $6a^5tx - 3a^5x = 0$, habebis $t = \frac{1}{2}$ pro novo Denominatore fractionis propositæ, cujus propterea valor erit $b : \frac{1}{2}$, seu $2b$.

EXEMPL. 2. Proponatur Fractio $(a - z)\sqrt{(2aa - 3az + zz)} : (a - \sqrt{(2az - zz)})$, cujus termini, in casu $z = a$, rursus evanescunt, quæque posito $z = a - x$ in istam transmutatur $x\sqrt{(ax + xx)} : (a - \sqrt{(aa - xx)})$. Pone $tx = x$

$\sqrt{(ax}$

$\sqrt{(ax+xx)}$, & sublata surditate $ax^3+x^4=ttxx$, fac ultimum terminum $ttxx$ æqualem nihilo, & habebis $t=0$; vel brevius ita: Quia $tx=x\sqrt{(ax+xx)}$, erit $t=\sqrt{(ax+xx)}$, hoc est, cum x, propter $z=a-x$, fingatur nihilo æquari, erit quoque $t=0$. Pone deinde $tx=a-\sqrt{(aa-xx)}$, fiet $ttxx+xx-2atx=0$, & quia $2atx$ evanescere debet, erit etiam $t=0$; adeoque fractio proposita $=\frac{0}{0}$. Sed quia valor ejus nondum sic cognoscitur, pone demum $txx=x\sqrt{(ax+xx)}$, habebisque $x^4-ax^3:(tt-1)=0$, & quia $ax^3:(tt-1)$ debet evanescere, colliges ipsum t pro numeratore valoris esse infiniti. Simili modo operare cum denominatore, ponendo $txx=a-\sqrt{(aa-xx)}$, & invenies $t=\frac{1}{2}a$; adeo ut ipsa fractio absolute infinita censenda sit, quæ contra prorsus evanesceret, si numerator finita, denominator infinita quantitas fuisset. Sed, quod hic peculiariter observandum venit, si post secundam hanc operationem ambo fractionis termini, qui post primam evanuerant, infiniti redderentur, sic ut nec ita fractionis valor cognosci posset, non assumendum esset in seq. operat. tx^3, tx^4 &c. neque etiam $t\sqrt{x}$, $t\sqrt[3]{x}$, &c. sed $tx\sqrt{x}$, &c. Omitto alias observationes & cautelas, quas attenta harum rerum meditatio Lectori suggeret *. Num. LXVII.

NOTA XXX.

Retegitur ars, qua HUDDENIUS *Regulam suam XI invenire potuerit.*

CUm inventio tot tamque differentium Theorematum, quæ hac Regula continentur, non possit non magnam admirationem excitare apud ignaros, quos artificium methodi latet, non ingra- Pag. 439. seq. ad Reg. XI.

* De hujusmodi Fractionum valore inveniendo, videatur *Analysis inf. parv.* Art. 163. seq. Item *Joh.* BERNOULLI Schediasma, *Act. Erud. Lips.* pag. 375. m. Aug. 1704.

Num. LXVII. ingratum iis spero fore, si qualecunque arcanum retegam, & in una alterave parte Regulæ modum ostendam; quo non tantum ista, sed & pleraque alia ab ingeniosissimo Epistolæ hujus Auctore inveniri potuerunt. Methodus enim ubique eadem est, & in eo consistit, ut supponantur statim duæ æquationes ejusmodi quales quæruntur, ac deinde, facta ipsarum multiplicatione per se invicem, comparentur separatim omnes termini productæ cum omnibus terminis propositæ æquationis, quo inde coefficientes quæsitarum æquationum elici & determinari possint. Quæ quidem methodus non differt nisi in applicatione ab illa, qua ipse Dnus. DES-CARTES in constructionibus Problematum solidorum & hypersolidorum inveniendis usus est, & quam alias etiam solennem sibi fuisse fatetur, pag. 49. Imo hæc illa est, qua quicquid in Geometria ardui & præclari uspiam habetur, reperiri debuit; cum frustra sane hæc & talia a priori tentarentur.

Quod speciatim Regulam hanc undecimam concernit, observamus primo, quod sese extendat tantum ad illas æquationes, quæ ex multiplicatione duarum produci possunt; in quarum alterutra unus pluresve termini deficiunt; cujus rei ratio est, quod si quis similia condere vellet Theoremata pro illis, quæ ex duabus completis producuntur, is incideret in æquationes nihilo simpliciores iis, quas sibi resolvendas proposuit. Deinde animadvertimus, quod nonnulli Divisores copulantur vocula *&*, quando videlicet formula æquationis propositæ uno tantum modo in duas æquationes resolvi, sed ejus Divisor ex plurium terminorum collatione determinari potest: alii disjunguntur vocula *vel*, quoties illa etiam pluribus modis in duas resolubilis existit.

Ex. gr. Sit proposita æquatio hujus formæ x^6, *, *, *, sxx, tx, $v = 0$, deturque illam dividi posse in duas alias, quarum una sit unius, altera 5 dimensionum. Ponantur hæ esse $x + y = 0$, & $x^5 + ax^4 + bx^3 + cxx + dx + e = 0$, e quarum ductu producitur

$$\begin{array}{lllllll} x^6 & + ax^5 & + bx^4 & + cx^3 & + dxx & + ex & + ey = 0, \\ & + y & + ay & + by & + cy & + dy & \end{array}$$

quæ terminotenus comparata cum proposita x^6, *, *, *, sxx,

tx,

tx, $v = 0$, sequentes exhibet æquationes, $a + y = 0$, $b + ay = 0$, $c + by = 0$, $d + cy = s$, $e + dy = t$, & $ey = v$; sive $a = -y$, $b = -ay = yy$, $c = -by = -y^3$, $d = s - cy = s + y^4$, $e = t - dy$, & $ey = v$. Et quoniam in æquatione $x^5 + ax^4$ &c. aliquis terminus nihilo æqualis requiritur, videndum quis ille sit: facile autem apparet, nec a, nec b, nec c, nihilo æquari posse, cum secus etiam evanesceret y, contra hyp. neque etiam e, qui ultimus terminus esse debet; sed solum d; quo casu fiet $y^4 = -s$, $e = t$, & $ey = v$: unde porro fluit $y = v:t = \pm\sqrt{\sqrt{-s}} = -st^3 : v^3 =$ &c. adeoque $x + y = x + v : t = x \pm \sqrt{\sqrt{-s}} = x - st^3 : v^3 =$ &c. qui sunt ipsissimi Divisores æquationis propositæ, qui in Auctore habentur; pag. 442. Num. LXVII.

Rursus proponatur Æquatio $x^5, px^4, *, *, sx, t = 0$, ponaturque dividi posse per æquationem completam duarum, & aliam trium dimensionum. Sunto hæ $xx + yx + z = 0$, & $x^3 + axx + bx + c = 0$, e quarum multiplicatione oritur æquatio

$$\begin{array}{llllll} x^5 + ax^4 & + bx^3 & + cxx & + cyx & + cz = 0 \\ + y & + ay & + by & + bz & \\ & + z & + az & & \end{array}$$

conferenda cum proposita

$x^5, px^4, *, *, sx, t = 0$. Quod quinque novas æquationes subministrat: $a + y = p$, $b + ay + z = 0$, $c + by + az = 0$, $cy + bz = s$, & $cz = t$. Sed quia in æq. $x^3 + axx$ &c. aliquis terminus deficere supponitur, videoque duos hic deficere posse, pono primo $a = 0$, deletisque in novis his æquationibus iis membris, in quibus a habetur, reperio per primam earum $y = p$, nec non collatis 2, 3 & 5ta æquationibus, $z = \pm\sqrt{(t:p)}$; vel; coll. 2, 3 & 4ta æq. $zz - ppz + s = 0$, vel, coll. 2, 4 & 5ta æq. $z^3 + sz - pt = 0$; vel denique coll. 3, 4 & 5ta æq. $z = ppt : (ps + t)$; adeo ut æquatio proposita semper dividi hoc casu possit per $xx + px + z$, existente vel $z = \pm\sqrt{(t:p)}$; vel $zz - ppz + s = 0$, vel $z^3 + sz - pt = 0$, vel $z = \pm ppt : (ps + t)$, quorum divisorum omnium tantum primus in Auctore occurrit, pag. 447.

 Si

Num. LXVII. Si deinde ponam $b = o$, delendo ea membra, in quibus b habetur, invenio iterum collatis omnifariam æquationibus quaternis varios valores pro y & z. Sed Auctor illorum tantum rationem habuit, qui fluunt ex comparatione tum 1, 2, 4 & 5^{tæ}, tum 2, 3, 4 & 5^{tæ} æquationis; quippe quarum illa præbet $y = p + t : s$, & $z = yt : s$; hæc $y = \pm s\sqrt{s : t}$, & $z = \pm\sqrt{s}$.

Postquam ita singulos terminos intermedios in æquatione $x^3 + axx$ &c. nihilo æquales supposuimus, nunc ambo simul deficere supponendi essent, faciendo a & $b = o$; sed statim apparet, non posse utramque evanescere, quin, contra hyp. evanescat quoque z. Adeo ut Æquatio 5 dimens. ejus formæ cujus est proposita, non possit ex æquatione quadrata completa per cubicam nisi gemino modo produci, nempe sic, ut in cubica vel deficiat secundus terminus tantum, vel tertius tantum. Atque ad eundem quoque modum prolixiora illa Theoremata quartæ & quintæ partis Regulæ hujus Tyrones invenire seu examinare possunt, in quo scrutinio illud cumprimis observare debent, ut omnes variationes possibiles enumerent, quibus fieri potest, ut hi vel illi termini in altera duarum æquationum, e quarum ductu proposita produci fingitur, deficiant.

NOTA XXXI.

Analysis Regulæ XVII. Huddenianæ.

Pag. 469 & 470. ad Reg. XVII. EXhibet hic porro Auctor Epistolæ quædam Theoremata pro reducendis æquationibus, quæ per alias nullo termino carentes dividi possunt. Horum primum & simplicissimum, quod æquationibus quadrato-quadratis inservit, sic eruitur: Positis duabus æquationibus quadratis, $xx + ax + b = o$, & $xx + yx + h = o$, comparetur productum ipsarum

$$\begin{array}{l} x^4 + ax^3 + bxx + byx + bh = o; \\ \quad\;\; + y \quad\; + ay \quad\; + ah \\ \qquad\qquad\;\; + h \end{array}$$

quoad

quoad singulos terminos cum æquatione proposita $x^4 + px^3 + qxx + rx + s = 0$, ut exinde prodeant quatuor novæ æquationes, $a + y = p$, $b + ay + h = q$, $by + ah = r$, & $bh = s$. Deinde, neglecta secunda, qua non indigemus, cæteræ conferantur inter se, quo fiet ut eliminatis ipsarum ope literis a & b, inveniatur $y = (r - hp) : (s : h - h)$. Excepto tantum, cum s determinatur ad hh, & simul r ad hp; quo casu ambo fractionis termini evanescunt, & in causa sunt, cur y ex his solis datis inveniri nequeat: quare tum, relicta tertia æquatione, secunda in auxilium vocanda est, qua cum cæteris debito modo collata, reperitur $y = \frac{1}{2}p \pm \sqrt{(\frac{1}{4}pp + 2h - q)}$. E quibus manifesta fiunt Theoremata, quæ hic dedit Auctor; simulque cætera quoque difficiliora investigandi modus patescit. Num. LXVII.

NOTA XXXII.

Ratio Regulæ Huddenianæ *ad transformandam æquationem propositam in aliam cujus ultimus terminus pauciores habeat divisores.*

RAtionem hujus operationis satis percipiet attentus Lector ex iis, quæ supra * commentati sumus; cum perinde sit, addere producta coefficientium æquationis per numeros continue proportionales ab unitate; atque surrogare hunc, qui unitatem sequitur, in locum x, & tunc aggregatum ipsorum terminorum sumere. Pag. 480. §. *Assumto.*

* Nota XXIII. pag. 698. & seq.

IN

Num. LXVII.

IN *GEOMETRIÆ* PARTEM II.

NOTA XXXIII.

Cautio observanda in Divisionibus instituendis.

Pag. 15. & Pag. 16. IN Divisionis operatione id præprimis Tyrones monendi sunt, ut assumpto membro aliquo Divisoris [in quo quædam litera plurimas vel paucissimas dimensiones habet] pro principali Divisore, non primum quodlibet quod occurrit Dividendi membrum per ipsum dividant, sed tale seligant, in quo eadem litera itidem maximum vel minimum dimensionum numerum habet; quod similiter in toto operationis decursu, quotiescunque de novo inveniendo quotiente agitur, attendendum venit. Ita si in Exemplo 2°. pag. 15 *, pro primario divisore statuamus $\frac{2}{3}ab$, ubi litera a minimum, aut b maximum numerum dimensionum habet, dividi per ipsum debet $\frac{4}{9}aab^3$, non $\frac{11}{12}a^4b$, & si pro divisore seligamus $-\frac{1}{2}aa$, dividenda quantitas $-a^5$ [ut factum ab Auctore Introductionis] non alia. Quod si vero in divisore pariter atque in dividendo plura habeantur membra, in quibus litera aliqua maximum vel minimum divisorum numerum habet; illa litera neglecta, habenda est ratio reliquarum. Ita quoniam in secundo Exemplo pag. 16 †, dividendus continet duo membra $-4f^4u^4q$ & $+4f^3u^4q$, in quibus lit. u quatuor, & divisor duo, in quibus eadem duas dimensiones obtinet, nempe $-ffuu$ & f^3uu; siquidem lubeat per alterutrum horum, puta $+f^3uu$ divisionem instituere, divido per ipsum $-4f^4u^4q$, non vero $+4f^3u^4q$; cum reliqua litera f plures ibi quam hic dimensiones

* Ubi dividendus proponitur $\frac{11}{12}a^4b+\frac{4}{9}aab^3-a^5$ per $\frac{2}{3}ab-\frac{1}{2}aa$.
† Ubi $\frac{1}{4}q-\frac{1}{4}fq+f^3u^2q-fu^2q-4f^4u^4q+4f^3u^4q$ dividendus proponitur per $\frac{1}{4}-\frac{1}{4}f-ffuu+f^3u^2$.

nes habeat, uti quoque plures habet in $+f^3uu$ quam in $-ffuu$. Num. LXVII.
Horum vero observatio ideo necessaria est: quia secus si Tyrones faxint, atque eum semper in dividendo ordinem sequi velint, quo propositæ sunt quantitates, fieri inter operandum potest, ut subinde in orbem redeant, & vel nullum divisionis finem inveniant, vel eum demum post superfluas circuitiones assequantur.

NOTA XXXIV.

Dignoscere num propositæ quantitates surdæ communicantes sint, nec ne.

POtest adhuc aliter cognosci, num propositæ quantitates surdæ communicantes sint, necne; neque opus est partem illarum prius ex signo radicali liberare, quod sæpe ob divisorum multitudinem non parum molestum. Criterium tale: Ducta quantitatum propositarum una in alteram, si sint affectæ latere quadrato; aut in quadratum alterius, si sint affectæ latere cubico; aut in cubum, si biquadratico; aut in biquadratum, si surdesolido &c. consideretur, an productum inde ortum sit perfectum quadratum, aut cubus, aut biquadratum, aut surdesolidum, &c. nam si tale sit, quantitates datæ communicantes erunt; sin minus, non erunt: & si communicantes sunt, erunt ad se invicem, ut dicti producti radix quadrata, aut cubica &c. ad alteram quantitatum rationalium, cum cujus potestate multiplicatio facta fuit. Ex. gr. Quantitates $\sqrt{27}$ & $\sqrt{48}$ sunt communicantes, quia 1296 productum 27 per 48 est quadratum; cujus radix cum sit 36, erit $\sqrt{27}$ ad $\sqrt{48}$, ut 27 ad 36, seu ut 3 ad 4. Ita $\sqrt[3]{40}$ & $\sqrt[3]{135}$ sunt communicantes, quoniam 216000 productum quadrati ex 40 per 135 est cubus, cujus radix 60, unde $\sqrt[3]{40}$ ad $\sqrt[3]{135}$ est, ut 40 ad 60, seu 2 ad 3. Sed $\sqrt[5]{20}$ & $\sqrt[5]{140}$ non communicantes sunt, quia 22400000 productum biquadrati ex 20 per 140 non est perfectum sursolidum. *Pag. 35. §. Ratio autem.*

Simili indicio constat, num duæ quantitates surdæ potentia

Num. LXVII. sint commensurabiles: Facta enim multiplicatione quadrati unius per alteram, ubi sunt affectæ latere cubico; aut per quadratum alterius, ubi latere biquadratico; aut per cubum, ubi sursolido &c. si productum inde ortum deprehendatur esse verus cubus, aut quadrato-quadratum, aut sursolidum &c. quantitates datæ saltem potentia commensurabiles sunt, earumque quadrata erunt, ut producti radix competens ad alteram quantitatum rationalium, cum cujus potestate variabili multiplicatio facta fuit. Ex. gr. $\sqrt[3]{243}$ & $\sqrt[3]{576}$ sunt potentia commensurabilia, eorumque quadrata, sicut 324 ad 576, sive 9 ad 16; quoniam 324 est radix cubica numeri 34012224 producti ex multiplicatione quadrati 243 per 576. Non secus etiam, si cubus alterutrius e datis quantitatibus ducatur in alteram, vel in quadratum alterius, vel cubum, vel surde-solidum &c. prout affectæ sunt vel latere biquadratico, vel surde-solido, vel quadrato-cubico &c. atque ex hac multiplicatione producatur perfectum biquadratum, vel surde-solidum, vel quadrato-cubus &c. erunt propositæ quantitates potentia cubica commensurabiles, seu ipsarum cubi erunt ut numerus ad numerum. Et ita consequenter eandem semper observando progressionis legem pro superioribus potentiis. Plerunque vero non est opus huc progredi. Quotiescunque enim quantitates surdæ sunt commensurabiles secundum aliquam potentiam, cujus exponens ad exponentem signi radicalis sit primus, etiam secundum longitudinem cæterasque omnes potentias commensurabuntur. Et si divisor maximus exponentium signi radicalis & potentiæ, secundum quam propositæ quantitates commensurantur, est binarius, etiam secunda potentia, omnibusque illis quas binarius metitur, commensurari poterunt. Et si divisor exponentium maximus est ternarius, poterunt commensurari secundum tertiam potentiam omnesque illas quas ternarius metitur. Adeo ut si datæ quantitates surdæ nec longitudine, nec potentia secunda, nec tertia &c. sunt commensurabiles, etiam commensurari nequeant secundum ullam aliam, cujus & signi radicalis exponentes tales sunt, ut unitas, binarius, aut ternarius &c. ipsorum maxima

xima sit communis mensura. Sed non attinet istis diutius immorari. Num. LXVII.

NOTA XXXV.

Demonstratio Regulæ extrahendi Radicem quadratam ex binomiis.

Regula hæc extrahendi Radicem quadratam ex Binomiis, fundatur in Prop. 55 & seqq. Lib. X. *Elem.* EUCL. potuitque analytice sic inveniri: Ponatur binomium $a + \sqrt{b}$, ejusque radix $x + \sqrt{y}$; erit igitur quadratum hujus $xx + y + 2x\sqrt{y} = a + \sqrt{b}$. Fiant duæ æquationes separatæ, $xx + y = a$, & $2x\sqrt{y} = \sqrt{b}$: per primam habetur $xx = a - y$, per alteram $xx = b : 4y$; unde & $a - y = b : 4y$, seu $yy = ay - \frac{1}{4}b$, & $y = \frac{1}{2}a \pm \frac{1}{2}\sqrt{(aa - b)}$; ac proinde $xx \; [a - y] = \frac{1}{2}a \pm \frac{1}{2}\sqrt{(aa - b)}$. Quare tandem fiet $x + \sqrt{y}$ radix quæsita binomii $= \sqrt{(\frac{1}{2}a \pm \frac{1}{2}\sqrt{(aa - b)})} + \sqrt{(\frac{1}{2}a \mp \frac{1}{2}\sqrt{(aa - b)})}$; quod id ipsum est, quod hæc Regula præcipit. Pag. 41. De Extractione Radicis &c.

FINIS.



N°. LXVIII.

NOVA ET SINGULARIS GEOMETRIÆ PROMOTIO,

Circa dimensionem quantitatum Curvarum, *per* D. T. *

Act. Erud. Lips. 1695. Nov. p. 489.

CUm variæ in Mathesi dentur viæ ad easdem veritates inveniendas ducentes, plurimum in eo ponendum est studii, simplicissima ut investigetur. Quamvis enim hoc ipsum non sit apprime necessarium in omnibus difficultatibus particularibus, maxime tamen requiritur in principiis fundamentisque ponendis, quæ ita sunt generalia, ut tota iisdem Mathesis innitatur; ad quæ pertinet *genesis omnium curvarum*. Quapropter, postquam harum omnium facillimam descriptionem *per focos* reperi, statim eandem cum Publico communicavi in *Medicina mentis*, ostendens, quam latum hæc campum nobis aperiat, infinitorumque novorum, singularium, & facillimo negotio decerpendorum inventorum feracem, ut augmentum veritatis, quod non unius est hominis, conjunctis viribus ab eruditis Viris eo melius promoveretur. Neque parvam mihi attulerunt lætitiam ea, quæ Dnus. LEIBNITIUS, & doctissimorum nobile par Fratrum BERNOULLIORUM jam præstiterunt, *Actis*que inseruerunt *Eruditorum*. Sed cum hæc curvarum genesis per focos nimiam præ se ferat simplicitatem, tantique momenti non videatur, ut ex ea tanta tamque præclara & utilia possint derivari; non ipse solum alia nova inventa in *Actis Eruditorum* exhibui, sed in posteriori quoque *Medicina mentis* editione, alia quædam corollaria non vulga-

* DE TSCHIRNHAUSEN.

vulgaria adjeci, ut alios quoque ad hanc rem penitius pensitandam excitarem. Nota mihi quidem plura, elegantia, præstantiaque sunt consectaria, quorum hactenus nullam, nisi privatim apud Viros maximi ingenii, feci mentionem; arbitratus illa quondam ob novitatem usumque singularem fore gratiora, cum publici juris ea faciendi mihi dabitur occasio. Quoniam vero an brevi hoc futurum sit, cum eo non vivam in otio, quod hæc studia vel maxime requirunt, nescio; nonnulla ex his in publicum producere constitui, ejus quidem momenti, ut non displicitura credam Geometris; eo fine, ut vel hoc ipso augmentum veritatis, sin minus per me ipsum, per alios tamen, qui magis abundant otio, promoveatur. Num. LXVIII.

I. Ex hac ergo curvarum genesi per focos intellexi, præter unicam & simplicissimam *Hugenianam* evolutionem dari innumeras alias; ita ut quælibet curva infinitis possit modis evolvi, sequanturque hinc dimensiones curvarum infinitis modis, ut alio tempore ostendi. Perspexi etiam, ipsam spatiorum curvilineorum dimensionem generalissime hinc derivandam, & ea quidem ratione, quæ admodum simplex est, & in qua singularia hæc occurrunt. 1°. Uti notum pervulgatumque est, spatiorum circularium dimensiones absolvi ductu lineæ cujusdam rectæ in arcum circuli; ita universaliter hoc ipsum omnibus competit *spatiis curvilineis*, ut scilicet sint *æqualia producto alicujus rectæ in arcum curvæ alicujus*, occurrantque hic plurima circulari dimensioni analoga. 2°. *Curvæ quarum ope reliquarum curvarum metior spatia*, quæque primæ quasi curvæ existunt & præcipue sunt considerandæ, proprietates habent valde notabiles, & in his, quod multis erit inexpectatum, *curvæ quoque sunt mechanicæ*, quas CARTESIUS ex Geometria perperam, ut in *Medicina mentis* clare probavi, eliminavit, quarum proinde usus hinc redditur in Geometria manifestior. 3°. *Curvæ illæ*, per quas mensurantur reliqua spatia, *in lineas rectas abeunt, cum spatium aliquod absolute est quadrabile*. Unde facile ex ipsa genesi dijudicari potest, utrum aliquod spatium quadrabile sit, necne. Derivatur quoque inde, figuras clausas non admittere quadraturam, intellige ordinariam; id quod consentit cum iis, quæ habet Dominus NEWTON *; neque difficulter cognosci potest, quænam figuræ clausæ sint, cum alias multa possint earum figurarum afferri exempla, quæ videntur quidem, nullatenus tamen sunt clausæ.

Ut autem mens mea eo melius possit intelligi, exemplo, quod dictum est illustrabo. Sit ellipsis AFGE [*Fig.* 1]; sumptoque radio æquali semidiametro minori, describatur ex centro C circumferentia BFD, tandemque pro lubitu ducatur ex C recta CG, & HG parallela AE. Dico rectangulum

† Vide N°. LXVI pag. 650, Nota g, & N. LXXI, LXXII, Art. 2.

Num. LXVIII. gulum ex recta AE in arcum circularem HD esse semper quadruplum sectoris elliptici CGE †, ac proinde hoc modo facile *spatium ellipticum in aequales partes ex puncto C dividi potest.* Idem obtinet in parabola & hyperbola, si his omnia, ut decet, adplicentur; ea tamen cum differentia, ut quemadmodum in ellipsi, prout jam vidimus, dimetienda adhibetur arcus curvae circularis HD, seu talis curvae, ubi normalis ad tangentem est constans seu datae rectae aequalis; ita in hyperbola qualibet mensuranda adhibendus sit arcus curvae, in qua tangens ipsa est constans seu datae rectae aequalis, adeoque curvae, quae ex mente CARTESII est mechanica; in parabola vero alia curva, ubi normalis ad tangentem & ipsa tangens sunt aequales constanti quantitati, hoc est, linea recta, assumatur. Atque sic unico theoremate omnium sectionum conicarum per rectangulum ex constante recta in aliam curvam aut rectam ducta traditur dimensio. Quae quidem spero Geometris non minus grata futura, quam monitum HUGENII, quo simile quid in hyperbola aequilatera a se deprehensum indicavit; cum haec omnia modis plane diversis eruta, multoque sint universaliora, nec solum omnibus hyperbolis, sed infinitis aliis curvis applicari possunt.

Quaenam autem porro hinc conclusiones in curvis superiorum graduum, quae tres pluresve focos habent, consequantur, periti harum rerum insigni cum voluptate per se ipsos facile experientur. Possem enim plura huc elegantia & universalia theoremata adferre; sed ne ipsis desiderium minuam haec suo marte indagandi, unico tantum exemplo assertioni meae fidem faciam.

Sit curva FG [*Fig.* 2], quae descripta sit ope quatuor focorum A, B, C, D, sitque E centrum gravitatis quatuor punctorum A, B, C, D: dico, si ex quinque his punctis, versus duo puncta F & G pro lubitu assumpta in curva, ducantur rectae, spatia AFG, BFG, CFG, DFG quadrupla esse semper spatii EFG; si autem quinque essent foci, fore quintupla, & sic porro in infinitum. Sed de his satis. *

II. Notum est in circulo circumferentias esse inter se ut diametros, & spatia circularia similia ut diametrorum quadrata; non autem pervulgatum est, quod animadverti, dari unicum tale theorema pro omnibus curvis ejusdem speciei, ex quo, verbi gratia, curvarum ellipticarum & hyperbolicarum ratio ad invicem innotescit, quae nos hactenus latuit, possuntque infinita nova & singularia circa omnes curvas derivari. Id quod specimine aliquo illustrabo.

Sint duae parabolae AE & BD [*Fig.* 3] quarum focus C; ducaturque recta CDE. Dico *curvam parabolicam AE esse ad curvam parabolicam*

† Vid. N°. sequenti, Art. I. * Ibidem, Art. II.

bolicam BD, ut minoris latus rectum ad majoris latus rectum. Unde si ratio laterum rectorum sit dupla, curva AE dupla erit curvæ BD. Neque absolute necesse est, ut eundem focum C habeant; potest enim punctum ad libitum assumi, & nihilominus tamen ratio, quam curvæ ad se invicem habent, determinari. * Num. LXVIII.

III. Cognita quoque est ratio, quam partes curvæ circularis ad se invicem habent, sed circa quasvis alias curvas hæc nondum ostensa fuit a Geometris. Illis ergo forte non ingratum accidet, si ipsis significavero, me methodi universalis esse compotem, *in qualibet curva, data portione ejusdem, aliam semper assignandi, quæ datam rationem ad priorem obtinet*; cujus rei specimen quoque exhibebo.

Sit parabola ACDEF [*Fig.* 4], cujus focus B, sitque data portio curvæ CD, & alia assignanda EF, ita ut CD sit ad EF, ut data linea GH ad IK. Ductis lineis BC & BD, fiat ut quadratum GH ad quadratum IK, ita recta BC ad rectam BE, & BD ad BF: Dico curvæ parabolicæ portionem CD ad EF esse in ratione data. Sit, exempli gratia, GH ad IK ut 1 ad 2, & fiat BE quadrupla BC, & BF quadrupla BD, erit portio curvæ EF dupla partis CD †. Occurrit hic quidem casus, ubi peculiaria quædam observanda; sed cui demonstratio præcedentium nota, facile videbit quid sibi agendum, aliaque egregia hinc eliciet; verbi gratia, modum *in curvis assignandi spatia datam rationem habentia, licet ipsorum dimensio sit incognita*, prout hoc in specie circa præsens exemplum in hyperbola æquilatera, cujus dimensio analoga est parabolicæ, nova & hactenus incognita ratione fieri potest, ut assignentur spatia quæ datam lineæ ad lineam rationem inter se habent: multaque alia præclara & plane nova theoremata, vel circa ipsas conicas sectiones, quæ tamen hactenus nocturna diurnaque manu quasi versatæ fuerunt a Geometris. Demonstrationes enim horum omnium afferre & prolixum nimis foret & supervacuum, cum hæc inventa præcipue dicata sint Geometris primi ordinis, quibus jam notum est, quomodo ex datis conclusionibus universalibus circa dimensionem quantitatum, demonstrationes, via retrograda, facile possint investigari.

IV. Constitueram hic subsistere, sed commodum incidit in manus meas *Johannis* BERNOULLII meditatio de dimensione curvarum linearum per circulares; quod egregium inventum & mirifice me delectavit, & effecit, ut hæc pauca adjicienda duxerim. Vir hic Celeberrimus præcipue respexit in eruendo hoc Problemate ad evolutionem *Hugenianam*; sed quia juxta descriptionem meam curvarum per focos, quælibet curva infinitis modis potest evolvi, hinc ejus doctrina infinities amplificari poterit,

* Vide N°. seq. Art. III. † Ibidem, Art. IV.

Num. LXVIII. terit, adeoque Geometria singulare hoc modo augmentum recipiet. Addam vero & aliud, quod in tempus aliud reservaveram. Notum est, quod dato cuilibet spatio infinita alia spatia, diversæ naturæ, æqualia perfacile inveniri possint; sed idem in curvis lineis efficiendi nemo adhuc ostendit rationem. Si enim via ordinaria rem aggrediamur, ad tangentium methodum inversam deducimur, cujus ingeniosissima nobis specimina dedit Illustrissimus Vir *Marchio* HOSPITALIUS. Licet autem hanc quoque methodum probe excoluerim, & mihi fere omnimode satisfecerim, non tamen ea hic præstat, quod comparari possit cum methodo universali, quam non ita pridem inveni, ope cujus *infinitæ diversæ curvæ possunt designari datæ curvæ absolute æquales.* Specimina hujus rei alio tempore exhibiturus sum: jam enim vix licuit ob circumstrepentia negotia ad amicorum instantiam præcedentia litteris consignare.



No. LXIX.

JACOBI BERNOULLI OBSERVATIUNCULA

Ad ea quæ Mense Novembri 1695 *De Dimensionibus Curvarum publicata leguntur, Auctore* D. T.

Acta Erud. Lips. 1696. Jun. p. 260. PRæclara sunt, & e maxime desideratis illa, quæ hic promisit Nobilissimus D. T. * atque si ullatenus præstari possunt, ab ejus certe ingenio expectanda erunt. Optandum tantum esset, ut cum de excellentia Methodi, quam tegere voluit, per exempla nobis judicandum sit, talia selegisset quæ

* DE TSCHIRNHAUSEN. No. præced.

quæ haud facile aliunde solvi possent, aut aliis exceptionibus obnoxia forent; qualia num ista sint, quæ dedit Vir eximius, paucis examinandi veniam ab ipso flagitamus. Num. LXIX.

Primo, quod de spatio elliptico nos docet in *Fig.* 1, nulla singulari methodo videtur indiguisse, cum ex natura ellipsis simplici proportione concludatur; juncta enim CH & producta GH donec ipsi CF occurrat in I, quoniam ubique IH est ad IG sicut CD est ad CE, erunt tum spatia IHDC, IGEC, tum triangula IHC, IGC, tum his ablatis sectores CHD [sive $\frac{1}{2}$CD in DH] & CGE, ut CD & CE, hoc est, erit CE in DH = 2 CGE. Et patet generaliter, quod si loco circuli & ellipsis substituantur quævis aliæ curvæ *ejusdem generis*, hoc est, quæ habeant applicatas IH, IG in constante ratione, fore in eadem illa ratione etiam sectores CHD, CGE.

II. Quod deinde proprietatem spectat, quam focis curvarum per fila descriptarum attribuit, *Fig.* 2, omnibus illa indifferenter punctis est communis, & ex generalissima centri gravitatis natura manat; sumptis etenim in quacunque curva quibuscunque & quotcunque punctis A, B, C, D, eorumque centro gravitatis E, semper vel summa trilineorum AFG, BFG, CFG, DFG; vel [si punctorum nonnulla ad convexas curvæ partes assumantur] differentia trilineorum quæ ab una & eorum quæ ab altera parte sunt, trilinei EFG totuplex erit quot assumpta puncta fuerint. Sed & præter punctum E infinita alia puncta idem præstant, quæ in axe aliquo æquilibrii per E transeunte existunt. (*) Considerationem igitur focorum nihil hic ad rem facere apparet.

 III. Quod

(*) Nempe, si ducatur recta FG, & in eam demittantur ex singulis punctis A, B, C, D, E normales Aa, Bb, Cc, Dd, Ee; erit, ex natura centri gravitatis 4Ee = Aa + Bb + Cc + Dd + [illegible] adeoq. 4Ee × $\frac{1}{2}$ Fg = Aa × $\frac{1}{2}$ Fg + Bb × $\frac{1}{2}$ Fg + Cc × $\frac{1}{2}$ Fg + Dd × $\frac{1}{2}$ Fg, hoc est quater Triangulum rectil. EFG = Triang. rectil. AFG + BFG + CFG + DFG; & addito utrinque segmento FG quater, erit quater spatium curv. EFG = spatiis AFG + BFG + CFG + DFG. Manifestum autem est idem præstare singula puncta sumpta in recta quæ per E ducitur parallela ipsi FG.

N.LXIX. III. Quod porro asseritur de portionibus parabolarum communem focum habentium, *Fig.* 3, etiam procedit cum diversos habent, modo punctum C, e quo recta CE educenda est, tale assumatur, ut ipsa CA, CB, sint in ratione Parametrorum; at nihil hic peculiare tribui video parabolis, quod non idem quoque valeat de omnibus *ejusdem speciei* curvis, hoc est, curvis similibus & circa communes axes, focos, centra, aliave puncta similia similiter constitutis; puta, si curvæ AE, BD, forent duæ ellipses vel hyperbolæ similes circa eundem axem AC, & communem focum, seu centrum, aliudve punctum simile C similiter constitutæ, semper essent abscissæ portiones curvarum AE, BD, in ratione rectarum similium abscindentium AC, BC, vel CE, CD, utræque nimirum in ratione constante: quorsum applicari possunt ea, quæ jam anno 1692 Mense Maio * ad spiram mirabilem de triangulo circa angulum [hic infinite parvum ECD] rotato & proportionaliter fluente dicta sunt.

IV. Quod denique subjungit Nobilissimus Auctor de assignandis in parabola portionibus datam ad invicem rationem habentibus, *Fig.* 4, id rogo ut revideat; deprehendet enim rem aliter se habere, atque in locis a vertice A tantillo remotioribus portionem CD ad EF semper minorem obtinere rationem, quam GH ad IK. Quorum omnium ingeniosissimum Auctorem non ideo commonefacimus, ut præstantissima ejus inventa, quibus ipsi plenam fidem adhibemus, ullatenus suspecta reddamus, sed illum invitemus potius, ut vel ipsam suam methodum præclarissimam nobiscum communicare dignetur, vel si hanc diutius nos latere cupit, selectioribus saltem speciminibus eandem nobis comprobet. Quibus si addere velit nonnulla methodum tangentium inversam concernentia, tentare poterit tum Problema Decembris 1695 †, cujus & ego solutionem dabo proxime, tum alia hinc inde in *Actis* occurrentia, quæ nondum solutionem acceperunt, ipsique adeo uberem materiam Publico gratificandi suppeditabunt.

N°. LXX.

* N°. XLIX. pag. 301. Vide etiam ibid. Not. I. Prop. I. pag. 497.
† Supra N°. LXVI. pag. 663.

N°. LXX.

JACOBI BERNOULLI CONSTRUCTIO GENERALIS

Omnium Curvarum Transcendentium,

Ope simplicioris Tractoriæ & Logarithmicæ.

METhodus Tangentium inversa, in qua dubio procul summus Geometriæ apex consistit, tribus potissimum partibus absolvitur, quarum prima versatur in reducendis differentialibus altiorum generum [seu differentio-differentialibus] ad differentialia primi generis; altera in separandis litteris indeterminatis cum suis differentialibus a se invicem; & tertia in construendis æquationibus hoc modo reductis. In singulis perficiendis varie huc usque occupati fuimus, quotquot promotioni hujus Scientiæ operam nostram addiximus. Ad primam inter alia pertinet Theorema de radiis circulorum osculantium, cujus Mense Decembri 1695, pag. 538 * mentionem injeci, quodque in secundis differentiis ad primas reducendis usum habere dixi, ut suo tempore uberius explicabo †. Ad secundam spectat, quod *Acta Erud. Lips. 1696. Jun. p. 261.*

* Supra pag. 642.

† Vid. N°. CIII. Art. X.

No. LXX. ibidem ad calcem meditationis subjunxi Problema *, cujus solutionem, ni alius quispiam interea me prævenerit, brevi quoque exhibebo †. Restat tertia Methodi pars, de qua nobis impræsentiarum specialius agendum est, & quæ constructiones curvarum transcendentium concernit. Omnes construendi modi, quorum huc usque specimina in *Actis* comparuerunt, ad duo vulgo nota genera revocari possunt; fiuntque vel per motum continuum, eumque seu naturalem, seu artificialem, vel per inventionem plurium punctorum. Motum naturalem voco, quem natura ipsa sibi relicta sponte producit: artificialem quem Ars insuper moderatur. Ad illum refero constructiones Mense Decembri 1695, pag. 551 & 552 ‡, memoratas, quæ fierent per elastra vel funes debita conditione imbutos: ad hunc, quæ per tractiones, qualem non sine intelligentium approbatione dedit Ingeniosissimus D. LEIBNITIUS, Mense Septembri 1693. Constructiones, quæ punctorum inventione absolvuntur, fiunt vel per quadraturas, quæ non ita pridem solæ in usu fuerant, vel per rectificationes curvarum algebraicarum, quo pacto puncta Catenariæ per curvam parabolicam, & Isochronæ per lemniscatam determinantur: vel denique per coordinatas aliarum transcendentium, sed descriptu faciliorum, veluti præfatus Celeberrimus LEIBNITIUS puncta Catenariæ reperire docuit per logarithmicam. De quibus breviter hæc teneantur; quod constructiones curvarum per motum, sive naturalem, sive arte temperatum, productæ procul dubio omnium forent optimæ, si facili aliquo mechanismo in effectum deduci possent: sed cum illæ tales conditiones prærequirant in materia, quas ei introducere æque, vel fortasse magis arduum est; hæ motum deposcant ita compositum & implicatum, qui in praxi succedat difficulter; necessitas omnino cogere videtur, ut in curvarum transcendentium, non secus ac in algebraicarum altiorum delineationibus, sola punctorum inventione acquiescamus. Ubi quidem quadraturæ, cum ad praxin æque inidoneæ sint, jam fere exoleverunt, iisque merito præ-

* Pag. 663.   † No. LXXII.   ‡ Supra pag. 661.

præferuntur constructiones, quæ fiunt per logarithmicam, lineam No. LXX. sinuum, aut similes, vel etiam per rectificationes curvarum algebraicarum, sicubi haberi possunt; quoniam dubium est, an semper inveniri possint, nec si possunt, universalis regula iis inveniendis præscribi queat (a); jure desiderari potest adhuc methodus, qua puncta curvarum, semper & ubique, facili & ad usum accommodata operatione inveniantur. Ostendam igitur hic modum, quo hoc consequi possumus, ope unius logarithmicæ & cujusdam Tractoriæ motu simplici facillimoque describendæ. Quemadmodum enim puncta curvarum algebraicarum determinantur per intersectiones duarum aliarum algebraicarum descriptu faciliorum: ita quoque puncta mechanicarum reperiri debere consentaneum puto.

Si proposita sit æquatio $ady = tdx$, ubi t dari intelligitur per x [ad hanc enim formam, facta separatione indeterminatarum omnes reducuntur] ducantur in plano aliquo horizontali duæ rectæ parallelæ AB, CD, in distantia arbitraria AC, interque illas statuatur curva algebraica FK talis, ut existente AE vel BE $= x$, EF quarta sit proportionalis ad t, a, & duplam subtangentem logarithmicæ, quia hic uti voluerimus: Tum sumpto filo FGH longitudinis AC, describatur Tractoria curva HI ope normæ DGF propellentis extremitatem fili F super curva KF, eo modo quo id, Mense Junio 1693, pag. 255 *, explicatum fuit. Deinde, trajecta indefinite per rectas AB & CD perpendiculari GE, centro G radio EF arcus describatur secans Tractoriam in H; unde demittatur in CD normalis HD, ac jungatur GH: quo facto, tum aggregatum rectarum GH & GD, tum earundem differentia applicetur logarithmicæ, eritque axis portio, quæ applicatis intercipitur, = quæsitæ y; cui proinde si statuatur in E æqualis EL, atque hoc ubique fiat, habebitur per puncta sic descripta optata Curva LM (b). Nota si

Zzzz 3 æqua-

(a) Imo talem dedit Cel. *Johan.* BERNOULLI, Auctoris nostri Frater in *Actis Erud.* 1724. Aug. pag. 356.

(b) Hujus constructionis vide demonstrationem analyticam, infra, N°. CIII, Art. XXI.

* Supra N°. LVII. pag. 575.

No. LXX. æquatio fuerit $r\,dy = t\,dx$, & r etiam indeterminata sit, sed data per y, constructio nihilo difficilior evadit; posito enim $r\,dy = a\,dz = t\,dx$, constat ex præcedente constructione, inveniri posse relationem inter x & z, itemque inter y & z, quare etiam inter x & y innotescet. Patet autem etiam ex allatis, quod si data sit relatio trium linearum CG, GH & GD [quod contingit, quandocunque Tractoria HI est ex numero algebraicarum;] curva LM possit construi per solam logarithmicam sine adjumento alterius mechanicæ; unde novum criterium pro dignoscendis curvis hoc modo construibilibus resultat, quod Lectores nostri cum olim * exhibito conferre possunt.

* N°. LVIII, pag. 591, 592. De quo vide N°s. LXIV, pag. 631, & LXVI, Art. III, pag. 646, 647.



N°. LXXI.

G. G. L. *

NOTATIUNCULA

AD ACTA DECEMBRIS 1695,

Pag. 537 & sequentibus †.

Acta Erud. Lipʃ. 1696. Mart. p. 145

INiquus sim, si non agnoscam, excellentis Mathematici *Jacobi* BERNOULLII *Basileensium Professoris* meditationibus plurimum debere scientias istas profundiores, & me potissimum ipsi pariter ac Fratri ejus Ingeniosissimo, *Joanni* BERNOULLIO, nunc apud *Groninganos Professori* Clarissimo obstrictum esse, qualiacunque a me jacta Analyseos

* *Gotb. Gul.* LEIBNITII. † Ad Num. LXVI.

lyſeos cujuſdam ſuperioris fundamenta ad varios uſus applicuere, ſuisque inventis mirifice auxere, & ut magis magiſque innoteſcerent ac celebrarentur effecere. Virum autem Celeberrimum *Jacobum* BERNOULLIUM, cujus nupera me ad hoc Schediaſma invitavere, perſuadere ſibi velim, longiſſime a me abeſſe animum de meritiſſimis ejus laudibus detrahendi. Gloriam inventarum figurarum Elaſticarum [ex hypotheſi ſcilicet valde veriſimili] ipſi illibatam relinquo. Theoremata de radiis circulorum oſculantium, etſi mihi non ignota, ne attigiſſem quidem, niſi originem, eorum pariter ac ſimilium aliorum, ex ſingulari quodam differentialis calculi genere ſimpliciſſimam exponendam occaſione data putaſſem. Ut iis in Elaſticis figuris uterer in mentem non venit, quod figuris illis quærendis nunquam animum adjeciſſem; non quod res ſit pulchra & inquiſitu digna, ſed quod in tanta agendorum copia, quæ ab illo recte acta putavi, nollem denuo agere; incertus etiam, an poſſem. Itaque non eſt, cur imputet Theorematum de oſculis defectui, cum ipſe agnoſcat, etiam publicatis illis, nondum vel HUGENIUM, vel me, de lineis illis Elaſticis ſatis meditatos fuiſſe. Ac ne nunc quidem, expoſita analyſi Viri Egregii, a me impetrare poſſum ut hunc campum, licet pulcherrimum, ingrediar; cujus rei plures habeo rationes, quam vellem. De cætero video eum a mea de conſtructionibus ſententia vix diſſentire; optaremque ipſum, ſi vacat, ulterius cogitare de conſtructione tranſcendentium per puncta algebraice inventa: id enim magis analyticum fuerit, etſi non æque ſit in poteſtate hactenus, ac reductio quadraturarum ad Euthynſes *. De numero radicum oſculi candide profeſſus ſum dudum, me re diligentius excuſſa ſententiam ipſius amplecti (a). Quod inſtantiam a me poſtulat (b) curvæ ordinariæ rectificabilis in ſe redeuntis, ſuccurrit nunc Epicycloidalis, quam punctum deſcribit fixum in circulo provoluto ſuper alio circulo. Hanc rectificabilem eſſe, a Celeberrimis Viris HUGENIO & TSCHIRNHAUSIO eſt oſtenſum; eſſe autem in ſe redeuntem, hæc conſtructio ipſa monſtrat, cum circumferentiæ ſunt commenſurabiles (c). Præclare facient BERNOULLII Fratres, ſi conjunctis, vel etiam ſeparatis ſtudiis, velariæ figuræ contemplationem cœptam abſolvant. Quod medias directiones attinet, de quibus Ego in *Ephemeridibus Gallicis* Menſis Septembris 1693 (d), cum tendentiæ puncti mobilis ſint infinitæ, puncta tendentiarum intervallulis æqualibus aſſumi arbitrarium putem. Diverſis autem punctis tendentias exercentibus, ex punctorum progreſſibus habetur & progreſſus communis centri gravitatis, nempe conferendo ejus ſitum ante progreſſum, cum ſitu proximo poſt progreſſum punctorum elementarem.

N. LXXII.

* *rectificationes.*

(a) Vide N°. LXVI. Art. III. pag. 647.
(b) Ibid. Art. IV. pag. 650, 651.
(c) Vide Num. ſeq. Art. II.
(d) Vide N°. LXVI. Art. V. pag. 656-658.

N. LXXI. tarem. Quod si punctorum impulsorum tendentias consideremus, quæ sæpe ab impellentium tendentia diversa est, tendentia media ab iis recepta eodem modo definietur. Eaque omnia pro re nata sunt varianda, sed in his prompte eleganterque exhibendis a Viro Clarissimo non vulgaria expecto, ac publico eum nomine rogandum censeo, ut sua de fluidorum motibus aliisque meletemata præclara diutius non premat. Quod controversias attinet inter D. D. HUGENIUM & RENAUDUM Ingeniarium rei apud Gallos marinæ Generalem, ipse HUGENIUS [cujus certe Summi Viri amissi & ipse desiderium tanto fero ægrius, quanto propius mihi cum eo commercium erat, notioresque maximæ dotes, in quibus vis animi candorque certabant] me sententiam rogare dignatus est; sed tunc nondum erant ad manus utrinque agitata. De re ipsa alias. Recte notatur, eundem ventum magis impellere navem quiescentem, quam procedentem, & discrimen aliquando non esse negligendum. Puto etiam, diversa venti vi, declinationem [*la Dérive*] secus quam D. RENAUDUS supposuit, non esse æqualem, sed eo majorem quo major est venti violentia. Modum generalem construendi tangentium inversas, Mense Augusto, 1695, pag. 373 (e) ipse non nisi pro Mechanismo venditavi. Utilissima cogitatio est, de iisdem ad quadraturas redigendis, separandisve ad invicem indeterminatis. *Problema* (f) de eo præstando circa æquationem differentialem $a\,dy = yp\,dx + by^n q\,dx$ solvere possum, & reduco ad æquationem, cujus forma est $\ldots dv + \ldots\ldots v\,dz + \ldots dz = 0$, ubi per punctata intelliguntur quantitates utcunque datæ per z. Talis autem æquatio generaliter per me reducta est ad quadraturas, ratione Amicis jam communicata, quam hic exponere necessarium non puto; contentus effecisse, ut Acutissimus Auctor Problematis agnoscere possit methodum [ut opinor] non dissimilem suæ. Neque enim dubito & hoc ipsi innotuisse (g). Et sunt a me in istis multa olim tentata, non pauca etiam præstita, quæ jacent dispersa in schedis, nec mihi ipsi in numerato habentur, copia inopi, ut simul habere videar & non habere. Hæc tamen facilius suppeditavit memoria, ea ipsa die, qua *Lipsiensia Acta* Mensis Decembris 1695 sum nactus, id est hesterna, in ipsis scilicet Nundinis Brunsvicensibus, ubi hæc inter distractiones utcunque in chartam conjeci.

(e) Supra, N°. LXIV, p. 635, 636.
(f) Propositum a BERNOULLIO, supra N°. LXVI. pag. 663.
(g) Vide Num. sequentem.

N°. LXXII.



N°. LXXII.

JACOBI BERNOULLI
PROBLEMA BEAUNIANUM
Universalius conceptum,

Sive Solutio Æquationis nupero Decembri propositæ, $ady = ypdx + by^n qdx$; *cum aliis quibusdam annotatis.*

I. QUod olim CARTESIO a BEAUNIO propositum, & aliquot abhinc annis resuscitatum fuit Problema, [vid. *Ephem. Gallic.* mense Sept. 1692, & *Acta Lips.* mense Mai. 1693] universaliter ita proponi potest: *Data quavis Curva, seu algebraica, seu transcendente, seu libera tantum manu formata; invenire aliam ita comparatam, ut ejus applicata ad subtangentem eandem rationem habeat, quam habet constans quadam linea* a *ad summam differentiamve applicatarum curva data & quæsita; vel etiam reciproce, quam hac summa differentiave habet ad constantem* a. In casu enim *Beauniano*, ubi loco datæ Curvæ, Recta assumitur angulum semi-rectum cum axe constituens, utrovis modo conceptum Problema in idem recidit; alias duplex est & maxime diversum. Posterioris ego solutionem hac vice cum publico communicabo; sed omissa analysi, & prioris quoque enodatione Lectori relicta, ut si majorem, quam fortasse existima- *Acta Erud. Lips. 1696. Jul. p. 332.*

Num. LXXII. rat, in recessu difficultatem repererit, eo benignius operam hic præstitam interpretetur. Esto [Fig. 1] Curva data AC vel Ac, axis AB, & sit abscissa AB $= x$, BC, vel Bc $= q$, data per x, & BD $= y$; erit ex præscripto Problematis $dy : dx = y \pm q : a$, hoc est, erit $a\,dy = y\,dx \pm q\,dx$. Est autem hæc Æquatio non casus tantum, ut apparet, specialis æquationis, mense Decemb. propositæ, $a\,dy = ypdx + by^n q\,dx$, sed ipsamet potius hæc æquatio simplicioribus duntaxat terminis expressa, cum una ad alteram perpetuo reduci possit; consentiente illo quod Celeberrimus D. Leibnitius observavit, ubi dictam æquationem in hanc transformat ... $du +$ ..... $u\,dz +$ ... $dz = 0$; hæc enim & ipsa ulterius ad allatam formulam $a\,dy = y\,dx \pm q\,dx$ reduci valet; si nempe, quod intelligo, q concipiatur dari per x non modo in terminis algebraicis, sed in transcendentibus, veluti si q ponatur $= \int (dx \sqrt{(aa - xx)})$ hoc est, si curva data AC fingatur esse ex mechanicarum numero (a). Quantæ igitur universalitatis hoc Problema sit, quantumque conferat ad promotionem methodi Tangentium inversæ nemo non videt, gaudeoque præfatum Virum Celeberrimum illud sua quoque opera dignum cen-

(a) Ponatur $y^{1-n} = u$, vel $y = u^{1:(1-n)}$, eritque $dy = \frac{1}{1-n} u^{n:(1-n)} du$, quibus substitutis in æquat. $ady = ypdx + by^n qdx$, ea transformabitur in hanc $\frac{a}{1-n} u^{n:(1-n)} du = u^{1:(1-n)} pdx + bu^{n:(1-n)} qdx$, vel dividendo per $u^{n:(1-n)}$, in hanc $\frac{a}{1-n} du = updx + bqdx$; quæ reductio est *Leibnitiana*. Ponatur ulterius $pdx = dt$, atque $dx = dt : p$, & $qdx = qdt : p$, & æquatio $\frac{a}{1-n} du = updx + bqdx$, abibit in hanc $\frac{a}{1-n} du = udt + bqdt : p$, quæ est reductio *Bernoulliana*. Nam, quia $pdx = dt$, & p datur per x, dabitur x per t, saltem transcendenter; igitur p & q, qui dantur per x, dabuntur per t; ideoque $bq : p$ dabitur per t. Ergo æquatio $\frac{a}{1-n} du = udt + bqdt : p$ ejusdem est formæ cum ista $a\,dy = y\,dx \pm qdx$, ubi q datur per x.

censuisse: hoc enim præstantiæ & utilitatis ejus argumentum esse potest. Num. LXXII.

Solutionem meam quod attinet, ad quam tres quatuorve ducentes vias habeo, illa præter curvam AC, quæ ut jam delineata supponitur, solam requirit Logarithmicam, qua mediante inveniri debet alia, per cujus quadraturam quæsitæ ED puncta obtineantur, id quod hoc modo fit: Esto Logarithmica FG [*Fig.* 2] cujus subtangens $= a =$ AF [quanquam omnis alia idem præstet, sed prolixitatem vito] AC curva data, AL utriusque axis, AB vel aB $= x$, & BC $= q$; fiatque alia curva AH, cujus applicata BH quarta sit proportionalis ad BG, BC, & AF.; tum spatio curvilineo ABH ad AF applicetur æquale rectangulum FL, rursumque statuatur BD quarta proportionalis ad AF, BG & AL [vel ML, sumpto ubivis in axe AL puncto fixo M] erit D punctum in optata curva ED, existente BD y æquationis $a\,dy = + y\,dx \pm q\,dx$, vel $a\,dy = - y\,dx \pm q\,dx$; quorum illud obtinet, si AB dicatur x, & M ad sinistram dextramve puncti L constituatur; hoc vero, si sit aB quæ vocetur x, atque M vicissim ad dextram sinistramve ipsius L collocatum fuerit (*).

Aaaaa 2 Notatu

(*) Constructionis hujus en Analysin, ex N[i]. CIII, Art. 12, petitam. Sit $y = mn$, & $ady =$ [$amdn + andm =$] $ydx + qdx$ [$mndx + qdx$.] Pone $amdn = mndx$, & $andm = qdx$; & prior æquatio divisa per mn dabit $adn : n = dx$. Igitur $x =$ Log. n, vel $n =$ numero cujus logarithmus x, id quod sic designabimus $n = Nx$. Hic valor ipsius substitutus in æquatione posteriore $andm = qdx$, illam mutat in hanc, $adm = qdx : Nx$, vel, integrando $am = \int(qdx : Nx)$. Igitur $y = mn = \frac{Nx}{a}\int(qdx : Nx)$. Unde fluit Auctoris constructio. Nam cum sit AB $= x$, erit [propter Logarithmicam FG] BG $= Nx$; & BH, quarta proportionalis ad BG [Nx], BC [q] & AF [a], erit $aq : Nx$, atque ideo spatium ABH $= \int(aqdx : Nx)$ $=$ FL, & AL $= \int(qdx : Nx)$. Ergo BD, quæ quarta est proportionalis ad AF [a], BG [Nx] & AL [$\int(qdx : Nx)$,] erit $= \frac{Nx}{a}\int(qdx : Nx) = y$.

Vel sic, per methodum Cel. DE MAUPERTUIS [*Comm. Acad. Reg. Par.* 1731]. Æquatio $a\,dy = ydx + qdx$, multiplicando per A variabilem, & transponendo, induat hanc formam $Aqdx = aAdy - Aydx$, atque

Num. LXXII.

Notatu dignum hic eſt, quod ſi q ſimpliciter denotat poteſtatem aliquam integram & poſitivam ipſius x, hoc eſt ſi curva data AC eſt ex genere Paraboloidum, curvilineum ABH ſemper mediante logarithmica quadrabile exiſtit, adeoque curvæ quæſitæ puncta immediate per logarithmicam abſque quadraturis inveniri poſſunt; quod ſequenti exemplo monſtrabo, e quo lex progreſſionis in cæteris ſatis perſpicietur: Eſto, ut antea Logarithmica FG [*Fig.* 3], ſubtangens ejus $= AF = a$, Parabola quædam ſurſolida IC, vertice I ubivis in axe AB accepto, proinde $IB = x$, & $BC = x^5 : a^4$, productaque infinite BC ſecet logarithmicam in G, tum conſtruantur termini progreſſionis ſequentis, $1.2.3.4.5.a$; $2.3.4.5.x$; $3.4.5.xx:a$; $4.5.x^3:aa$; $5.x^4:a^3$; $x^5:a^4$; [quod ipſum quoque logarithmicæ beneficio expeditiſſime peragitur, applicando ipſi, in diſtantiis æqualibus AH, HL, LM, MN, NO, rectas HP, LQ, MR, NS, & OT, quarum prima HP ſit $= IB = x$; cæteræ enim ordine erunt $xx:a$; $x^3:aa$; $x^4:a^3$; & $x^5:a^4$, quarum multiplices ſeriei noſtræ, ut apparet, terminos conſtituunt] quo facto in recta GB abſcindatur ex puncto G, vel deorſum verſus axem, vel ſurſum in partes oppoſitas, pro ſigni ambigui varietate, pars GD, quæ ſit æqualis vel aggregato terminorum hujus ſeriei, ſi habeatur $a\,dy = +y\,dx \pm q\,dx$; vel differentiæ inter ſummas terminorum in locis paribus & eorum qui ſunt in imparibus, ſi fuerit $a\,dy = -y\,dx \pm q\,dx$, eritque ſemper quod hoc pacto obtinetur, punctum D in curva deſiderata ED (*). Demonſtrationem

que integrando $\int Aqdx = aAy - a\int ydA - \int Aydx$. Ponantur duo poſteriores termini ſimul æquales nihilo, eritque, $-adA:A = dx$, vel Log. $a -$ Log. $A = x$, aut $c:A = Nx$, vel $A = c:Nx$. Igitur cum ſit $\int Aqdx = aAy$ vel $y = \int Aqdx : aA$, erit $y = \int(cqdx : Nx) : (ac : Nx) = \frac{Nx}{a} \times \int(qdx : Nx)$; quæ æquatio ad Auctoris conſtructionem quaſi manu ducit.

(*) Vide N°. CIII, Art. 12. §. 2. & 3. Vel hanc accipe Analyſin commode in plurimis caſibus ſimilibus adhibendam. Integranda proponitur æquatio (A) $ady = -ydx + x^5dx:a^4$ vel $ady + ydx - x^5dx:a^4 = 0$. Ponatur

nem non addo, quod unusquisque illam ex constructionibus istis haud difficulter eliciet. Forte autem recordari poterit Celeberrimus D. LEIBNITIUS, an & quousque sua Problematis solutio cum ista conspiret. Num. LXXII.

II. Priusquam hinc digrediar, *Notatiunculæ*, quam hic Vir Martio præterito ad *Acta* Decembris communicavit *, in uberiorem veritatis explanationem pauca quædam hic subnectere liceat. Problematis Elastici solutionem, cujus ipse primo loco meminit, tam generalem puto me dedisse, ut ad omnem indefinite hypothesin, veram non minus ac verisimilem, æque se extendat, insuperque fulcra vectium non supponat, sed inveniat; quod totum illud est, quod in hac materia jure requiri potest, quandiu speciales tensionum leges nobis ignotæ sunt.

Constructionem Transcendentium per puncta algebraice inventa fateor rem egregiæ speculationis fore: dubito tamen hic, ut in aliis, generale quidpiam inveniri posse; etiamsi fortasse in paucis quibusdam res succedere deprehenderetur. Itaque negotium tanti non videtur esse, ut ei implicari sit necesse, præsertim cum

natur $y = x^5 : a^4 + p$, & $dy = 5x^4 dx : a^4 + dp$, atque A migrabit in (B) $adp + pdx + 5x^4 dx : a^5 = 0$. Fiat $p = -5x^4 : a^3 + q$, & $dp = -4.5x^3 dx : a^3 + dq$, atque B mutabitur in (C) $adq + qdx - 4.5x^3 dx : a^2 = 0$. Statuatur $q = 4.5x^3 : a^2 + r$, & $dq = 3.4.5x^2 dx : a^2 + dr$, atque C abibit in (D) $adr + rdx + 3.4.5x^2 dx : a = 0$. Sumatur $r = -3.4.5x^2 : a + s$, & $dr = -2.3.4.5xdx : a + ds$, atque D transibit in (E) $ads + sdx - 2.3.4.5xdx = 0$. Fac denique $s = 2.3.4.5x + t$, & $ds = 1.2.3.4.5dx + dt$, atque transformabitur E in (F) $adt + tdx + 1.2.3.4.5adx = 0$, vel $dx = -adt : (t + 1.2.3.4.5a)$, aut integrando, $x = -\text{Log.}(t + 1.2.3.4.5a)$. Igitur $t = -1.2.3.4.5a - Nx$. Est autem $y = x^5 : a^4 + p = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + q = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + 4.5x^3 : a^2 + r = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + 4.5x^3 : a^2 - 3.4.5x^2 : a + s = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + 4.5x^3 : a^2 - 3.4.5x^2 : a + 2.3.4.5x + t = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + 4.5x^3 : a^2 - 3.4.5x^2 : a + 2.3.4.5x - 1.2.3.4.5a - Nx$. Atqui ex constructione Auctoris $GD = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + 4.5x^3 : a^2 - 3.4.5x^2 : a + 2.3.4.5x - 1.2.3.4.5a$, & $GB = Nx$. Igitur $BD = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + 4.5x^3 : a^2 - 3.4.5x^2 : a + 2.3.4.5x - 1.2.3.4.5a - Nx = y$. Poni etiam potuisset t constans atque, $dt = 0$, de quo vide Num. LXXVII.

* N°. præced.

Num. LXXII. alia præsto sint, quæ defectum hic supplere possint; & considerandum Lectoribus relinquo, an alius generalior simul, simplicior, & ad praxin accommodatior construendi modus reperiri possit illo, qui fit per tractiones, atque nuperrime a me ad *Acta* communicatus *, nescio an etiam publicatus fuit.

Quæstionem de numero radicum osculi consensus Viri Celeberrimi jam extra controversiam ponit. Mutuo cum ipso candore acturus, quæ de curvis in se redeuntibus putabam olim me demonstrare potuisse, corrigo, gratiasque habeo, quod exemplo me edocuerit tales quandoque rectificationem admittere posse, sine quo fortasse nunquam huc animum advertissem. Fecit autem Viri Nobilissimi monitum, ut discursum, Mense Januario 1691, pag. 21 ** hanc in rem allatum denuo examinarem, deprehenderem, eum in hoc laborare, quod supponit, unam duntaxat dari æquationem quæ relationem ipsius x ad t, arcus ad tangentem exprimat. In curvis enim in orbem redeuntibus, quæ rectificationem admittunt, & in quibus x portionem curvæ, una cum integra perimetro semel aliquotiesve accepta, significare potest; relatio ipsius x ad tangentem aliamve functionem pro numero vicium quibus perimeter accipitur subinde variat, peculiaremque æquationem deposcit.

Quæ vero porro subjicit Vir Acutissimus de mediis directionibus, haud ita facile a me assensum impetrant; nec enim satis capio, quo sensu puncta tendentiarum æqualibus intervallis assumi arbitrarium existimet. Mentem meam exemplo declaro: [*Fig.* 4.] Sit ventus aliquis circumfusus æqualiter arcui circulari Bbb, vel etiam potentia quæpiam trahens, circumposita opposito arcui Ccc, agatque in singulis arcus punctis in centrum A viribus, quæ proportionentur rectis AD, Ad secantibus arcuum Bb vel Cc, quo pacto puncta omnium tendentiarum particularium d, d, reperientur in recta tangente Ddd; adeoque disterminabuntur intervallulis inæqualibus dd, dd, ob æqualia arcuum elementa bb, bb,

* N°. LXX. ** Supra N°. XLI, pag. 440.

bb, bb, vel cc, cc. Nam si quis existimet, intervalla dd æqualia assumi posse, is vicissim statuere debet inæqualia arcuum elementa bb vel cc, ac proinde, ob æqualiter circumfusam potentiam, ejus vires censebit esse in ratione composita elementorum bb vel cc & secantium Ad: non ergo sunt in simplici ratione secantium Ad, igitur nec puncta tendentiarum in tangente Dd; utrumque contra hypothesin. Addo, quod inventio centri gravitatis punctorum dd inæqualiter distantium pendet a circuli & hyperbolæ relatione nondum cognita, æqualiter distantium a simplici bisectione rectæ Dd; unde si sit arbitrarium illa fingere, ut lubet, Problema directionis mediæ simul & simplex erit & transcendens; quæ denuo repugnant. Num. LXXII.

Navem quiescentem ab eodem vento fortius impelli, quam procedentem, mecum agnoscit Vir Eximius; idemque videt unusquisque, si considerat, tantam semper velocitatis venti partem motu navis reddi irritam, quanta velocitate ipsa navis progreditur: unde cum hæc, ut dictum alibi, partem velocitatis venti satis notabilem, eoque majorem quo velum spatiosius fuerit, adæquet, constat etiam discrimen oriri, quod in usu navigationis minime contemni possit. At quod deviationem seu declinationem navis attinet, hic rursus diversum sentire cogor; hanc enim ab intensiore vel remissiore venti vi non alterari, mihi extra dubium est; prout etiam assumit Ingeniarius Gallicus [sive Renavium appelles *RENAU* cum Auctore Gallico *Hist. Oper. Erud.* sive malis Renaudum *RENAUD* cum D. Leibnitio] nec diffitetur Hugenius, etsi prior in ejus quantitate definienda aberret, posterior definire plane abstineat. Ex systemate meo motus fluidorum illam sic determino [*Fig.* 5.] : Ponatur navis AB figuram habens rectangulam oblongam [hæc enim pro diversitate figuræ variant] proram conversam in E, velumque ad rectos angulos ventum excipiens, cujus sit directio AD, verus navis cursus fiat per lineam striatam AF, sic ut ejus declinatio censeatur EF; reperio, qualiscunque venti sit velocitas, semper fore DE ad EF in ratione dimidiata ejus quæ componitur ex ratione DE ad AE, & ex ratione longitudinis parallelogrammi

AB

Num. LXXII. AB ad ejus latitudinem. E quo illud consectarium fluit, quod quandoque EF æquare vel etiam superare possit ipsam ED, contra Ingeniarii Gallici hypothesin, nempe tum cum sinus anguli DAE ad sinum complementi ejus æqualem vel minorem rationem habuerit, quam latitudo navis ad longitudinem. Sed & aliud hic singulare occurrit, velocitates navium concernens, & quod multis paradoxum videbitur, sed tamen verissimum; nimirum, quod tum navis AB cæteris paribus velocius movebitur in via sua AF, quam eadem posita in AC, proramque juxta ipsam directionem venti AD conversam habens, per AD progrederetur; ac proinde, si, exempli gratia, Nauta nave vectus, cujus longitudo latitudinis sit decupla, flante Borea iter in Austrum meditetur, veloque ad ventum recto proram a Meridie parumper deflectat angulo 5 gr. 43 min. illam dirigendo in plagam fere mediam inter Austrum & Rumbum huic proximum, Nautis *Zuid-ten-Oosten*, vel *Zuid-ten-Westen* dictum [quo pacto ob accedentem declinationem illum præcise in Austrum ferri ex ante dictis constat] iter hoc suum celeritate revera majore prosequetur, quam si manente velo ad ventum recto navigii cursum recta in Austrum instituisset; quanquam hæc velocitatum differentia in praxi tam sit exilis, ut unicam tantum leucam in quadringentis lucrefieri hac ratione posse deprehendam (a). Horum vero omnium demonstrationes, quæ fluidorum corporumque motorum in fluidis affectiones concernunt, cum justi fere voluminis materiam præbere possint, malo aliquando junctim exhibere, ubi Deus vitam tranquilliorem firmioremque indulserit valetudinem, quam hinc inde quædam sparsim, atque imperfecte indicando, pretium illorum imminuere.

III. Dum hæc meditabar, accipio Clarissimi NIEUWENTIIT ambos Tractatus de *Analysi infinitorum*, ubi præter quædam bonæ notæ, quæ habet, non contemnenda, id quoque agit, ut difficultates quasdam nobis proponat contra principia Geometrarum hucus-

(a) Videatur No. CIII. Art. 13.

hucusque recepta, præsertim contra calculum nobis usitatum, eo potissimum tendentes, ut differentiationum successionem, seu differentio-differentialia, ceu purum *non ens* vel *nihil*, ut vocat, eliminet; quod nonnullis conclusionibus absurdis & manifesto falsis, quas ex iis admissis sequi existimat, evincere conatur. Meum itaque esset, ut calculi nostri probitatem hic loci adversus objectiones ejus vindicarem, maxime quia mea suo tractatui occasionem dedisse scribit. Sed quia causa communis ipsum jam calculi Auctorem Celeberrimum D. LEIBNITIUM defensorem nacta est, qui Mense Julio superioris Anni scrupulis omnibus tum sibi, tum mihi objectis sufficientissime & plane ad mentem meam respondit; superfluum esset, veritatem pluribus contra D. NIEUWENTIIT asserere, vel ostendere, quam multis ipse contradictionibus per sua principia sese implicet. Num. LXXII.



N°. LXXIII.

JACOBI BERNOULLI
COMPLANATIO
Superficierum Conoidicarum *&* *Sphæroidicarum.*

OCcasione Problematis *Florentini*, inter alias solutiones ante hoc quadriennium Mense Augusto 1692 * exhibitas, pri- *Acta Erud. Lips. 1696. Oct. p. 479.*

* Supra N°. LII, pag. 512. seq.

Num. LXXIII. mus aperui artificium ex superficie Sphærica portionem abscindendi dato cuivis plano æqualem. Habui quidem jam tum modum istud efficiendi mechanice in quavis alia superficie conoidica, vel sphæroidica; cum & simplicioris quodammodo sit inventionis, & meditanti mihi primo sese obtulerit; sed quoniam rectificationem lineæ circularis supponebat, contempsi. Nunc quia video *Fratrem* hæc dignari, quorum mentionem faceret publice, placet etiam Lectori breviter exponere, quid ego hic tum præstiterim.

Sint duæ Curvæ [*Fig.* 1.] quæcunque AHC & PEF in eodem plano existentes, & sumptum in priore indefinite punctum H, e quo demissa intelligatur in axem normalis HI secans curvam PEF in E, nec non ducta tangens HM, eique perpendicularis radius osculi HN secans axem in G, & curvam PEF in F. Esto etiam punctum aliquod in axe fixum O, & sit ducta OH secans curvam PEF in P, eique normalis OR tangenti HM occurrens in R. Quibus positis, inveni quod si sumatur quarta proportionalis ad tangentem HM, subtangentem MI, & applicatam IE, eique ex peripheria circuli HKL rotatione puncti H circa axem AD descripti æqualis abscindatur arcus HK, [quod fieri potest mediante Quadratrice, Trochoide, Linea sinuum, aut aliter,] atque hoc ubique fiat, junganturque in superficie Conoidis omnia puncta K curva AK, æquabitur trilineum gibbum AHKA spatio curvilineo plano AIEPA (*). Quod si fiat arcus HK

(*) Intelligatur trilineum AHK divisum in infinitas zonas, seu zonarum potius partes, qualis KHhk; quæ, ut ex *Archimedeis* inventis facile sequitur, æqualis est rectangulo, sub arcu HK & curvæ particula Hh, pro recta propter exiguitatem habenda. Pariter intelligatur spatium AIE divisum in infinita trapeziola, quale IieE, quod, cum infinite parum differant rectæ IE, ie, censetur æquale rectangulo sub IE & Ii. Jam vero, si sit, ex Auctoris præscripto, HK ad IE, ut IM ad MH, vel [ob sim. Triang. IMH, *r*hH], ut *r*h, vel Ii, ad hH; erit rect. sub HK & hH æquale rect. sub IE & Ii; hoc est, elementum HhkK trilinei AHK æquale elemento IieE spatii AIE. Est igitur trilin. AHK spatio AIE æquale.

HK æqualis quartæ proportionali ad duplam NH, NF+NG, & NF—NG ſeu GF, reſultabit trilineum AHK æquale portioni dati plani AGFPA ([b]). Sin vero ſtatuatur HK talis, ut habeat ad ſemiſſem rectæ OP rationem compoſitam ex ratione totius OP ad OH, & ipſius OR ad RH, fiet AHK æquale portioni AOPA ([c]): multifariam enim Problema confici poſſe animadvertebam, prout datum planum hoc vel illo modo in elementa diviſum conciperetur. Num. LXXIII.

At quoniam omnes iſtæ conſtructiones circuli tetragoniſmum ſupponebant, cœpi cogitare, annon etiam abſque hoc liceret intentum aſſequi, ſi curva data PEF, quæ modo in plano per axem Conoidis intelligebatur, transferretur in planum baſis Conoidis: nec mea me fefellit opinio. Mox enim deprehendi, quod in ſuperficie quorundam Conoidum etiam geometrice conſtitui poſſit portio, quæ dato plano ſit æqualis; quanquam vero id de ſola ſphærica oſtendiſſe tum contentus fui, cum de alia non ageretur,

Bbbbb 2 puto

([b]) Diviſum nunc intelligatur AGF in trapeziola, quale eſt FfgG, quod cenſetur æquale trapezio FφγG, ductis nimirum rectis Fφ, Gγ ad rectam FG perpendicularibus. Id vero, dimidium eſt rectanguli ſub baſe FG, & altitudine æquali aggregato rectarum Fφ & Gγ. Ergo, quoniam eſt, ut docet Noſter, HK ad FG, ut NF + NG ad 2NH, vel [ob ſim. Triang. NGγ, NFφ, NHh,] ut Fφ + Gγ ad 2Hh, erit rectang. ſub FG & ſub Fφ + Gγ æquale rectangulo ſub HK & 2Hh; hoc eſt, duplum Trapezii FfgG quod eſt elementum ſpatii AGF, æquale duplo zonæ incompletæ HhkK, quæ eſt elementum trilinei AHK. Quare & elementum elemento, & ſpatium AGF ſpatio AHK æquale eſt.

([c]) Denique diviſum concipiatur ſpatium AOP in infinita triangula, quale eſt OPp, cujus area æqualis eſt rectang. ſub ½ OP, & Pϖ. Recta autem Pϖ, ut & Hq, normales ſunt demiſſæ in rectam Ohq. Igitur ſi ſit, ut vult Auctor noſter, HK ad ½ OP in ratione compoſita ex rationibus OP ad OH, & OR ad RH, vel [ob ſimilia Triang. OPϖ, OHq, nec non hHQ, hOR] ex rationibus Pϖ ad Hq, & Hq ad Hh, quæ compoſitæ efficiunt rationem Pϖ ad Hh; erit rect. ſub HK & Hh, elementum ſcil. HhkK trilin. AHK, æquale rect. ſub ½ OP & Pϖ, elemento nimirum OPϖ ſpatii AOP. Quamobrem æquale eſt ſpatium AHK ſpatio AOP.

Num. LXXIII. puto tamen neminem, perspecta constructionis meæ analysi, latere posse methodum hoc universaliter præstandi, indeque omnia determinandi Conoidea, in quibus negotium absolute succedat.

Esto [*Fig.* 2.] AIC curva, ut antea revolutione sua circa axem AD generans Conoides, cujus basis circulus BHC, in cujus plano sit projecta data curva PEF, tum vero in plano per axem Conoidis ADC, concipiatur alia curva LMN ita comparata, ut applicata GM ubique sit æqualis rectæ IK ductæ ab intersectione I ad axem AD normaliter curvæ AIC. Quo posito, sumatur indefinite aliud quodvis planum per axem ADH, formans in superficie Conoidis curvam ARH eandem cum AB vel AC, & ex Puncto H agatur radius HD, & recta HQ perpendicularis ipsi BD, quarum illa secet curvam datam PEF in E, hæc in P. Dico, si ex curvilineo ADNL, resecetur portio AGML, quæ sit æqualis vel semissi quadrati rectæ DE, vel toti rectangulo HQP, atque resectæ portioni curvæ AI ex ARH æqualis abscindatur AR, idque semper fiat, fore trilineum gibbum ARSA, in priori casu, æquale portioni dati plani BDEPB; in posteriori, æquale portioni BQPB; hic enim iterum res varie conficitur: & observari potest, quod si loco portionis AGML altera DGMN æqualis ponatur semissi dicti quadrati DE vel dicto rectangulo HQP, atque abscissæ curvæ CI æqualis ubique statuatur HR, tum quadrilineum gibbum BHRS dato plano BDEPB vel BQPB futurum est æquale ([a]). E quibus patet, quo-

([a]) Constructionis hujus fundamentum continetur in hoc LEMMATE.

Area AGML *ad superficiem genitam ex rotatione curvæ* AI *circa axem* AG, *eandem rationem habet quam radius ad peripheriam.*

Intelligatur enim recta *gim* parallela & vicinissima rectæ GIM, sic ut GgmM, quod æquale censetur rectangulo sub Gg & GM, habeatur pro elemento Areæ AGML. Elementum vero superficiei genitæ ex rotatione curvæ AI circa axem AG, vel zonula genita ex rotatione particulæ iI circa dictum axem AG, æqualis est rectangulo sub Ii & peripheria cujus radius est GI. Habet igitur elementum prius ad posterius rationem eandem quam rect. sub Gg & GM, ad rect. sub Ii & peripheria cujus radius GI; vel rationem compo-

quoties curvilineum ADNL quadrabile eſt, hoc eſt, curva AIC talis exiſtit, ut ſumma omnium perpendicularium IK ductarum in elementa abſciſſarum AG geometrice haberi poſſit [quod non tantum in circuli peripheria, ſed etiam in linea recta, curva parabolica, & infinitis aliis in caſibus contingit,] ſemper dato plano æquale ſpatium ex ſuperficie Conoidis abſcindi poſſe; & utile eſt, ſimpliciores caſus, qui præ cæteris elegantiora Theoremata ſuppeditant, ſpeciatim annotaſſe. Sed & hoc tenendum eſt, quod in ejuſmodi Conoidibus omnibus eadem Num. LXXIII.

poſitam ex rationibus Gg, vel iO, ad Ii & GM ad peripheriam cujus radius GI. Sed iO ad Ii, ut GI ad IK vel GM. Quare ratio compoſita ex rationibus iO ad Ii & GM ad peripheriam cujus radius GI, eadem eſt ac compoſita ex rationibus GI ad GM, & GM ad dictam peripheriam, quæ ſimul efficiunt rationem GI ad peripheriam radio GI deſcriptam. Igitur elementum GgmM areæ AGML eſt ad elementum ſuperficiei genitæ ex rotatione curvæ AI circa axem AG ut radius ad peripheriam. Ergo ſuperficies, quarum hæc elementa ſunt, eandem inter ſe rationem habent.

Corollarium. AGML eſt ad portionem ARr ſuperficiei genitæ ex rotatione curvæ AI, comprehenſam inter duos meridianos ARH, Arh; ut radius DH ad peripheriæ BHCB arcum Hh inter hos meridianos comprehenſi. Nam AGML ad ſuperficiem integram genitam ex rotatione curvæ AI ut radius DH ad peripheriam integram BHCB. Sed ſuperficies integra ad portionem ejus ARr, ut peripheria integra BHCB ad partem proportionalem Hh. Ergo, ex æquo, AGML ad ARr, ut DH ad Hh.

His poſitis, cum ſit AGML ad ARr ut DH ad Hh, vel [ob ſim. Triang. DHh, DEε] ut DE ad Eε, aut ut quadr. DE ad rect. ſub DE & Eε; ſi ſit, ex Auctoris conſtructione, AGML æquale dimidio quadrati Dε, erit ARr æquale dimidio rectanguli ſub DE & Eε, a quo dimidio non differt triangulum DEe. Sed elementa ſunt ARr ſuperficiei ARS, & DEe plani BDE. Sunt igitur hæ ſuperficies inter ſe æquales.

Pariter, quoniam eſt AGML ad ARr ut DH ad Hh, & ſit DH ad Hh, ut HQ ad hT vel Qq [ob ſim. Triang. DHQ, HhT]; erit AGML ad ARr ut HQ ad Qq, vel ut rect. HQP ad rect. PQq. Si fiat igitur, ut docet Auctor, area AGML æqualis rect. HQP, erit ARr æqualis rect. PQq, vel trapeziolo PQqp: hoc eſt, erunt æqualia elementa ſuperficiei ARS & plani BQPB. Quare ſunt hæ ſuperficies æquales.

Num. LXXIII. quoque facilitate absolvatur conversum Problematis, nempe: *Datam portionem superficiei Conoidicæ vel Sphæroidicæ in planum projicere, seu planum construere illi æquale;* quod pluribus explicare opus non videtur.

Quoniam hæc omnia occasione Problematis quod Celeberrimus VIVIANUS Magni Ducis *Hetruriæ* Mathematicus, edito A. 1692, scripto * publice proposuit, in medium allata sunt, non alienum erit hoc loco memorare, quod paucis Lectorum nostrorum animadversum puto: nempe constructionem Problematis, quam Clarissimus ejus Auctor ope torni instituendam exhibuit, reipsa plane convenire cum ea, quam dederam Mense Augusto 1692, pag. 370, articulo I. † quod ita demonstro: In base hemisphærii [*Fig.* 3.] ABCDE, cujus centrum F, diameter BD, radiis BF, FD tanquam diametris alii duo circelli BHF, FLD describantur, quorum uterque sit basis alicujus cylindri recti, quo velut trepano perforari intelligatur globus. Sumatur in circumferentia alterutrius circelli BHF quodvis punctum H, e quo excitetur HI recta ad planum basis BHF, occurrens sphæricæ superficiei in I, quod sic unum erit eorum, in quibus superficies sphærica & cylindracea se mutuo intersecant. Dico hoc idem quoque reperiri per meam constructionem: Ductis enim BH, HF, FI, ac demisso per I quadrante verticali AIG, liquet, quod in Triangulis BHF & FHI, propter BF = FI, latus commune HF & angulos BHF & FHI rectos, latera BH & HI quoque æquentur; unde & arcus BG & GI, quorum sinus ista latera sunt, æquabuntur; id est, si circulus BCDE fingatur esse æquator, A polus, BAD primus meridianus, AIG meridianus loci I, longitudo puncti I ipsius latitudini æquabitur. Quod ipsum est, quod nostra constructio Articuli primi præscribit.

* Supra N°. LI, pag. 511. 512. † N°. LII. pag. 512.

N°. LXXIV.

Nº. LXXIV.

POSITIONUM DE SERIEBUS INFINITIS,

PARS TERTIA,

Tractans
De earum usu
In quadraturis Spatiorum
& rectificationibus Curvarum

Quam

Præside

JACOBO BERNOULLI,
Math. P. P.

defendit

JACOBUS HERMANNUS, Basil. Magist. Cand.
Ad diem 14 *Novemb. M. DC. XCVI.*

Editæ primum
BASILEÆ,
1696.



POSITIONUM DE SERIEBUS INFINITIS

Num. LXXIV.

Pars Tertia.

De Usu Serierum Infinitarum in Quadraturis Spatiorum & Rectificationibus Curvarum.



OSTQUAM prima parte laboris nostri defuncti sumus, variarumque, quoad fieri potuit, Serierum summas exhibuimus; superest, ut ad alteram instituti partem transeamus, ostendendo modum eas applicandi ad dimensiones quantitatum geometricarum, præsertim illarum, quas transcendentes *nuncupant; licet seriebus, quæ hic usui venient, raro contingat esse ex numero*

Num. LXXIV. *earum, quas proxime contemplati sumus, quarumque summas in potestate habemus. Observarunt enim Geometræ, plurimas dari quantitates, cujusmodi sunt pleraque Lineæ Curvæ, & pleraque ab iis comprehensa spatia, quæ nullis numeris, vel rationalibus, vel surdis, quantumvis compositis exprimi, hoc est quarum relationes ad alias datas sub nulla æquatione algebraica definiti gradus cogi possent, sed quæ omnes æquationum gradus quasi transcenderent; ac idcirco attentandum duxerunt, num quas uno aliquo numero effari non poterant, per seriem saltem infinitorum, maxime rationalium, exprimere liceret, quibus ita continuo ad quæsitum accederetur, ut error tandem data quavis quantitate minor fieret, totaque series exactum quæsiti valorem exhiberet. Inventum, quod, quantum constat, vergente demum hoc seculo a* MERCATORE, GREGORIO, NEWTONO, LEIBNITIO, *in lucem productum fuit. Quid primi tres de his memoriæ prodiderint, etiamnum ignoramus. Summus Geometra* LEIBNITIUS, *qui rem haud dubie longissime provexit, inter alias series quas nobis in* Actis Lipſ. *impertivit, unam, initio* Actorum 1682, *pro circuli magnitudine dedit; sed methodum, qua illuc pervenit, nusquam exposuit. Quantum conjicio, non differt illa a nostra: nam & in easdem cum illo series incidimus, & ipsius subinde Calculo differentiali usi sumus, uti posthac patebit. Principia hujus calculi exponere nimis longum & alienum foret. Ea Vir perillustris D.* Marchio HOSPITALIUS *in Libro* De Analysi infinite parvorum *nuperrime edito perspicue tradit, ad quem proin Lectorem* φιλομαθῆν remittimus.

DIVI-

DEFINITIO.

Num. LXXIV.

Mixtam Seriem voco, cujus termini multiplicatione sunt conflati ex terminis ejusdem ordinis aliarum Serierum. Ita si sint series a, b, c, d, e, &c. & f, g, h, i, k, &c. mixta ex utraque erit af, bg, ch, di, ek, &c.

XXXVI.

Fractionem 1:(m—n) *convertere in seriem infinitam quantitatum geometrice proportionalium.*

Fit hoc per divisionem continuam numeratoris per denominatorem, hoc pacto: m in l habeo $l:m$, quod multiplicatum per divisorem $m-n$, & subtractum ex dividendo l relinquit $ln:m$; hoc rursus divisum per m facit $ln:mm$, quod ductum in $m-n$ & subtractum ex dividendi reliquo efficit residuum $lnn:mm$; hoc denuo divisum per m, facit $lnn:m^3$, quo ducto in $m-n$ & subtracto, remanet $ln^3:m^3$; atque ita deinceps sine fine in infinitum: semper enim aliquid dividendum superest, cum unius membri dividendus a divisore bimembri nunquam sine residuo exhauriri possit. At hoc residuum, continuata operatione, positoque $m > n$, perpetuo decrescit, & tandem data quavis quantitate minus fit, ut patet. Est ergo fractio proposita $\frac{l}{m-n} = \frac{l}{m} + \frac{ln}{mm} + \frac{lnn}{m^3} + \frac{ln^3}{m^4} + \frac{ln^4}{m^5}$ &c. quæ series est quantitatum geometrice progredientium in ratione m ad n; quandoquidem quilibet ejus terminus ex constructione in n ductus & per m divisus proxime sequentem exhibet.

Idem brevius sic evincitur: Summa Progressionis geometricæ $\frac{l}{m} + \frac{ln}{mm} + \frac{lnn}{m^3} + \frac{ln^3}{m^4} + \frac{ln^4}{m^5}$ &c. est $\frac{l}{m-n}$, per Corollar. VIII. Ergo reciproce valorem fractionis $\frac{l}{m-n}$ per talem seriem exprimere licet.

Num. LXXIV.

XXXVII.

Fractionem l : (m+n) *resolvere in seriem infinitam geometrice proportionalium.*

Facta divisione continua numeratoris per denominatorem, eadem resultat series, quae antea, nisi quod termini ejus alternatim fiant positivi & negativi. Est igitur quantitas $\frac{l}{m+n} = \frac{l}{m} - \frac{ln}{mm} + \frac{lnn}{m^3} - \frac{ln^3}{m^4} + \frac{ln^4}{m^5}$ &c. saltem si ponatur $m > n$: tum enim quod post singulas divisiones reliquum manet, continuo minuitur, donec continuata in infinitum operatione prorsus evanescat.

Idem quoque sic elucescit: Quoniam in serie quantitatum $\frac{l}{m}, \frac{ln}{mm}, \frac{lnn}{m^3}, \frac{ln^3}{m^4}, \frac{ln^4}{m^5}$ &c. ex hyp. primus terminus est ad secundum, ut tertius ad quartum, & quintus ad sextum &c. nec non secundus ad tertium, ut quartus ad quintum, & sextus ad septimum, &c. erit etiam, ex aequo, primus ad tertium, ut tertius ad quintum, & quintus ad septimum, &c. quod docet, primum, tertium, quintum, septimum &c. terminos, exemptis reliquis, etiam geometrice proportionales esse, quorum adeo summa per Corollar. VIII, invenitur $\frac{lm}{mm-nn}$. Eodem pacto ostenditur, secundum, quartum, sextum &c. terminos seriem geometrice proportionalium efficere, cujus summa $\frac{ln}{mm-nn}$. Igitur differentia harum duarum serierum, seu $\frac{l}{m} - \frac{ln}{mm} + \frac{lnn}{m^3} - \frac{ln^3}{m^4} + \frac{ln^4}{m^5}$ &c. $= \frac{lm-ln}{mm-nn} = \frac{l}{m+n}$, ac propterea quantitas $\frac{l}{m+n}$ in istam seriem vicissim converti potest.

Coroll. I. In omni Progressione geometrica descendente

primo

[primo termino existente determinato, signisque + & — alternatim se excipientibus] summa seriei limites habet, quos nequit attingere, nedum egredi, qualiscunque statuatur ratio progressionis. Cum enim per hyp. $n > 0$, & $< m$, erit $\frac{l}{m+n} < \frac{l}{m+0} = \frac{l}{m}$; & $> \frac{l}{m+m} = \frac{l}{2m}$, hoc est, valor seriei perpetuo minor est ipso primo termino, & major ejus semisse. Num. LXXIV.

COROLL. 2. Si tamen $m = n$, fiet $\frac{l}{m+n} = \frac{l}{2m}$, & series $\frac{l}{m} - \frac{ln}{mm} + \frac{lnn}{m^3} - \frac{ln^3}{m^4}$ &c. $= \frac{l}{m} - \frac{l}{m} + \frac{l}{m} - \frac{l}{m}$ &c. unde paradoxum fluit non inelegans, quod $\frac{l}{m} - \frac{l}{m} + \frac{l}{m} - \frac{l}{m}$ &c. $= \frac{l}{2m}$. Etenim si ultimus seriei terminus signo — affectus concipiatur, termini omnes se mutuo destruere apparebunt, & si signo +, aequari videbuntur ipsi $\frac{l}{m}$, non $\frac{l}{2m}$. Ratio autem paradoxi est, quod continuata divisione ipsius l per $m+m$, residuum divisionis non minuitur, sed perpetuo ipsi l aequale manet; unde quotiens divisionis proprie non est sola series $\frac{l}{m} - \frac{l}{m} + \frac{l}{m} - \frac{l}{m}$ &c. sed $\frac{l}{m} - \frac{l}{m} + \frac{l}{m} - \frac{l}{m}$ &c. + vel — $\frac{l}{2m}$, faciendo scil. fractionem ex residuo & divisore, illamque signo + vel — afficiendo, prout ultimus seriei terminus vicissim — vel + habere fingitur.

XXXVIII.

Fractionem $1 : (m - n)^2$ *transmutare in seriem infinitam.*

Quoniam quantitas $\frac{l}{m-n} = \frac{l}{m} + \frac{ln}{mm} + \frac{lnn}{m^3} + \frac{ln^3}{m^4}$ &c. per XXXVI, facta utrinque multiplicatione per $\frac{1}{m-n}$, habebitur

Num. LXXIV. $\frac{l}{(m-n)^2}$ = feriei A, cujus termini finguli de novo in totidem alias feries B, C, D, E, F, &c. per eandem XXXVI Prop. convertantur. Quo facto feriërum iftarum termini homologi in unam fummam conflati novam feriem Z conftituent, æqualem propterea quantitati propofitæ $\frac{l}{(m-n)^2}$, mixtamque ex ferie numerorum naturalium 1, 2, 3, 4, &c. & quantitatum geometrice progreffionalium $\frac{l}{mm}, \frac{ln}{m^3}, \frac{lnn}{m^4}, \frac{ln^3}{m^5}$ &c.

$$\frac{l}{(m-n)^2} = A \begin{cases} \frac{l}{mm-mn} = \frac{l}{mm} + \frac{ln}{m^3} + \frac{lnn}{m^4} + \frac{ln^3}{m^5} + \frac{ln^4}{m^6} \text{ \&c.} = B \\ \frac{ln}{m^3-mmn} = \;.\; + \frac{ln}{m^3} + \frac{lnn}{m^4} + \frac{ln^3}{m^5} + \frac{ln^4}{m^6} \text{ \&c.} = C \\ \frac{lnn}{m^4-m^3n} = \;.\;.\; + \frac{lnn}{m^4} + \frac{ln^3}{m^5} + \frac{ln^4}{m^6} \text{ \&c.} = D \\ \frac{ln^3}{m^5-m^4n} = \;.\;.\;.\; + \frac{ln^3}{m^5} + \frac{ln^4}{m^6} \text{ \&c.} = E \\ \frac{ln^4}{m^6-m^5n} = \;.\;.\;.\;.\; + \frac{ln^4}{m^6} \text{ \&c.} = F \\ \text{\&c.} = \;.\;.\;.\;.\;.\; \text{\&c.} = \text{\&c.} \end{cases}$$

$$Z = \frac{l}{mm} + \frac{2ln}{m^3} + \frac{3lnn}{m^4} + \frac{4ln^3}{m^5} + \frac{5ln^4}{m^6} \text{ \&c.} = \frac{l}{(m-n)^2}$$

Eadem feries Z elici quoque poteft divifione continua numeratoris l per denominatorem $mm - 2mn + nn$, dicendo: mm in l, habeo $l:mm$, quod ductum in divifórem & fubtractum ex dividendo relinquit $+2ln:m - lnn:mm$; tum porro mm in $+2ln:m$, reperio $+2ln:m^3$, quod multiplicatum & fubtractum, ut decet, refiduum efficit $+3lnn:mm - 2ln^3:m^3$, atque ita ulterius pergendo in infinitum: quo pacto, obfervabitur poft fingulas operationes duo membra reliqua manere, fed illa ufque & ufque

usque minora, tandemque data quavis quantitate propius ad nihilum vergentia. Num. LXXIV.

Idem etiam ostenditur ex lege reciprocorum, resolvendo seriem Z, methodo Prop. XIV, in infinitas series geometricas B, C, D, E, F &c. harum enim summæ cum novam progressionem A constituant, quæ ipsa summam efficit $l:(mm - 2mn + nn)$, sequitur reciproce, & hanc quantitatem $\frac{l}{(m-n)^2}$ per seriem Z legitime efferri posse.

XXXIX.

Fractionem $1:(m+n)^2$ *convertere in seriem.*

Si operatio instituatur methodo Propos. præced. eadem, quæ ibi, obtinebitur series, nisi quod termini locorum parium acquirant signum $-$, sic ut habeatur: $\frac{l}{(m+n)^2} = \frac{l}{mm} - \frac{2ln}{m^3} + \frac{3lnn}{m^4} - \frac{4ln^3}{m^5} + \frac{5ln^4}{m^6} - \frac{6ln^5}{m^7}$ &c.

XL.

Fractionem $1:(m-n)^3$, *aut* $1:(m+n)^3$, *exprimere per seriem.*

Ex analogia operationum præcedentium liquet modus hoc efficiendi; quorsum igitur plura? En operationem:

$$\frac{l}{(m-n)^2} = \frac{l}{mm} + \frac{2ln}{m^3} + \frac{3lnn}{m^4} + \frac{4ln^3}{m^5} + \frac{5ln^4}{m^6} \text{ \&c.}$$ per XXXVIII, factaque hinc inde multiplicatione per $\frac{1}{m-n}$,

$\frac{l}{(m-n)^3}$

Num. LXXIV.

$$\frac{l}{(m-n)^3}=\left\{\begin{array}{l} \frac{l}{m^3-mmn}=\frac{l}{m^3}+\frac{ln}{m^4}+\frac{lnn}{m^5}+\frac{ln^3}{m^6}+\frac{ln^4}{m^7}\ \&c. \\ \frac{2ln}{m^4-m^3n}=\ .\ +\frac{2ln}{m^4}+\frac{2lnn}{m^5}+\frac{2ln^3}{m^6}+\frac{2ln^4}{m^7}\ \&c. \\ \frac{3lnn}{m^5-m^4n}=\ .\ .\ +\frac{3lnn}{m^5}+\frac{3ln^3}{m^6}+\frac{3ln^4}{m^7}\ \&c. \\ \frac{4ln^3}{m^6-m^5n}=\ .\ .\ .\ +\frac{4ln^3}{m^6}+\frac{4ln^4}{m^7}\ \&c. \\ \&c. \quad =\ .\ .\ .\ .\ \&c. \end{array}\right\}\text{per Prop. XXXVI.}$$

$$\frac{l}{m^3}+\frac{3ln}{m^4}+\frac{6lnn}{m^5}+\frac{10ln^3}{m^6}+\frac{15ln^4}{m^7}\ \&c.=\frac{l}{(m-n)^3}$$

Eodem pacto habetur $\frac{l}{(m+n)^3}=\frac{l}{m^3}-\frac{3ln}{m^4}+\frac{6lnn}{m^5}-\frac{10ln^3}{m^6}+\frac{15ln^4}{m^7}$ &c.

Conflantur autem termini harum serierum ex ductu terminorum progressionis geometricæ in numeros trigonales 1, 3, 6, 10, 15, &c.

Si quis idem per divisionem continuam consequi desideret, is observabit, post singulas operationes tria superesse membra, sed ea subinde minora, ultimoque prorsus evanescentia.

Idem etiam regrediendo a serie inventa patebit, si illa, methodo Prop. XIV, in alias resolvatur, &c.

Schol. Haud dissimili operatione reperitur $\frac{l}{(m\pm n)^4}=\frac{l}{m^4}\pm\frac{4ln}{m^5}+\frac{10lnn}{m^6}\pm\frac{20ln^3}{m^7}$ &c. ut & $\frac{l}{(m\pm n)^5}=\frac{l}{m^5}\pm\frac{5ln}{m^6}+\frac{15lnn}{m^7}\pm\frac{35ln^3}{m^8}$ &c. seriebus mixtis ex geometrica & serie pyramidalium, triangulo-pyramidalium, & ita consequenter in omnibus altioribus,

bus, servata semper eadem analogiæ ratione; ut non opus sit his diutius immorari. Num. LXXIV.

XLI.

Si proponatur series differentialium, quæ mixta sit ex serie geometrica quantitatum indeterminatarum, & alia quavis serie quantitatum constantium seu coefficientium, integralia eorum absoluta seriem constituent mixtam ex eadem serie coefficientium, simili geometrica indeterminatarum, & alia quadam harmonica.

Patet ex princ. calc. different. vel summatorii, juxta quæ quantitatis differentialis $nx^m dx$ integrale absolutum reperitur $\frac{n}{m+1}x^{m+1}$; hinc enim si coefficientes n sint progressionis cujusvis, & exponentes m progressionis arithmeticæ, hoc est ipsa x^m progr. geometricæ, erunt quoque $m+1$ arithm. adeoque x^{m+1} geometr. & $1:(m+1)$ harmonicæ progressionis. Ut si proponatur series differentialium $axdx$, bx^3dx, cx^5dx, fx^7dx &c. mixta ex serie quavis a, b, c, f &c. & geometrica xdx, x^3dx, x^5dx, x^7dx &c. erunt eorum integralia $\frac{1}{2}ax^2$, $\frac{1}{4}bx^4$, $\frac{1}{6}cx^6$, $\frac{1}{8}fx^8$ &c. mixta ex eadem serie a, b, c, f &c. geometrica simili xx, x^4, x^6, x^8 &c. & harmonica $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{6}$, $\frac{1}{8}$ &c.

XLII.

Exhibere aream Hyperbolæ inter Asymptotas per seriem infinitam.

Mod. 1. *Per Arithm. Infin.* WALLISII. Esto Hyperbola PCQ, [*Fig.* 1.] cujus centrum A, asymptotæ AD, AS, applicatæ BC, IO [ιo], quærendumque sit spatium CBIO [CBιo]. Sumto autem AB $=1=$ BD, BC $=b$, BI [Bι] $=x$, quæ non sit $>$ AB vel BD, hoc est, unitate. Dividatur BI [Bι] in partes aliquot æquales BE, EF, FG, GR, RI [Bϵ, $\epsilon\varphi$, $\varphi\gamma$, $\gamma\rho$, $\rho\iota$] quarum numerus sit n, & singulæ dicantur d, sic ut nd sit $=x$ $=$ BI [Bι]. Tum circumscribantur [inscribantur] hyperbolæ parallelogramma BK, EL, FM, GN, RO [Bκ, $\epsilon\lambda$, $\varphi\mu$, $\gamma\nu$, ρo], ductis applicatis EK, FL, GM, RN, IO [$\epsilon\kappa$, $\varphi\lambda$, $\gamma\mu$, $\rho\nu$, ιo], quæ

Num. LXXIV. quæ ex natura hyperbolæ ordine reperiuntur $= b:(1 \mp d)$, $b:(1 \mp 2d)$, $b:(1 \mp 3d)$, $b:(1 \mp 4d)$, &c. usque ad ultimam $b:(1 \mp nd)$. Singulis igitur in d ductis, habentur areæ parallelogrammorum, quæ porro in series convertendæ sunt per XXXVI & XXXVII, ut sequitur:

$$BK\,[B\kappa] = bd:(1 \mp d) = bd \pm bdd + bd^3 \pm bd^4 + bd^5 \pm bd^6 \,\&c.$$

$$EL\,[\epsilon\lambda] = bd:(1 \mp 2d) = bd \pm 2bdd + 4bd^3 \pm 8bd^4 + 16bd^5 \pm 32bd^6 \,\&c.$$

$$FM\,[\varphi\mu] = bd:(1 \mp 3d) = bd \pm 3bdd + 9bd^3 \pm 27bd^4 + 81bd^5 \pm 243bd^6 \,\&c.$$

$$GN\,[\gamma\nu] = bd:(1 \mp 4d) = bd \pm 4bdd + 16bd^3 \pm 64bd^4 + 256bd^5 \pm 1024bd^6 \,\&c.$$

$$\text{Ult. } RO\,[\rho o] = bd:(1 \mp nd) = bd \pm nbdd + nnbd^3 \pm n^3bd^4 + n^4bd^5 \pm n^5bd^6 \,\&c.$$

Harum serierum primi termini æquantur, secundi progrediuntur ut numeri naturales, tertii ut eorundem quadrata, quarti ut cubi, &c. Hinc, posito numero serierum seu parallelogrammorum n infinito, [quo quidem casu summa parallelogrammorum seu inscriptorum seu circumscriptorum ab ipso curvilineo CBIO vel CBιo non differt,] summa terminorum primæ seriei perpendicularis erit æqualis, terminorum secundæ dimidia, tertiæ subtripla &c. summæ totidem, hoc est, n terminorum ultimo æqualium, per ea, quæ docet WALLISIUS in *Arithm. Infinit.* nosque demonstrabimus alibi *: ac propterea summa omnium serierum perpendicularium, id est omnium parallelogrammorum, seu area spatii hyperbolici CBIO [CBιo] hac serie exprimetur:

$$nbd \pm \tfrac{1}{2}n^2bd^2 + \tfrac{1}{3}n^3bd^3 \pm \tfrac{1}{4}n^4bd^4 + \tfrac{1}{5}n^5bd^5 \pm \tfrac{1}{6}n^6bd^6 \,\&c.$$

sive, loco nd substituendo x,

$$bx \pm \tfrac{1}{2}bx^2 + \tfrac{1}{3}bx^3 \pm \tfrac{1}{4}bx^4 + \tfrac{1}{5}bx^5 \pm \tfrac{1}{6}bx^6;\ \&c.$$

Mod. 2. *Per Calc. differ.* LEIBNITII. Positis, ut prius, AB $= 1 =$ BD, BC $= b$, & BI [Bι] $= x$, ejusque elemento RI [$\rho\iota$] $= dx$, erit ex natura hyperbolæ IO [ιo] $= b:(1 \mp x)$, & elementum spatii hyperbolici RO [ρo] $= bdx:(1 \mp x) =$ seriei geometricæ $bdx \pm bxdx + bxxdx \pm bx^3dx + bx^4dx$ &c.

* In *Arte Conjectandi*, Part. II, Cap. 3.

per

per XXXVI & XXXVII; adeoque summa elementorum $\int (bdx : (1 \mp x))$, sive spatium CBIO [CBιo] $= bx \pm \frac{1}{2} bxx + \frac{1}{3} bx^3 \pm \frac{1}{4} bx^4 + \frac{1}{5} bx^5$ &c. eadem series, quæ supra, mixta scil. ex geometrica & harmonica, per præced. Hæc igitur si summari posset, daretur Hyperbolæ quadratura. Num. LXXIV.

COROLL. 1. Si BI = Bι, dabitur tum summa tum differentia spatiorum CBIO & CBιo per seriem ex geometrica & harmonica mixtam: cum enim sit ostensum

$$\begin{array}{l} CBIO = bx + \frac{1}{2} bx^2 + \frac{1}{3} bx^3 + \frac{1}{4} bx^4 + \frac{1}{5} bx^5 + \frac{1}{6} bx^6, \&c. \\ CB\iota o = bx - \frac{1}{2} bx^2 + \frac{1}{3} bx^3 - \frac{1}{4} bx^4 + \frac{1}{5} bx^5 - \frac{1}{6} bx^6, \&c. \end{array} \Bigg| \text{fiet facta additione \& subtractione,}$$

$$CBIO + CB\iota o = 2bx + \frac{2}{3} bx^3 + \frac{2}{5} bx^5 \ \&c.$$

$$CBIO - CB\iota o = bx^2 + \frac{1}{2} bx^4 + \frac{1}{3} bx^6 \ \&c.$$

COROLL. 2. Posita BI [x] = BA [1] fit spatium interminatum hyperbolicum PCBAS $= b + \frac{1}{2} b + \frac{1}{3} b + \frac{1}{4} b + \frac{1}{5} b + \frac{1}{6} b$ &c. simplici seriei harmonicæ, quæ cum infinita sit per XVI, arguit & aream hujus spatii talem esse. Conf. Cor. 4. ejusd. Prop.

COR. 3. Sin & Bι [x] = BD [1] = BC [b], resultat pro spatio CBDQ series harmonica $\frac{1}{1} - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4} + \frac{1}{5} - \frac{1}{6}$ &c. hoc est, subducendo unumquemque terminum signo — affectum a præcedenti, series $\frac{1}{2} + \frac{1}{12} + \frac{1}{30} + \frac{1}{56}$ &c. cujus termini per saltum excerpti sunt ex serie reciproca trigonalium Q, Prop. XV, $\frac{1}{2} + \frac{1}{6} + \frac{1}{12} + \frac{1}{20} + \frac{1}{30}$ &c. Quod si statuatur quadr. AB, BC vel BD quadruplo minus, nempe $\frac{1}{4}$, exhibebitur etiam spatium CBDQ per seriem prioris subquadruplam $\frac{1}{8} + \frac{1}{48} + \frac{1}{120}$ &c. quæ per saltum formatur ex serie I Propos. XVII. Conf. *Act. Lips.* 1682. p. 46. (*)

XLIII.

Invenire aream spatii ABEFS [*BDφ*] *comprehensi asymptota Hyperbolæ AD, & Curva BEF* [B$\iota\varphi$], *quæ talis, ut rectangulum sub*

(*) Ibi, Seriem eandem, sed sine Demonstratione, dedit LEIBNITIUS.

Num. LXXIV. *sub ejus applicata IE [$\iota\epsilon$] & recta constante AB, BC vel BD [quæ sit 1] æquetur spatio hyperbolico CBIO [$CB\iota o$]. Fig. 2.*

Quoniam, posita BI $= x$, spatium hyperbolicum CBIO $= x + \frac{1}{2}x^2 + \frac{1}{3}x^3 + \frac{1}{4}x^4 + \frac{1}{5}x^5$ &c. per præced. eadem quoque series denotabit [ob AB vel BC $= 1$] longitudinem applicatæ IE, quæ propterea ducta in IR, seu dx, producit $xdx + \frac{1}{2}x^2dx + \frac{1}{3}x^3dx + \frac{1}{4}x^4dx + \frac{1}{5}x^5dx$ &c. $=$ RE, elem. spatii BIE. Hujus seriei terminos summando, fit spatium BIE $= \frac{1}{2}x^2 + \frac{1}{6}x^3 + \frac{1}{12}x^4 + \frac{1}{20}x^5 + \frac{1}{30}x^6$ &c. seriei mixtæ ex geometrica & reciproca trigonalium, quæ posito insuper BI [x] $=$ BA [1] mutatur in simplicem trigonalium reciprocam $\frac{1}{2} + \frac{1}{6} + \frac{1}{12} + \frac{1}{20} + \frac{1}{30}$ &c. cujus summa $= 1$, per XV. Est igitur totum spatium ABEFS absolute quadrabile, æquale quippe quadrato ipsius AB ([b]). Nota hic exemplum Curvæ mechanicæ, ubi quadratura specialis succedit absque generali; simplicis enim seriei summam dedimus, mixtæ non item.

Eadem ratione ostendetur ex altero latere spatium $B\iota\epsilon = \frac{1}{2}x^2 - \frac{1}{6}x^3 + \frac{1}{12}x^4 - \frac{1}{20}x^5$ &c. totumque spatium BD$\varphi = \frac{1}{2} - \frac{1}{6} + \frac{1}{12} - \frac{1}{20}$ &c. ([c])

Coroll. Completis rectangulis CD & BQ, aio fore curvilineum mechanicum BDφ $=$ duplo curvilineo hyperbolico CQL, differentiam curvilineorum ABEFS & BDφ $=$ duplo spatio CQH, & summam eorundem $=$ 2 CBDQ ([d]); quæ sic palam

([b]) *Aliter.* Sit CBIO $= z =$ IE $\times$ 1, eritque $dz = dx : (1 - x)$, & spat. BIE $= \int zdx = zx - \int xdz = zx - \int(xdx : (1-x)) = zx + x - \int(dx : (1-x)) = zx + x - z$. Pro z scribatur valor ejus $x + \frac{1}{2}x^2 + \frac{1}{3}x^3 +$ &c. & invenies BIE $= \frac{1}{2}x^2 + \frac{1}{6}x^3$, &c. Posito autem BI [$x$] $= 1$, BASFB [$zx + x - z$] reducitur ad $x = 1 =$ AB^2.

([c]) Eodem argumento, invenies, si $CF\iota o$ ponatur $= y$, esse $B\iota\epsilon = yx - x + y$. Et, ubi $B\iota$ [x] ponitur $= 1$, fit BD$\varphi = 2y - 1$. Scribe pro y valorem ejus $x - \frac{1}{2}x^2 + \frac{1}{3}x^3 -$ &c. & habebis easdem series quas hic dat Noster.

([d]) Igitur BDφ [$2y - 1$] $=$ 2CBDQ $-$ CBDM $=$ 2CBDQ $-$ 2LBDQ $=$ 2CLQ. Et ABEFS $-$ BD$\varphi = 1 - 2y + 1 = 2 - 2y$ $=$ 2CBDH $-$ 2CBDQ $=$ 2CQH: Atque ABEFS $+$ BD$\varphi = 1 + 2y - 1 = 2y =$ 2CBDQ.

palam fiunt: Si a ferie $\frac{1}{1} - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4} + \frac{1}{5} - \frac{1}{6}$ &c. fubducatur $\frac{1}{2} - \frac{1}{3} + \frac{1}{4} - \frac{1}{5} + \frac{1}{6} - \frac{1}{7}$ &c. auferendo figillatim primum terminum a primo, fecundum a fecundo, tertium a tertio, &c. relinquetur $\frac{1}{2} - \frac{1}{6} + \frac{1}{12} - \frac{1}{20} + \frac{1}{30} - \frac{1}{42}$ &c. $=$ fpatio $BD\varphi$, ut oftenfum. Si vero eadem feries ex altera fic tollatur, ut primus ejus terminus dematur ex fecundo alterius, fecundus ex tertio, tertius ex quarto &c. orietur $\frac{1}{1} - \frac{2}{2} + \frac{2}{3} - \frac{2}{4} + \frac{2}{5} - \frac{2}{6}$ &c. $=$ $\frac{2}{1} - \frac{2}{2} + \frac{2}{3} - \frac{2}{4}$ &c. $- 1 =$ (per præced.) duplo fpat. hyperb. $CBDQ - BH = 2CBDQ - 2DL = 2CLQ$. Ergo $BD\varphi = 2CLQ$. Igitur cum oftenfum etiam fit $ABEFS = 1 = BH = 2DL = 2LH$, erit $ABEFS - BD\varphi = 2LH - 2CLQ = 2CQH$; nec non $ABEFS + BD\varphi = 2DL + 2CLQ = 2CBDQ$. *Quæ erant demonftranda.* Num. LXXIV.

XLIV.

Invenire aream fpatii ABKGMT [BDNγK] comprehenfi afymptota Hyperbolæ AD, & Curva KGM [KγN], quæ talis, ut rect. BIG [Bιγ] fub ejus applicata IG [ιγ] & indeterminata BI [Bι], æquetur fpatio hyperbolico CBIO [CBιο]. Fig. 2.

Quia pofitis omnibus, ut prius, fpatium hyperb. $CBIO = x + \frac{1}{2}x^2 + \frac{1}{3}x^3 + \frac{1}{4}x^4 + \frac{1}{5}x^5$ &c. per XLII, erit, per hyp. facta divifione per BI feu x, recta $IG = 1 + \frac{1}{2}x + \frac{1}{3}x^2 + \frac{1}{4}x^3 + \frac{1}{5}x^4$ &c. adeoque RG elem. fpat. $BIGK = dx + \frac{1}{2}x\,dx + \frac{1}{3}x^2dx + \frac{1}{4}x^3dx$ &c. omniaque RG feu fpatium $BIGK = \frac{1}{1}x + \frac{1}{4}x^2 + \frac{1}{9}x^3 + \frac{1}{16}x^4 + \frac{1}{25}x^5$ &c. & pofita $x = 1$, fpatium totale $ABKGMT = \frac{1}{1} + \frac{1}{4} + \frac{1}{9} + \frac{1}{16} + \frac{1}{25}$ &c. feriei reciprocæ quadratorum, cujus fummam etiamnum defideramus. Conf. Prop. XVII, fub fin. (e)

Haud diffimili modo reperitur ex altera parte fpatium $B\iota\gamma K = \frac{1}{1}x - \frac{1}{4}x^2 + \frac{1}{9}x^3 - \frac{1}{16}x^4 + \frac{1}{25}x^5$ &c. fumtaque $x = 1$, totale fpatium $BDN\gamma K$ & $\frac{1}{1} - \frac{1}{4} + \frac{1}{9} - \frac{1}{16} + \frac{1}{25}$ &c.

(e) Imo ibi, [pag. 399] poft Cel. Eulerum oftendimus Seriem reciprocam quadratorum [atque ideo fpatium ABKGMT] effe æqualem fextæ parti quadrati, cujus latus eft peripheria circuli, diametro exiftente $= 1 = AB$.

Num. LXXIV. Coroll. Spatium ABKGMT duplum est spatii BDNγK; cum enim summa utriusque sit $\frac{2}{1} + \frac{2}{9} + \frac{2}{25}$ &c. differentia $\frac{2}{4} + \frac{2}{16} + \frac{2}{36}$ &c. erit utique summa ad differentiam, ut $\frac{1}{1} + \frac{1}{9} + \frac{1}{25}$ &c. ad $\frac{1}{4} + \frac{1}{16} + \frac{1}{36}$ &c. hoc est, ut 3 ad 1, per XXIV; unde spatium unum alterius duplum esse necesse est, ut maxime neutrius absolutam magnitudinem exploratam habeamus. Vid. Schol. ibid. (f).

XLV.

Exhibere Quadraturam Circuli aut Rectificationem lineæ circularis per seriem. [Fig. 3.]

In peripheria semicirculi BCD, sumto indefinite puncto H, demittatur ex illo in radium AB perpendicularis HE; & sit AB $= 1$, & BE $= x$, adeoque, ex natura circuli, EH $= \sqrt{(2x - xx)}$: quo posito, cum ob simil. Trianguli characteristici LGH & Trianguli HEA, HE sit ad HA, sicut LG vel EF, elem. abscissæ BE, ad LH, elem. arcus circ. BH; reperitur LH $= dx : \sqrt{(2x - xx)}$, factaque multiplicatione per $\frac{1}{2}$, semissem radii AH, sector HAL seu elem. sectoris HAB $= dx : 2\sqrt{(2x - xx)}$. Hæc igitur quantitas, cum absolute summari nequeat, in seriem convertenda est; sed prius tollenda irrationalitas, quod eo fere modo fit, quo in Problematis *Diophanteis* uti vulgo sueverunt. In hunc finem pono $\sqrt{(2x - xx)} = x : t$, seu $2x - xx = xx : tt$; ubi, quia divisio fieri potest per x, ipsaque non nisi unius dimensionis in æquatione relinquitur, ejus valor in rationalibus prodibit, unde & dx, & per hypoth. $\sqrt{(2x - xx)}$ seu $x : t$, ipsaque adeo fractio $dx : 2\sqrt{(2x - xx)}$, rationales fient; nempe $x = 2tt : (1 + tt)$, $dx = 4tdt : (1 + tt)^2$, $\sqrt{(2x - xx)} = x : t = 2t : (1 + tt)$, & denique $dx : 2\sqrt{(2x - xx)} = dt : (1 + tt)$; hinc fractio in seriem geometricam per XXXVII conversa exhibet $dt - ttdt + t^4dt - t^6dt + t^8dt$ &c. Summa igitur elementorum HAL, seu totus sector HAB $= t - \frac{1}{3}t^3 + \frac{1}{5}t^5 - \frac{1}{7}t^7 + \frac{1}{9}t^9$ &c. eoque per semissem radii $\frac{1}{2}$ diviso,

(f) Supra pag. 531. 532.

ſo, arcus BH $= \frac{2}{1}t - \frac{2}{3}t^3 + \frac{2}{5}t^5 - \frac{2}{7}t^7 + \frac{2}{9}t^9$ &c. quæ ſeries mixtæ ſunt ex geometrica & harmonica, per XLI, a quarum proin ſummatione decantatum illud de Circuli Tetragoniſmo Problema dependet. Num. LXXIV.

Nota, ductis ex B & H tangentibus circuli BI, HI, ſibi mutuo occurrentibus in I, junctaque HD, quæ radium AC ſecet in K, fore BI vel IH = AK, utramlibet autem $= t$. Nam 2. ang. BAI = BAH = AHD + ADH = 2ADH. Ergo BAI = ADH; cumque & ABI & DAK anguli, nec non latera AB & AD æquentur, erit quoque BI = AK. Deinde cum ſit per hypoth. 1 ad t, ut $\sqrt{(2x - xx)}$ ad x; itemque, ob ſim. Triang. DAK & DEH, AD ſeu 1 ad AK, ſicut DE ad EH, hoc eſt, ex natura circuli, HE ad EB, ſeu $\sqrt{(2x - xx)}$ ad x; erit utique $1 : t = 1 :$ AK, ac proinde AK ſeu BI $= t$.

Coroll. 1. Sumta $t = 1$, quo caſu & BE, x ſeu $2tt : (1 + tt)$, æquatur BA, 1, fiet quadrans BAC = ſimplici ſeriei harmonicæ $1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \frac{1}{11}$ &c. = [ſubducto reapſe unoquoque termino ſigno $-$ affecto a præcedente] $\frac{2}{3} + \frac{2}{35} + \frac{2}{99}$ &c. Hinc quia quadratum radii eſt ad quadrantem circuli, ſicut quadratum diametri ad totum circulum, ſequitur ſi quadratum diametri, hoc eſt quadratum circulo circumſcriptum ſit 1, ac proin eidem inſcriptum $\frac{1}{2}$, totius circuli aream per modo memoratam ſeriem expreſſum iri; adeoque ſi quadratum circulo inſcriptum ſit $\frac{1}{4}$, circuli aream fore $\frac{1}{3} + \frac{1}{35} + \frac{1}{99}$ &c. cujus ſeriei termini per ſaltum excerpti ſunt ex ſerie H Prop. XVII. Conf. *Acta Lipſ.* 1682. p. 45. (*)

Coroll. 2. Poſita Tangente BI $= t$, erit arcus, cujus tangens eſt, $= t - \frac{1}{3}t^3 + \frac{1}{5}t^5 - \frac{1}{7}t^7$ &c. utpote ſemiſſis arcus BH. Confer. *Acta Lipſ.* 1691. pag. 179. (†)

XLVI.

Exhibere generaliter Sectorem cujuſvis Sectionis Conicæ ex centro per ſeriem. [Fig. 4 & 5.]

Eſto

(*) Ubi Leibnitius eandem ſeriem affert, ſed ſine demonſtratione.

Num. LXXIV. Esto Coni-sectio quæcunque, Hyperbola sive Ellipsis, BCD; cujus centrum A, vertex B, semi-latus transversum AB $= a$. semi-axis conjugatus AL $= 1$, adeoque semi-latus rectum $= 1 : a$, & ratio laterum, ut aa ad 1. Ponanturque porro abscissa indeterminata BG $= x$, AG $= z = a \pm x$ [$\pm$ significat $+$ in Hyperbol. & $-$ in Ellips. uti $\mp$ vicissim $-$ in Hyp. & $+$ in Ell.] ejusque elementum FG vel CH $= dx = \pm dz$, ordinata GD $= y$, ejus elementum DH $= dy$, & jungens D cum centro recta AD $= u = \sqrt{(zz + yy)}$. Ducta etiam intelligatur HCI parallela axi, secansque curvam in C & rectam AD in I, atque ex C demissa concipiatur in AD perpendicularis CE. Quibus positis, erit primo ex natura curvæ $aa : 1 = \pm zz \mp aa\ [2ax \pm xx] : yy$; unde fit $aayy = \pm zz \mp aa\ [2ax \pm xx]$, & differentiando $aaydy = \pm zdz$, & denique $dy = \pm zdz : aay = zdx : aay$. Deinde quoniam, ob sim. Triang. DGA & DHI, DG [y] est ad GA [z], sicut DH [dy] ad HI, invenitur HI $= zdy : y$, ac proinde CI [HI $\mp$ HC] $= zdy : y - dz = (zdy - ydz) : y$. Quare denuo propter Triang. sim. AGD & IEC, ut AD [u] ad DG [y], sic IC [$(zdy - ydz) : y$] ad CE; unde reperitur CE $= (zdy - ydz) : u$, quæ ducta in semissem AD, seu $\frac{1}{2}u$, dat aream trianguli elementaris ACD $= \frac{1}{2}zdy - \frac{1}{2}ydz =$ [posito loco dy valore ejus] $\pm zzdz : 2aay - \frac{1}{2}ydz = \pm (zzdz - aayydz) : 2aay =$ [substituendo $\pm zz \pm aa$ loco $aayy$] $(\pm zzdz \mp zzdz \pm aadz) : 2aay = \pm adz : 2ay = adx : 2ay =$ [loco ay surrogando $\sqrt{(2ax \pm xx)}$] $adx : 2\sqrt{(2ax \pm xx)}$, de qua in seriem convertenda & summanda agitur. Primo autem irrationalitas ex illa tollenda, mediante alia indeterminata, quæ loco x surrogari debet, ut in præc. Pono itaque $\sqrt{(2ax \pm xx)} = x : t$, unde fluit $x = 2att : (1 \mp tt)$, & $dx = 4atdt : (1 \mp tt)^2$, & $\sqrt{(2ax \pm xx)} = x : t = 2at : (1 \mp tt)$, & denique $adx : 2\sqrt{(2ax \pm xx)} = adt : (1 \mp tt) =$ seriei geom. $adt \pm attdt + at^4dt \pm at^6dt + at^8dt$ &c. per XXXVI & XXXVII. Summa igitur omnium sectorum elementarium ACD, id est, area totius Sectoris ABCD $= at \pm \frac{1}{3}at^3 + \frac{1}{5}at^5 \pm \frac{1}{7}at^7 + \frac{1}{9}at^9$, &c.

rectan-

rectangulo scil. comprehenso sub a semi-latere transverso & recta, cujus longitudo est $t \pm \frac{1}{3}t^3 + \frac{1}{5}t^5 \pm \frac{1}{7}t^7 + \frac{1}{9}t^9$ &c. Unde patet, quo pacto generaliter quadraturæ sectionum Conicarum ad summas serierum ex geometricis & harmonicis mixtarum reducantur. Num. LXXIV.

Nota, ductis per verticem B & curvæ punctum D tangentibus BM, DM, sibi mutuo occurrentibus in M; dico fore BM $= t$. Quoniam enim AG : AB = AB : AT, per 37 Lib. I APOLLONII, ac idcirco convertendo AB : TB = AG [z] : BG [x]; nec non [ob sim. Tr. TBM & CHD], TB : BM = CH [dx] : HD [dy] = [ex æquatione Curvæ differentiali] $aay : z$; erit, ex æquo perturbate AB [a] : BM = $aay : x$; unde obtinetur BM $= x : ay = x : \sqrt{(2ax \pm xx)}$, adeoque $\sqrt{(2ax \pm xx)} : x = 1 :$ BM. Verum, per constructionem, $\sqrt{(2ax \pm xx)} : x = 1 : t$. Ergo omnino BM $= t$. Conf. *Acta Lips.* 1691, pag. 179.

Vide Num. XC.

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I.

Falsissimum est, nihil a nobis dici posse, quod non sit dictum prius.

II.

Argumentum CARTESII pro existentia Dei, ab idea entis perfectissimi desumtum, est sophisticum.

III.

Illud etiam, quo Philosophus realem mentis a corpore distinctionem probare nititur, est ficulneum.

IV.

Naturam enim corporis in sola extensione consistere, nobis equidem nondum persuasit.

Num. LXXIV.

V.

Sed & hoc videtur nobis ἄτοπον, quod cum inter mentem & corpus reale discrimen statuat, idem non agnoscat inter diversas mentis facultates, quæ non minus separatim possunt concipi, ac illa.

VI.

Distinctio perceptionis rei corporeæ in imaginationem & conceptum purum nulla est; omnis enim perceptio rei materialis est imaginatio.

VII.

Qui contra MEISNERUM, PERERIUM, THOMAM Aquinatem, *& alios, possibilem vel extensionis, vel durationis Mundi infinitatem negant, munimen suæ sententiæ quærant adversus hoc argumentum;* Quod omni assignabili quantitate majus est, infinitum est, *per definit. Geom.* Quod omni assignabili quantitate majus esse potuit, infinitum esse potuit: *Et analogice:* Quod omni assignabili tempore prius est, æternum est: Quod omni assignabili tempore prius esse potuit, æternum esse potuit: Sed Mundus, *nemine contradicente*, omni assignabili quantitate & tempore major & prior esse potuit. Ergo infinitus & æternus esse potuit.

VIII.

Cur, in Versione LOBWASS. Psalmi CIX. *ultimi versus plerarumque stropharum omni mensura destituantur, causa est, quod cum impari constent syllabarum numero, nequeunt esse Iambici masculini. Vitium vitasset Auctor, si vel omnes fecisset Trochaicos, ut in stroph.* 2, 4, 8, 11, 12, 13, 14, 17, 18, 19, 20, &c. *vel Amphibrachycos, ut in stroph.* 5, 12, 33, 55, 62, 72, 75, 77, 83, *vel saltem Iambicos femininos, qui cum versibus antepenultimis rythmos constituerent, ut fecerunt BEZA* & *CONRADUS in versionibus suis gallicis.*

IX.

In vulgaribus Systematibus Arithmeticæ perperam omittitur illa species Regulæ Dupli, *quæ ex duabus proportionibus reciprocis componitur.*

X.

X.

Axioma Euclideum: Si ab æqualil
sunt æqualia, *absolute verum non est,*
rabiliter parva sunt respectu datarum
ad quod proin in calculo infinite parvo
in paralogismum incidamus.

XI.

Cl. Dnus. NIEUWENTIIT, *dum pr*
seu differentialia recte admittit; secun
tialia inepte rejicit.

XII.


Modus inscribendi generaliter omnia
quem ex RENALDINO *citat Celeb.* STU
ta, *pag.* 38. *manifeste fallax est; ut n*
Viro Cl. repudiari. Sumit enim inscripti
mate plano, quod solidum esse constat.
in Pentagono & Octogono succedit. Pec
pro Pentagono circiter min. 13, *in defec*
& pro Octogono min. 90, *in excessu* (a


Eee

(a) Qualis sit iste modus inscribendi in circulo Polygona regularia, discas vel ex RENALDINO ipso, *De resolutione & compositione mathematica*, vel ex STURMIO, loco citato, vel ex WOLFIO, *Elem. Analys. finit.* Probl. 136. §. 192. Hæc autem ratio, quando & quantum fallat, facile colligitur comparando latus Polygoni hac methodo determinatum cum vero latere. En utriusque formulam. Sit radius circuli $= 1$, numerus angulorum Polygoni $= n$, erit latus verum $=((\frac{1}{2}\sqrt{3}-\frac{1}{2}\sqrt{-1})^{6:n}-(\frac{1}{2}\sqrt{3}+\frac{1}{2}\sqrt{-1})^{6:n})\sqrt{-1}$, latus *Renaldianum*


$=\sqrt{}$
—14
+8)
ve pr
lorum
rum
Regu
fallat
minal
Poly
drato
te, si
tur fa
fiat n
niani
—


N°. 73.






N°. 74.







Num. LXXIV.

V.

Sed & hoc videtur nobis ἄτοπον, quod cum inter mentem & corpus reale discrimen statuat, idem non agnoscat inter diversas mentis facultates, quæ non minus separatim possunt concipi, ac illa.

VI.

Distinctio perceptionis rei corporeæ in imaginationem & conceptum purum nulla est; omnis enim perceptio rei materialis est imaginatio.

VII.

Qui contra MEISNERUM, PERERIUM, THOMAM Aquinatem, *& alios, possibilem vel extensionis, vel durationis Mundi infinitatem negant, munimen suæ sententiæ quærant adversus hoc argumentum;* Quod omni assignabili quantitate majus est, infinitum est, *per definit. Geom.* Quod omni assignabili quantitate majus esse potuit, infinitum esse potuit: *Et analogice*: Quod omni assignabili tempore prius est, æternum est: Quod omni assignabili tempore prius esse potuit, æternum esse potuit: Sed Mundus, *nemine contradicente*, omni assignabili quantitate & tempore major & prior esse potuit. Ergo infinitus & æternus esse potuit.

VIII.

Cur, in Versione LOBWASS. Psalmi CIX, *ultimi versus plerarumque stropharum omni mensura destituantur, causa est, quod cum impari constent syllabarum numero, nequeunt esse Iambici masculini. Vitium vitasset Auctor, si vel omnes fecisset Trochaicos, ut in stroph.* 2, 4, 8, 11, 12, 13, 14, 17, 18, 19, 20, &c. *vel Amphibrachycos, ut in stroph.* 5, 12, 33, 55, 62, 72, 75, 77, 83, *vel saltem Iambicos femininos, qui cum versibus antepenultimis rythmos constituerent, ut fecerunt BEZA* & *CONRADUS in versionibus suis gallicis.*

IX.

In vulgaribus Systematibus Arithmeticæ perperam omittitur illa species Regulæ Dupli, *quæ ex duabus proportionibus reciprocis componitur.*

X.

X.

Num. LXXIV.

Axioma Euclideum: Si ab æqualibus æqualia auferas, residua sunt æqualia, *absolute verum non est, quando residua hac incomparabiliter parva sunt respectu datarum vel ablatarum magnitudinum: ad quod proin in calculo infinite parvorum caute advertendum, ne in paralogismum incidamus.*

XI.

Cl. Dnus. NIEUWENTIIT, *dum prima quantitatum elementa, seu differentialia recte admittit; secunda, seu differentio-differentialia inepte rejicit.*

XII.

Modus inscribendi generaliter omnia Polygona regularia in circulo, quem ex RENALDINO *citat Celeb.* STURMIUS *in* Mathesi enucleata, *pag.* 38, *manifeste fallax est; ut mirum sit illum non statim a Viro Cl. repudiari. Sumit enim inscriptionem Heptagoni pro Problemate plano, quod solidum esse constat. Ut taceam, quod ne quidem in Pentagono & Octogono succedit. Peccat autem, in toto circuitu, pro Pentagono circiter min.* 13, *in defectu; pro Heptagono, min.* 37; *& pro Octogono min.* 90, *in excessu* (a).

(a) Qualis sit iste modus inscribendi in circulo Polygona regularia, discas vel ex Renaldino ipso, *De resolutione & compositione mathematica*, vel ex Sturmio, loco citato, vel ex Wolfio, *Elem. Analys. finit.* Probl. 136. §. 192. Hæc autem ratio, quando & quantum fallat, facile colligitur comparando latus Polygoni hac methodo determinatum cum vero latere. En utriusque formulam. Sit radius circuli $= 1$, numerus angulorum Polygoni $= n$, erit latus verum $= ((\frac{1}{2}\sqrt{3} - \frac{1}{2}\sqrt{-1})^{6:n} - (\frac{1}{2}\sqrt{3} + \frac{1}{2}\sqrt{-1})^{6:n})\sqrt{-1}$, latus *Renaldianum* $= \sqrt{((nn + 4n + 16 - \sqrt{(n^4 + 8n^3 - 144nn + 512n - 512)}) : (2nn - 4n + 8))}$. Igitur si n sumatur successive pro 3, 4, 5, 6, &c. comparatio valorum ex utraque formula derivatorum manifestabit quibus in casibus Regula *Renaldiniana* succedat, aut fallat, & erroris quantitatem determinabit. Nec arbitror eam in aliis Polygonis quam in Triangulo, Quadrato, & Hexagono succedere. Certe, si universalis esset, determinaretur facile peripheria circuli. Nam, si fiat $n = \infty$, formula lateris *Renaldiniani* reduceretur ad $\sqrt{((nn + 4n + 16 - nn - 4n + 80, \&c.) : (2nn - 4n + 8))}$

Num. LXXIV.

XIII.

Quid contra sentiendum sit de Scholio dicti Auctoris, pag. 182, quo Quadraturam circuli Leibnitianam *suspectam velle reddere videtur, superius ex nostra Prop. XLV colligitur.*

XIV.

Titius *apud* Caium *omnia sua bona fœnori exponit; ea conditione, ut sibi quotannis in sui alimentationem, ultra convenientem usuram, qua sola non sufficeret, partem sortis tantam reddat qua, una cum dicta usura, determinatam quandam summam, de qua conventum est, constituat. Quæritur, quamdiu suffectura sint ejus bona?* Resp. *Observetur mira identitas Quæstionis in speciem diversissimæ, cum Problemate penultimi Corollarii Disputationis nostra præcedentis* De Seriebus, *ubi quæsitum fuit, quot antliæ haustibus aer recipientis ad datum raritatis gradum perducatur. Nam si ponatur*

Sors integra - - - = a = - - - - *Cavitas recipientis*

Eadem cum usura primi anni = b = *Cavitas recipientis & antliæ simul.*

Pensio annua - - - = c = - - *Densitas aeris naturalis.*

Id quod, elapso primo anno, sorti demendum - - - - = f = - - *Densitas aeris optata.*

Numerus annorum, quibus bona exhauriuntur - - = x = *Numerus haustuum antliæ*

reperitur utrobique x = (*Log.*c — *Log.*f) : (*Log.*b — *Log.*a). (b)

+ 8)) = [propter $n = \infty$] $\sqrt{(48 : nn)} = \frac{4}{n}\sqrt{3}$. Hoc latus Polygoni, si multiplicetur per n numerum laterum, habebitur pro peripheria Polygoni infinitilateri, id est, circuli, $4\sqrt{3} = 6.928 +$, quod veræ peripheriæ longitudinem multum excedit.

(b) De numero haustuum requisito ut aer in dato recipiente contentus ad datam raritatem reducatur, videsis, N°. LIV, pag. 541, Notam n; ubi hoc tantum animadvertendum est, [si formulam $x =$ log. r : log. a, ad literas hic ab Auctore usurpatas revocare velis,] rationem r vel $r : 1$ eam esse quæ hic $c : f$; & rationem a, vel $a : 1$, eam quæ hic $b : a$ dicitur. Igitur log. $r =$ log. c — log. f, atque log. $a =$ log. b — log. a; nec non

non $x = [\log. r : \log. a] = (\log. c - \log. f) : (\log. b - \log. a)$.

Problema quod attinet hujus Coroll. illud sic potest concipi. *Caius Titio* singulis annis non modo debitam usuram $b - a$ solvit sortis a, cujus summæ debitor remanet, sed insuper ipsi fœneratur summam f quæ cum usura $b - a$ efficit c, [adeo ut sit $c = b - a + f$] cujus summæ f, cum usuris, & usurarum usuris, creditor fit apud *Titium*, donec creditum singulis annis crescens tandem compenset debitum a. Anno igitur primo creditum est f; quod anno secundo, propter usuras excrescit ad $\frac{b}{a}f$, cui adjicitur summa f. Anno tertio, hæc summa cum fœnore æquatur $\frac{bb}{aa}f + \frac{b}{a}f$ cui additur pariter f, sicque singulis annis augetur creditum, quod tandem post elapsos x annos, æquale est $((b:a)^{x-1} + (b:a)^{x-2} + \text{- - - -} + b:a + 1)f$ = [per Prop. 8, pag. 381] $((b:a)^x - 1)f : (b:a - 1)$; quod si ponatur $= a$ [scil. ut crediti debitique fiat compensatio] erit $(b:a)^x = (b - a + f) : f = c : f$. Igitur $x \times \log. (b:a) = \log. (c:f)$; aut $x = \log. (c:f) : \log. (b:a)$, vel $x = (\log. c - \log. f) : (\log. b - \log. a)$.

Num. LXXIV.



 N°. LXXV.



N°. LXXV.

JACOBI BERNOULLI SOLUTIO PROBLEMATUM FRATERNORUM

Peculiari Programmate Cal. Jan. 1697, Groningæ, *nec non* Actorum Lipf. *menfe Junio & Decemb.* 1696, *& Febr.* 1697, *propofitorum; una cum Propofitione reciproca aliorum.*

Acta Erud. Lipf. 1697. Mai. p. 211.

Geometræ methodum de *Maximis* & *Minimis* ad illa duntaxat Problemata huc ufque adhibuerunt, in quibus ex infinitis partibus feu functionibus unius datæ curvæ aliqua maxima minimave requiritur; neque cogitarunt de ejus applicatione ad talia, ubi ex ipfis infinitis curvis non datis una defideratur, cui maximum aliquod minimumve competat; licet & hæc fubtilitate inventionis & utilitatis præftantia cæteris minime fint inferiora. In eorum numero eft, quod *Frater* Menfe Junio primum propofuit, cujufque folutioni terminum elapfi anni finem ftatuit, Problema de invenienda *Curva Oligochrona*, per quam defcendendo grave a dato puncto breviffimo tempore perveniat ad aliud datum punctum. Quanquam autem hac *Fratris* provocatione me non teneri exiftimabam; nihilominus cum fuperacceffiffet

cessisset humanissima Celeberrimi Domini LEIBNITII invitatio, N.LXXV.
laborem solutionis amplius subterfugere non potui. Postquam enim hic Vir, litteris die 13 Septembris ad me datis, significasset se solvisse Problema, juxtaque desiderare ut & alii tentarent: ad ejus sollicitationem aggressus sum quod alias intactum reliquissem, idque optato protinus successu: solutionem enim sexto Octobris jam habui, & ab illo tempore Amicis ostendi. Cur autem non potius ad *Acta* communicarim, causa est, quod cum terminum solutionis in exterorum gratiam ad Pascha usque præsentis anni prorogatum intelligerem; ego interea speculationem ad alia quoque difficiliora Problemata nunc una proponenda promovere statuissem. Priusquam vero ad solutionem præsentis Problematis accedam, sequens præmitto *Lemma*.

Si curva ACEDB [*Fig.* 1] talis sit, quæ requiritur; hoc est, per quam descendendo grave brevissimo tempore ex A ad B perveniat, atque in illa assumantur duo puncta quantumlibet propinqua C & D: Dico, portionem curvæ CED omnium aliarum punctis C & D terminatarum curvarum illam esse, quam grave post lapsum ex A brevissimo quoque tempore emetiatur. Si dicas enim, breviori tempore emetiri aliam CFD, breviori ergo emetietur ACFDB, quam ACEDB; contra hypothesin.

Esto igitur in plano utcunque ad horizontem inclinato [nec enim verticale sit, necesse est] curva desiderata ACB [*Fig.* 2] per quam descendens grave ex A breviori tempore perveniat ad B, quam per aliam quamcunque in eodem plano positam; & sint in illa sumpta ubivis duo puncta C & D infinite propinqua, ductæque intelligantur recta horizontalis AH, ejusque perpendicularis CH, & huic normalis DF, bisectaque CF in E, compleatur parallelogrammum DE ducta recta EI. Quæritur in hac punctum G, id est, inclinatio particularum curvæ CG, GD ad se invicem, quæ faciat, ut tempus descensus per CG + tempus descensus per GD [quod sic denoto $t\,CG + t\,GD$, intellige semper post lapsum ex A] sit minimum. Ad hoc indagandum, intelligatur in recta EI aliud punctum L, sic ut GL sit incompara-

MDCXXV. parabiliter minor ipsa EG; ductisque CL, DL, super C & D descripta concipiantur arcuum elementa LM, GN; erit, ex natura minimi, $tCL + tLD = tCG + tGD$; adeoque $tCG - tCL = tLD - tGD$, (a) quo posito, sic arguo:

CE:

(a) Notabile est in primis istud Problema, quod primum fere dedit occasionem Geometris cogitandi de hujusmodi quæstionibus, in quibus non investigatur in data curva maximum aliquod, minimumve; sed curva desideratur quæ sit ipsa maximum aut minimum, hoc est, hanc habeat curvaturam quæ proposito alicui fini optime conveniat. Quoniam autem Synthesin meram, particularem, nec ad similes casus facile applicandam, hic protulit Noster, æquum est ut Analysin magis generalem proponamus, rem Geometris notissimam, sed Tyronibus, quorum in gratiam scribimus, forte utilem. Igitur, post Lemma Auctoris nostri, quo docet conditionem maximi minimive qua tota curva gaudet, etiam singulis ipsius particulis infinite parvis competere, & istud ostendendum erat, quod assumit; si curva ACGD [*Fig.* A,] atque ejus particula CGD tempore brevissimo percurratur, vel, generatim, omnium optime præstet aliquem effectum, esse, sumta GL incomparabiliter minori ipsa EG, $tCG + tGD = tCL + tLD$; ubi tCG, non modo tempus descensus per CG, sed effectum quemcunque qui præstatur per CG denotare potest. Scil. Si CλD, ClD, CLD, CGD, CgD, CγD repræsentent omnes curvas possibiles a C ad D ductas, inter quas desiderata sit CGD; patet, si maxima sit effectus propositi quantitas in CGD, eandem crescere debere eundo a CλD ad CGD, & decrescere pergendo a CGD ad CγD. Ergo in CGD neque crescet, neque decrescet, sed stabit. Idem erit igitur effectus per CGD, & ipsi vicinissimam CLD; hoc est, erit $tCG + tGD = tCL + tLD$, vel $tCG - tCL = tLD - tGD$.

Hoc posito, sit $A = tCG$, & $dA = tCG - tCL$; nec non $a = tGD$, & $da = tLD - tGD$, & erit $dA = da$. Sed, ut habeatur dA, A non est simpliciter differentianda, sed ita, ut maneant constantes x [AH], dx [HP vel CE], y [HC], s [AC]. Nam cum CL transit in CG, solæ CL, [ds], EL [dy] mutantur. Ista crescit incremento LG [ddy]; illa augmento GM [dds] $= d\sqrt{(dx^2 + dy^2)} = dyddy : \sqrt{(dx^2 + dy^2)}$ [est enim dx constans] $= dyddy : ds$. Igitur si A sit functio ipsarum x, dx, y, dy, s, ds, ejus differ. dA, induet hanc formam $Bddy + Cdds = Bddy + Cdyddy : ds = (B + Cdy : ds)\, ddy$. Pariter, ut habeatur da, attendendum est quid maneat, quid mutetur, quando GD transire ponitur in LD. Manent autem AP [ξ], PQ = LO = GK [$d\xi$]. Sed PG [v] decrescit, atque DK [dv], quod

CE : CG = *t*CE : *t*CG } ex natura
CE : CL = *t*CE : *t*CL } descens. grav.

Ergo CE : CG — CL [MG] = *t*CE : *t*CG — *t*CL
Sed MG : GL = EG : CG [ob sim. tr. MLG, CEG]

Quare; CE : GL = EG × *t*CE : CG × (*t*CG — *t*CL)

EF:

quod evadit DO, crescit quantitate GL [ddy]; ACG [σ] reducitur ad ACL & minuitur lineola GM [$dyddy : ds$], GD [$d\sigma$] vero, quod fit DL, augetur incremento LN [$dd\sigma$] $= d\sqrt{(d\xi^2 + dv^2)} =$ [ob $d\xi$ constans] $dv\,ddv : d\sigma = dv\,ddy : d\sigma$. Ergo $d\alpha$ habebit hanc formam $-\varphi dv + \beta ddv - \gamma d\sigma + \kappa dd\sigma = -\varphi ddy + \beta ddy - \gamma dyddy : ds + \kappa dvddy : d\sigma = (-\varphi + \beta - \gamma dy : ds + \kappa dv : d\sigma)\,ddy$. Hoc si æquale ponatur ipsi dA, erit, utrinque dividendo per ddy, $B + Cdy : ds = -\varphi + \beta - \gamma dy : ds + \kappa dv : d\sigma$, vel, transponendo $\varphi + \gamma dy : ds = \beta - B + \kappa dv : d\sigma - Cdy : ds$. Est autem $\beta - B = dB$ & $\kappa dv : d\sigma - Cdy : ds = d(Cdy : ds)$. Nam B, C, dy, ds, auctæ suis incrementis, fiunt β, γ, dv, $d\sigma$. Igitur $\varphi + \gamma dy : ds = d(B + Cdy : ds)$. Unde hæc fluit Regula. Differentietur quantitas proposita *t*GD, α, vel *t*CG, A, perinde enim est, ponendo x, dx, dy, & ds constantes, ac faciendo ipsius y differentiale $= 1$, ipsius vero s differentiale $= dy : ds$, & habebis $\varphi + \gamma dy : ds$. Iterum differentietur A, ponendo x, dx, y & s constantes, ac faciendo ipsius dy differentiale $= 1$, & ipsius ds differentiale $= dy : ds$, habebisque $B + Cdy : ds$. Pone igitur differentiale prius ipsius A æquale differentiæ more vulgari sumptæ posterioris differentialis, & habebis æquationem ad Curvam. In hujus autem Regulæ usu hoc animadverti sane meretur, quod si ipsius A differentiale prius sit $= 0$, id quod accidit, quoties expressionem A non ingrediuntur quantitates y & s; tum quoniam $d(B + Cdy : ds) = 0$, erit $B + Cdy : ds$ differentiale posterius æquale ponendum quantitati constanti: quo casu, Regula mira facilitate negotium absolvit.

Hanc Regulam exemplis nonnullis illustremus. Ac primo, quæritur curva celerrimi descensus. Hic, quoniam tempus est ut spatium ds directe & velocitas $\sqrt{x}$ inverse, *t*CG, vel A, exprimetur per $ds : \sqrt{x}$. Hanc autem expressionem cum non ingrediantur variabiles y & s, ejus differentiale prius erit $= 0$. Igitur quantitati constanti æquandum est differentiale posterius, in quo x constans, ds crescere per incrementum $dy : ds$ ponitur. Unde fit $dy : ds\sqrt{x} =$ constanti $= 1 : \sqrt{a}$, quæ æquatio, multi-

N.LXXV.

Pariter

$$\left.\begin{array}{lcl} EF:GD & = & tEF : tGD \\ EF:LD & = & tEF : tLD \end{array}\right\}\text{ ex natura desc. gravium}$$

Ergo $EF:LD - GD\,[LN] = tEF : tLD - tGD$

Sed $LN : LG = GI : GD$ [ob sim. tr. LNG, GID]

Quare $EF\,[CE] : LG = GI \times tEF : GD \times (tLD - tGD)$ ideo-

multiplicando & quadrando, fit $ady^2 = xds^2 = xdy^2 + xdx^2$, aut $xdx^2 = (a - x)dy^2$, atque $dy = dx\sqrt{x} : (a - x)$ quæ eſt æquatio ad Cycloidem.

2°. Quæritur Solidum minimæ reſiſtentiæ. [Vid. Num. LVI, Not. i, pag. 569]. Reſiſtentia quam patitur ſolidum genitum ex rotatione figuræ planæ circa axem, eſt ut $\int (xdx^3 : ds^2)$, [Vide ibid. Notam h, pag. 569], cujus differentiale prius $= 0$. Igitur differentiale poſterius, quod eſt $\frac{2xdx^3dsdy : ds}{ds^4} = \frac{2xdx^3dy}{ds^4}$, æquetur quantitati conſtanti $2a$, & habebimus $xdx^3dy = ads^4$, ad naturam curvæ exprimendam.

3°. In hiſce exemplis differentiale prius quantitatis A evaneſcebat. En alterius generis exemplum. Quæritur curva ejus naturæ ut $\int y^n ds$ ſit maximum. Eſt igitur $A = y^n ds$. Hujus differentiale prius eſt $ny^{n-1}ds$; poſterius $y^n dy : ds$. Ergo $ny^{n-1}ds = d\frac{y^n dy}{ds} = (ny^{n-1}dsdy^2 + y^n dsddy - y^n dydds) : ds^2$, vel $ny^{n-1}ds^3 - ny^{n-1}dsdy^2 = y^n dsddy - y^n dydds$. Pro ddy ſcribe $dsdds : dy$, id enim poſtulat dx conſtans, & erit $ny^{n-1}ds^3 - ny^{n-1}dsdy^2 = y^n ds^2dds : dy - y^n dydds = (y^n ds^2dds - y^n dy^2dds) : dy$, vel [quia $ds^2 - dy^2 = dx^2$], $ny^{n-1}dsdx^2 = y^n dx^2dds : dy$, aut denique $ny^{n-1}dyds - y^n dds = 0$. Hæc autem poteſt integrari, ſi per ds^2 diviſa ponatur. Nam ipſius $(ny^{n-1}dyds - y^n dds) : ds^2$ integrale eſt $y^n : ds$, quod ſi ponatur æquale conſtanti $a^n : dx$; habebimus $y^n dx = a^n ds$, æquationem ad curvam.

ideoque $EG \times \sqrt{CE} : CG \times (\sqrt{CG} - \sqrt{CL}) = GI \times \sqrt{EF} : GD \times (\sqrt{LD} - \sqrt{GD})$ N.LXXV.

& *permut.* $EG \times \sqrt{CE} : GI \times \sqrt{EF} = CG \times (\sqrt{CG} - \sqrt{CL}) : GD \times (\sqrt{LD} - \sqrt{GD})$

$=$ [ex nat. minimi, ut dictum] $= CG : GD$

Sed $EG \times \sqrt{CE} : GI \times \sqrt{EF} = \frac{EG}{\sqrt{HC}} : \frac{GI}{\sqrt{HE}}$, ex nat. desc. gr.

Quare $\frac{EG}{\sqrt{HC}} : \frac{GI}{\sqrt{HE}} = CG : GD.$

Ubi in transitu considerandum proponimus Celeberrimo Domino NIEUWENTIIT usum differentio-differentialium [quæ ipse immerito explodit] in eo, quod assumere coacti fuimus particulam GL ipsis EG, GI infinite parvis infinities adhuc minorem; absque quo, non video quomodo ad solutionem Problematis via patuisset. Sunt enim EG, GI elementa abscissarum AH, quemadmodum CG, GD elementa ipsius curvæ, & HC, HE ipsæ ejus applicatæ, earumque elementa CE, EF; adeo ut Problema ad puram Geometriam redactum huc redeat, ut inveniatur curva, quæ elementa sua habeat composita ex elementis abscissarum directe, & radicibus applicatarum inverse: qua quidem proprietate *Isochronam* illam *Hugenianam*, nunc & *Oligochronam* futuram, tritam nempe notamque Geometris *Cycloidem*, gaudere deprehendo; quod in *Fig.* 3, ubi ACP semi-Cycloidem, CM, GN duas ejus tangentes, RQP semi-circulum genitorem refert, ita porro demonstro:

$GD : GI = GN : GX^* = VP : VX = VR : RX = \sqrt{RP} : \sqrt{RX} [\sqrt{HE}]$

$GI : EG = \ldots \ldots \ldots \ldots \ldots GI : EG$

$EG : CG = CS : CM^* = QS : QP = RS : RQ = \sqrt{RS} [\sqrt{HC}] : \sqrt{RP}$

* ex nat. Cycloid.

Ergo $GD : CG = \sqrt{RP} \times GI \times \sqrt{HC} : \sqrt{HE} \times EG \times \sqrt{RP}$

$= GI \times \sqrt{HC} : EG \times \sqrt{HE} = \frac{GI}{\sqrt{HE}} : \frac{EG}{\sqrt{HC}}.$ *Q. E. D.*

Quod si nunc determinanda sit Cyclois, quæ transeat per data puncta A & B, describenda est super basi horizontali AH quo-

N.LXXV. vis circulo genitore Cycloïs AT, quæ ductam rectam AB, & productam, si sit opus, secet in T; quemadmodum enim recta AT est ad rectam AB, sic diameter circuli genitoris Cycloidis AT est ad diametrum genitoris quæsitæ AB (b). Alterius generis nec minus elegans Problema foret, si jam porro quæreretur, quænam ex infinitis Cycloidibus [aut saltem Circulis, Parabolis aliisve curvis] per A transeuntibus, ac super eadem basi AH constitutis, illa sit, per quam descendens grave minimo tempore ex A ad datum perpendiculum ZB appellat. Qui speculationem de maximis & minimis promovere volet, tentabit (c). Nobis sufficiat proposuisse.

Atque ita curva hæc, quæ tot Mathematicorum ingeniis exercita fuit, ut nihil in illa eruendum restare videretur, nova proprietate conspicuam sese nobis sistit, quàm velut perfectionum suarum colophonem, quasi nihil futuris sæculis debitura, sub finem adhuc præsentis adipisci voluit, postquam initio ejusdem natales, ac medio dimensiones omnes cum aliis præclaris affectionibus accepisset.

Cæterum monendum est, quod iisdem insistendo vestigiis, pari facilitate reperiri possit curva, quam mobile per medium inæqualis densitatis vel raritatis latum minimo tempore percurrat, quæ quidem convenienter principio *Leibnitiano* Mense Junio 1682 (d) demonstrato, eadem reperiatur necesse est cum *Curva Refractionis*, quam HUGENIUS in Tractatu *de Lumine* pag. 44. contemplatur, & cujus identitatem cum illa, quam primo consideravit Celeberrimus Dnus. LEIBNITIUS mense Septembre 1692, (e) pag. 446, nosque mense Junio 1693, pag. 254, construximus (f), conscio *Fratre*, jam olim deprehendi (g).

Sed per has speculationes ad alia quoque difficiliora Problemata

(b) Quia scil. omnes Cycloides sunt inter se similes.

(c) Vide Num. LXXVIII.

(d) Radium scil. luminis via facillima a puncto ad punctum ferri; hoc est, via, quæ tempore minimo percurratur.

(e) N°. LV. pag. 548.

(f) N°. LVI. pag. 570.

(g) Vid. Num. CIII. Art. XIV.

mata patet accessus, qualia sunt, quæ de figuris Isoperimetris N.LXXV.
formari possunt. Quæritur, exempli gratia, quænam ex iis omnium sit capacissima [vulgo creditur esse circulus, & recte, sed sine demonstratione;] Quænam centrum gravitatis areæ & peripheriæ suæ habeat a basi remotissimum, quam *Frater* observavit esse Funiculariam, sed ex diverso fundamento &c. Hæc itaque & talia per Methodum *Maximorum* ei resolvenda proponimus. Præsertim vero, si vicem reddere volet, sequens generale tentabit: Quæritur ex omnibus Isoperimetris super communi basi BN constitutis illa BFN [*Fig.* 4] quæ non ipsa quidem maximum comprehendat spatium, sed faciat, ut aliud curva BZN comprehensum sit maximum, cujus applicata PZ ponitur esse in ratione quavis multiplicata vel submultiplicata rectæ PF, vel arcus BF; hoc est, quæ sit quotacunque proportionalis ad datam A & rectam PF, curvamve BF? Huic, ne detrectare possit, adjungimus alterum quod de infinitis Cycloidibus supra motum fuit, majoremque cum suo affinitatem habet. Et cum iniquum sit, ut quis ex labore, in alterius gratiam & cum proprii temporis dispendio rerumque suarum damno, suscepto nihil emolumenti percipiat, prodit nonnemo, pro quo caveo, qui soluturo *Fratri*, utra laudes promeritas, honorarium quinquaginta imperialium decrevit; hac tamen lege, ut intra tertium ab hujus publicatione mensem se suscepturum promittat, ipsasque solutiones finito anno, utcunque licet per quadraturas exhibeat. Hoc enim elapso si nemo dederit, meas exhibebo. (a)

Hæc itaque occasione Problematis Physico-mathematici a *Fratre* mense Junio primum propositi hac vice dicta sufficiant. Quæ ibidem de complanatione superficierum Conoidicarum attigit, cum me propius spectarent, jam mense Octobri * pertractavi. Nobilissimum Tschirnhausium uterque eodem mense Junio notavimus †. Unicum igitur in Schediasmate *Fraterno* superest, quod, ne quid intactum prætereamus, enucleandum restat; metho-

(a) Vide Num. LXXXII. * N°. LXXIII. † N°. LXIX.

N.LXXV. methodus videlicet, quam celavit, inveniendi curvam ex sola data relatione ipsorummet curvæ punctorum ad se invicem. Quærenda sit, exempli gratia, curva AEC [*Fig.* 5.] talis, ut projecta utcunque ex dato puncto D recta DC, secante curvam in C & E, rectangulum CDE æquetur constanti spatio, puta unitati, quod primum est exemplum *Fratris*. Ad datam positione rectam DG ordinatim applicentur EF, CG in angulo arbitrario, & sit DE $= x$, EF $= y$, DC $= z$ & CG $= t$, erit, per hypothesin, CDE, seu $xz = 1$, & $x = z^{-1}$; dein propter sim. Tr. DEF & DCG, EF seu $y = tx : z = tz^{-2}$. Fundamentum solutionis: Talis supponatur æquatio, seu relatio inter x & y, ut substitutis ipsarum valoribus modo inventis, similis vel eadem inter z & t relatio resultet, quæ inter x & y; quod hic ita fit: Pono $y = ax^m + bx^n$, erit, facta substitutione, $tz^{-2} = az^{-m} + bz^{-n}$, sive $t = az^{-m+2} + bz^{-n+2}$; quæ ut assimiletur priori $ax^m + bx^n$, comparo az^{-m+2} cum bx^n, & bz^{-n+2} cum ax^m, ac reperio utrobique $b = a$, nec non $n = 2 - m$; unde concludo, naturam curvæ quæsitæ esse $y = ax^m + ax^{2-m}$, vel, quod eodem modo ostendetur, $y = ax^m + ax^{2-m} + bx^n + bx^{2-n}$.

Haud absimiliter solvuntur duo sequentia, quæ habet, Problemata pag. 266, quorum posterius in Programmate suo generaliter ita proponit, ut loco utriusque segmenti sumatur quæcunque ipsorum potestas quæ sit m. Huic curva satisfacit [1], quæ expri-

(1) Nisi fallor, ista fuit Auctoris nostri Analysis. Quoniam $x^m + z^m = 1$, erit [multiplicando per $x^m - z^m$,] $x^{2m} - z^{2m} = x^m - z^m$, vel $z^m - z^{2m} = x^m - x^{2m}$. Pone $y^r = ax^p + bx^q$, & quoniam eadem est inter t & z relatio, quæ est inter y & x, erit quoque $t^r = az^p + bz^q$. Denique, quia $x : y = z : t$, vel $x^r : y^r = z^r : t^r$, aut, æquando media extremis, $t^r x^r = z^r y^r$; erit [substitutis valoribus ipsorum y^r & t^r,] $az^{p-r} + bz^{q-r} = ax^{p-r} + bx^{q-r}$. Comparetur hæc æquatio cum prima $z^m - z^{2m} = x^m - x^{2m}$, & invenietur $a = 1$, $b = -1$, $p - r = m$, vel

N.LXXV.

exprimitur per $y = x(x^m - x^{2m})^n$. Quæ vero ultimo subjungit pag. 267 (k) sed absque solutione; his curvæ satisfaciunt mechanicæ, quarum natura est $y = x(a + \int(dx : xlx))^n$ pro *fig.* 2; & $by + cyy + cy^3$, &c. $= (a + \int(dx : xlx))^n$ pro *fig.* 3, [intellige per lx logarithmum ipsius x]. Quanquam tacere non possum, assumi hic aliquid dubiæ & suspectæ veritatis; videlicet, portiones semper esse unius ejusdemque numero curvæ, quæ eadem æquatione denotantur. Dari enim possunt exempla in contrarium, saltem in curvis mechanicis, ubi hoc non contingit, eademque æquatio diversas numero curvas designat, quod vel ex his ipsis exemplis liquet; quandoquidem hæ æquationes $y = x(a + \int(dx : xlx))^n$ &c. non magis quadrant pro hypothesi $xzz = 1$, quam pro quavis alia xz^3, aut xz^4, aut $xz^p = 1$; quibus tamen hypothesibus omnibus unam eandemque curvam satisfacere implicat. Hoc itaque ulteriori Lectorum scrutinio perpendendum relinquimus.

Pene hæc absolveram, cum præferrentur ad nos *Acta* mensis No-

vel $p = m + r$, & $q - r = 2m$, vel $q = 2m + r$. Igitur æquatio assumpta $y^r = ax^p + bx^q$ abit in hanc $y^r = x^{m+r} - x^{2m+r}$, aut $y^r = x^r(x^m - x^{2m})$ vel radicem r extrahendo, $y = x(x^m - x^{2m})^{1:r}$, aut, faciendo $\frac{1}{r} = n$, $y = x(x^m - x^{2m})^n$. Sed facile apparet particularem esse solutionem, quæque non sine aliqua sagacitate, ad alios casus similes applicari poterit. Universalior est Celeb. NEWTONI Solutio (*Acta Erud.* 1697, Mai. pag. 223) quam illustrarunt Viri Celeb. HERMANNUS, *Comm. Acad. Petrop.* Tom. IV, pag. 40, CLAIRAUT & FONTAINE, *Act. Acad. Paris.* ad ann. 1734, pag. 196, & 527, Edit. Paris. pag. 268, & 724, Ed. Amst.

(k) Quærebatur curva ejus proprietatis, ut ducta a dato puncto recta qualibet curvam in duobus punctis secante, solidum sub uno segmento & alterius quadrato constans esset. Sed observarunt Erud. Galli sub finem notæ præcedentis laudati, hujusmodi conditionibus nullam curvam satisfacere. Quare non satis capio, quid sibi cum solutione sua velit Noster, & ipse ejus insufficientiam satis animadvertisse videtur.

N.LXXV. Novembris in quibus Nobilis Auctor *Meditatorum Geometricorum* *, eodem menſe Anni 1695 publicatorum, motis ſibi ſcrupulis nonnullis ſatisfacere ac ſua vindicare ſatagit, eoque ardentius in nobis deſiderium accendit videndi, penitiuſque introſpiciendi tam præclara inventa. Dixi enim me nullatenus dubitare quin, pro excellenti quo pollet acumine, quicquid pollicitus eſt præſtare poſſit; atque optare tantum, ut ſpeciminum loco talia promat, quæ etiam iis, quibus de vaſtiſſimo Viri ingenio aliunde non conſtat, perſuadere queant; quo nomine ipſum iterata vice & perhumaniter pulſandum cenſemus. Nam quod proprietatem ſpectat, quam focis curvarum attribuit, cum ea quibuſvis punctis, adeoque non focis, qua focis, competat, difficulter quis capiat, quid hæc ad naturam focorum, aut curvarum per focos cognoſcendam conducat, Quemadmodum etiam intellectu haud facile exiſtimo, quomodo quæ *figur*. 1 & 3 † de Ellipſi & Parabola oſtendit, ad omnes alias etiam diſſimiles & diverſorum generum curvas applicari poſſint, cum illa duntaxat ejuſdem generis & ſpeciei curvis quadrent, ac præſertim poſterius illius tantum generalioris conſectarium ſit, quod jam Anno 1692 ** exhibui. Et quod ultimo docet de abſcindendis ex quavis curva portionibus in data ratione; hoc plane fallere dixi in Parabola, quod etiam agnoſcere videtur Acutiſſimus *Auctor*; aut ſi dubitet, ego paratus ſum demonſtrare: unde, ſi nihil aliud, ſaltem hoc novo exemplo roborari opus haberet,

* N°. LXXVIII.
† N¹. LXVIII.
** N°. XLIX. pag. 501.

N°. LXXVI.

JACOBI BERNOULLI SOLUTIO DIFFICULTATIS CUJUSDAM,

Circa naturam Flexus contrarii.

DIxeram in Meditatione de natura osculi, Mense Martio 1692, pag. 116*, Quod in *omni Flexu contrario Circulus osculator infinite magnus, adeoque Curvedo Linea nulla.* Hoc enim ex notione flexus contrarii, & illa naturæ lege, qua constanter saltum abhorret, satis, puto, per se manifestum. Illustrissimus tamen Dnus. *Marchio* HOSPITALIUS ingeniose mihi objecit casus quosdam particulares, ubi contrarium evenit, & circulus osculator infinite parvus est; ut in curva GAg [*Fig.* 1.] cujus natura est $aax^3 = y^5$, & quæ in vertice A habet flexum contrarium, tametsi radius osculantis circuli ibidem sit nullus, quippe quæ ex evolutione curvæ IAi per ipsum verticem A transeuntis describitur. In quo sane Vir laudatissimus quiddam valde singulare detexit; cum hoc assertionem meam dictamque naturæ legem prorsus evertere videatur. Stante enim hoc Axiomate *Natura non facit saltum, sed etiam in minimis agit gradatim*, difficulter concipi potest, quomodo partes curvæ, uno sensu inflexæ, sensu contrario flecti & incurvari possint, nisi prius amissa curvedine situm inter se directum acquirant. Ergo ubicunque

Acta Erud. Lips. 1697. Sept. p. 410

* N°. XLVII. pag. 480, 481.

Num. LXXVI. que id accidere videtur, credendum est, in illo puncto virtualiter contineri omnes curvedinis gradus intermedios; quod sic explico. Loco curvæ $aax^3 = y^5$, concipio hanc $aax^3 = y^5 - bby^3$, quæ curva hujusmodi plexus format, quales in *Fig.* 2 repræsentantur, eritque posita $AH = x$, & $HG = y$, applicata in vertice $AC = b$, & applicata in extrema ora sinus ACS, scilicet $ST = b\sqrt{\frac{3}{5}}$ (a). Radius circuli osculatoris [facta insuper $ayy - abb = s^3$, $5yy - 3bb = tt$, & $5yy - 9bb = uu$] universaliter reperitur $(9s^4 + t^4)\sqrt{(9s^4 + t^4)} : 6asuuy$ (b). Unde discimus, primo, radium osculi fore infinitum, si vel s, vel u, vel y sit $= 0$, id est, sive y sit $= 0$, sive $= b$, sive $= 3b:\sqrt{5}$. Secundo, aliis vero in casibus semper finitum, ut in puncto S, cum $y = b\sqrt{\frac{3}{5}}$, quo casu radius hic [posito $\frac{2}{5}abb = z^3$] fit $= \sqrt{\frac{3}{10}}az$. Tertio, eundem fore positivum, si vel ambæ s, & uu sint negatæ, hoc est, si sit $y < b$; vel affirmatæ ambæ, id est, si $y > 3b:\sqrt{5}$. Quarto, negativum autem, si existente s affirmata, uu maneat negata, id est, si y sit $> b$, & $< 3b:\sqrt{5}$. E quibus porro colligimus, curvam in parte ASC, & EFG [supposita in E applicata $y = 3b:\sqrt{5}$] versus axem cavam

(a) Nam, in puncto S ordinata tangens est; igitur $dx = 0$. Differentietur itaque æquatio $a^2x^3 = y^5 - bby^3$, tractando x ut constantem, & habebis $0 = 5y^4dy - 3bbyydy$, aut, dividendo per $yydy$, $5yy = 3bb$, atque $y = b\sqrt{\frac{3}{5}}$.

(b) Æquationis $aax^3 = y^5 - bby^3$, vel $x = a^{-\frac{2}{3}}(y^5 - bby^3)^{\frac{1}{3}}$, differentiale est $dx = \frac{1}{3}a^{-\frac{2}{3}}(y^5 - bby^3)^{-\frac{2}{3}}(5y^4 - 3bbyy)dy = (5yy - 3bb)yydy : 3(ayy - abb)^{\frac{2}{3}}yy$, seu faciendo $5yy - 3bb = tt$, & $10ydy = 2tdt$, nec non $ayy - abb = s^3$, atque $2aydy = 3ssds$, est $dx = ttdy : 3ss$, & $ddx = (6sstdt - 6ttsds)dy : 9s^4 = (6s^3tdt - 6ttssds)dy : 9s^5 = (30s^3ydy^2 - 4attydy^2) : 9s^5 = (30s^3 - 4att)ydy^2 : 9s^5 = (10ayy - 18abb)ydy^2 : 9s^5 = 2auuydy^2 : 9s^5$ [faciendo $uu = 5yy - 9bb$]. Est etiam elementum curvæ $dz = \sqrt{(dx^2 + dy^2)} = \sqrt{(t^4dy^2 : 9s^4 + dy^2)} = dy\sqrt{(9s^4 + t^4)} : 3ss$. Igitur cum radius osculi sit [Vid. Num. LVIII. pag. 578] $= dz^3 : dyddx$, invenietur, substitutis his valoribus $((9s^4 + t^4)\sqrt{(9s^4 + t^4)}dy^3 : 27s^6) : (2auuydy^3 : 9s^5) = (9s^4 + t^4)\sqrt{(9s^4 + t^4)} : 6asuuy$.

cavam esse, in parte CDE convexam; & puncta A, C & E esse puncta flexuum contrariorum, ibique nullam curvedinem esse; in puncto vero aliquo duobus flexibus intercepto, ut & alio quodam ultra flexum extremum E, puta in punctis B, D & F curvedinem esse maximam, ac proinde curvam a G versus A ordine describi alterna convolutione & evolutione curvarum IKLMNOPQR rqponmlki. Jam si b sensim intelligatur minui, ac tandem evanescere, ut loco æquationis $aax^3 = y^5 - bby^3$ resultet $aax^3 = y^5$, manebunt quidem radii circulorum osculatorum in punctis A, C & E infiniti; sed radius puncti S fiet nullus quippe $= \sqrt{\frac{3}{50}ax}$; quapropter, cum hæc omnia puncta tum coalescant in unum punctum A, sequitur, in hoc puncto radium circuli osculatoris esse simul & o & ∞; adeoque punctum illud A eminenter in se continere omnes curvedines a maxima ad minimam, omnesque evolutas KLMN &c. nmlk in unam rectam, axem videlicet curvæ AH, coincidere. Ex quo tandem illud evincitur, quod in *Fig.* 1, Evoluta curvæ GAg proprie non sit sola curva IAi, sed una cum assumpto axe HAh, ita quidem ut gignatur per convolutionem & evolutionem hoc ordine factam IAHhAi, radiusque circuli osculatoris in extremitatibus tantum puncti A [si ita loqui fas est] nullus sit, in parte vero intermedia infinitus. Num. LXXVI.

Explicationem nostram confirmat insuper hoc, quod circulus super quolibet puncto axis infiniti AH per A descriptus, adeoque & ipsa linea recta MN, ob axem AH curvæ in A perpendicularem, curvam ibidem tangit, eandemque ob flexum contrarium simul secat; quod cum, nemine nunc refragante, signum habeatur osculi, sequitur infinitos hos circulos curvam in A osculari, omnesque proin curvedinis gradus eminenter in hoc puncto contineri. Id quod hac vice ostendendum suscepi, ad assertionem meam olim editam cum Illustrissimi D. *Marchionis* observatis utcunque conciliandam. Habui quidem hanc speculationem jam dudum, sed neglecta jacuit, jacuissetque diutius, nisi animadversionem Viri perillustris nuperrime in *Supplementorum* Tomo

Num. LXXVI. mo III, Sectione II, pag. 78, ex *Commentariis Mathematico-Physicis Parisiensibus* recensitam, atque etiam in ejus *Analysi infinite-parvorum* pag. 19, publicatam vidissem.



N°. LXXVII.

JACOBI BERNOULLI ADDENDA AD CONSTRUCTIONEM PROBLEMATIS *BEAUNIANI.* *

Act. Erud. Lips. 1697. Sept. p. 412

Dixi tum, quod si curva data AC [Vide ibidem *Fig.* 1.] sit ex genere Paraboloidum, denotante v æquationis $a\,dy = y\,dx \pm x^{v}\,dx$, numerum quemcunque integrum & positivum, curva quæsita ED obtineri potest absque quadraturis, per solam Logarithmicam; sed non adjeci, curvam hanc omnino quoque posse esse algebraicam. Itaque nunc dico amplius :

1. Quod eo casu semper duæ satisfaciunt curvæ, Mechanica & Algebraica. (a)

2. Idque

(a) Mechanica nempe; quando in æquatione ultima F [Vide Num. LXXII, Not. c, pag. 734, 735.] ponitur t variabilis. Tunc enim æq. (F) $a\,dt + t\,dx + 1.2.3.4.5\,a\,dx = 0$, integrata dat $t = -1.2.3.4.5\,a - Nx$; ubi Nx, quantitatem transcen-

2. Idque non tantum, cum curvi...
boloidum, sed etiam quotiescunque ...
exprimatur per quotlibet potestates ...
hoc est, si terminus $x^v dx$ quotcunq...
luti si sit $ady = ydx \pm x^s dx \pm x^t$...

3. Quod algebraice ejusdem per...
data AC.

4. Hinc si AC recta est, angulum...
seu $v = 1$, & ED recta esse pote...
cum Problema *Beaunianum* inter no...
mihi fuit]. Si AC est Parabola c...

cendentem, numerum scil. cujus x est logarithmus, denotat, adeoque curvam mechanicam arguit. Quod si in eadem æquatione ponatur t constans & $dt = 0$, habebimus $t = -1.2.3.4.5a$: unde regrediendo ad æquationem primam $ady + ydx - x^5 dx : a^4 = 0$, inveniemus $y = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + 4.5x^3 : a^2 - 3.4.5x^2 : a + 2.3.4.5x : a - 1.2.3.4.5a$, quæ curvam geometricam repræsentat.

(b) Si, per methodum in Nota c, N^i. LXXII expositam, gradatim reducatur æquatio $ady - ydx + Ax^v dx + Bx^{v-1} dx + Cx^{v-2} dx \ldots \ldots + Zdx = 0$, devenietur tandem ad æquationem hujus formæ $adt - tdx + (Z + 1.aY + 1.2.a^2 X + 1.2.3a^3 V \ldots\ldots + 1.2.3 \ldots v a^v A) dx$; in qua potest poni $dt = 0$, & erit constans $t = Z + 1.aY + \ldots\ldots + 1.2.3 \ldots v a^v A$. At si ponatur t variabilis, erit $dx = adt : (t - Z - 1.aY - \ldots\ldots - 1.2.3 \ldots$

Num. LXXVI. mo III, Sectione II, pag. 78, ex *Commentariis Mathematico-Physicis Parisiensibus* recensitam, atque etiam in ejus *Analysi infinite-parvorum* pag. 19, publicatam vidissem.

N°. LXXVII.

JACOBI BERNOULLI ADDENDA AD CONSTRUCTIONEM PROBLEMATIS *BEAUNIANI.* *

Act. Erud. Lips. 1697. Sept. p. 412

DIxi tum, quod si curva data AC [Vide ibidem *Fig.* 1.] sit ex genere Paraboloidum, denotante v æquationis $a\,dy = y\,dx \pm x^{v}\,dx$, numerum quemcunque integrum & positivum, curva quæsita ED obtineri potest absque quadraturis, per solam Logarithmicam; sed non adjeci, curvam hanc omnino quoque posse esse algebraicam. Itaque nunc dico amplius:

1. Quod eo casu semper duæ satisfaciunt curvæ, Mechanica & Algebraica. (a)

2. Idque

* N°. LXXII.

(a) Mechanica nempe, quando in æquatione ultima F [Vide Num. LXXII, Not. c, pag. 734, 735.] ponitur t variabilis. Tunc enim æq. (F) $a\,dt + t\,dx + 1.2.3.4.5\,a\,dx = 0$, integrata dat $t = -1.2.3.4.5\,a - Nx$; ubi Nx, quantitatem transcen-

2. Idque non tantum, cum curva AC est ex numero Paraboloidum, sed etiam quotiescunque talis, ut ejus applicata BC exprimatur per quotlibet potestates integras & positivas ipsius x, hoc est, si terminus $x^v dx$ quotcunque membris constiterit; veluti si sit $ady = ydx \pm x^s dx \pm x^t dx \pm x^v dx$, &c. ([b]) Num. LXXVII.

3. Quod algebraica ejusdem perpetuo gradus futura est cum data AC.

4. Hinc si AC recta est, angulum constituens cum axe AB, seu $v = 1$, & ED recta esse poterit [quod jam olim etiam, cum Problema *Beaunianum* inter nos reviviscet, animadversum mihi fuit]. Si AC est Parabola communis; ipsa ED quoque

 talis

cendentem, numerum scil. cujus x est logarithmus, denotat, adeoque curvam mechanicam arguit. Quod si in eadem æquatione ponatur t constans & $dt = 0$, habebimus $t = -1.2.3.4.5a$: unde regrediendo ad æquationem primam $ady + ydx - x^5 dx : a^4 = 0$, inveniemus $y = x^5 : a^4 - 5x^4 : a^3 + 4.5x^3 : a^2 - 3.4.5x^2 : a + 2.3.4.5x : a - 1.2.3.4.5a$, quæ curvam geometricam repræsentat.

([b]) Si, per methodum in Nota c, N°. LXXII expositam, gradatim reducatur æquatio $ady - ydx + Ax^v dx + Bx^{v-1} dx + Cx^{v-2} dx \ldots \ldots + Zdx = 0$, devenietur tandem ad æquationem hujus formæ $adt - tdx + (Z + 1.aY + 1.2.a^2 X + 1.2.3a^3 V \ldots\ldots + 1.2.3 \ldots v a^v A)\, dx$; in qua potest poni $dt = 0$, & erit constans $t = Z + 1.aY + \ldots\ldots + 1.2.3 \ldots v a^v A$. At si ponatur t variabilis, erit $dx = adt : (t - Z - 1.aY - \ldots\ldots - 1.2.3 \ldots v a^v A)$, & integrando $x = \log.(t - Z - 1.aY \ldots - 1.2.3 \ldots v a^v A)$ vel $t = Z + 1.aY + \ldots + 1.2.3 \ldots v a^v A + Nx$. Unde erit $y = Ax^v + (B + vaA)x^{v-1} + (C + (v-1)aB + (v-1)va^2 A)x^{v-2} + (D + (v-2)aC + (v-2)(v-1)a^2 B + (v-2)(v-1)va^3 A)x^{v-2} \ldots\ldots\ldots + (Z + 1.aY + 1.2.a^2 X + 1.2.3.a^3 V + \ldots\ldots + 1.2.3 \ldots v a^v A)$; quæ est æquatio ad curvam algebraicam gradus v. At si huic valori ipsius y adjicias Nx, habebis æquationem ad curvam mechanicam. Sic in exemplo Auctoris nostri post §. 5, $ady - ydx + x^3 dx : aa - 3xxdx : a + bxdx : a = 0$. Pone in formula generali $v = 3$, $A = 1 : aa$, $B = -3 : a$, $C = b : a$, & invenies $y = x^3 : aa + (-3 : a + 3 : a)x^2 + (b : a - 2.3 + 2.3)x + (0 + b - 1.2.3a + 1.2.3a) = x^3 : aa + bx : a + b$, cui, si placet, addatur Nx: prorsus ut docet Auctor noster.

Num. LXXVII. talis erit; sed si AC est Parabola cubica, erit saltem ED una ex curvis secundi generis &c.

5. Quod dictum de æquatione $ady = ydx \pm x^v dx$, idem quoque intelligendum de æquationibus differentio-differentialibus, $aaddy = ydx^2 \pm x^v dx^2$; $a^3 dddy = ydx^3 \pm x^v dx^3$, aliisque altiorum graduum in infinitum, quibus singulis [sumptis dx æqualibus] in casu exponentis v integri & positivi, transcendentes pariter & algebraicæ curvæ satisfacere possunt. (c)

Unicum exemplum esto loco omnium: Sit curva data AC vel IC [ibidem *Fig.* 2, vel 3,] cujus applicata BC $= x^3 : aa - 3xx : a + bx : a$, hoc est, sit æquatio construenda $ady = ydx - x^3 dx : aa + 3xxdx : a - bxdx : a$. Dico, si in recta infinita BG, seu ex G puncto logarithmicæ, seu ex B puncto tantum axis, abscindatur sursum quantitas algebraica $x^3 : aa + bx : a + b$; fore, ut obtineatur utrovis modo punctum in optata

(*) Id unico exemplo ostendisse sufficiat. Proponatur æquatio $aaddy - ydx^2 + Ax^3dx^2 + Bx^2dx^2 + Cxdx^2 + Ddx^2 = 0$. Pone $y = Ax^3 + p$, aut $dy = 3Ax^2dx + dp$, ac $ddy = 6Axdx^2 + ddp$ & æquatio mutabitur in $aaddp - pdx^2 + Bx^2dx^2 + (C + 6aaA)xdx^2 + Ddx^2 = 0$. Fac $p = Bx^2 + q$, unde erit $ddp = 2Bdx^2 + ddq$, & æquatio abibit in $aaddq - qdx^2 + (C + 6aaA)xdx^2 + (D + 2aaB)dx^2 = 0$, quæ, posito $q = (C + 6aaA)x + r$, ac $ddq = ddr$, abit in hanc $aaddr - rdx^2 + (D + 2aaB)dx^2 = 0$, vel faciendo $(D + 2aaB) = E$, in $aaddr - rdx^2 + Edx^2 = 0$, quæ jam resolvenda venit. Manifestum autem est poni posse $ddr = 0$, atque erit constans $r = E = D + 2aaB$. Igitur æquatio $y = Ax^3 + Bx^2 + (C + 6aaA)x + (D + 2aaB)$, satisfacit. Sed ponatur r variabilis, & multiplicando per $2dr$ singulos terminos æq. $aaddr - rdx^2 + Edx^2 = 0$, ea fiet integrabilis, $2aadrddr - 2rdrdx^2 + 2Edrdx^2 = 0$. Ejus enim integralis [addita constante $ccdx^2$] est $aadr^2 - rrdx^2 + 2Erdx^2 + ccdx^2 = 0$, quæ dividendo ac radicem extrahendo induit hanc formam $dx = aadr : \sqrt{(rr - 2Er + cc)} =$, quæ rursus integrata, erit [addita constante e] $x + e = aa$ Log. $(r - E + \sqrt{(rr - 2Er + cc)})$, unde, scribendo Nx pro numero cujus Logarithmus est $x + f$, habetur $r = E + \frac{1}{2}Nx + (EE - cc) : 2Nx$. Est itaque $y = Ax^3 + Bx^2 + (C + 6aaA)x + E + \frac{1}{2}Nx + (EE - cc) : 2Nx$, quæ non differt ab æquatione algebraica, nisi in duobus terminis ultimis.

ex curva ED; quæ propterea priori casu transcendens fiet, posteriori algebraica, & ejusdem generis cum data AC vel IC.

Ex quibus omnibus, nescio an observatis hactenus, præclare confirmatur ejus veritas, quod ad Problemata Groningani Programmatis nuperrime * notavi, fieri scilicet posse, ut una eademque æquatio differentialis differentes numero graduque curvas designet. Hic enim exempla produxi infinitarum talium, quæ curvis etiam toto genere diversis quadrant.

* N°. LXXV, pag. 777.

N°. LXXVIII.

JACOBI BERNOULLI
DEMONSTRATIO SYNTHETICA PROBLEMATIS
De infinitis Cycloidibus, absque adminiculo infinite parvorum;
Item Constructio aliorum huic affinium a se propositorum mense Maio *Anni* 1697. *

CUm sub finem Anni 1696 solutione mea Problematis de curva celerrimi descensus, quam omnibus nunc constat esse Cycloidem, *Lipsiam* paranda occuparer; animum subiit aliud, huic quidem quoad materiam affine, sed quoad applica- *Act. Erud. Lips. 1698. Mai. p. 223.*

* N°. LXXV. p. 774.

Num. LXXVIII plicationem methodi *de Maximis & Minimis* plane diversum; quo videlicet porro quæritur, quænam ex infinitis Cycloidibus illa sit, per quam descendens grave ad datam quandam positione lineam citissime pertingat. Et quoniam ex consideratione similitudinis Cycloidum solutioni viam patere illico videbam, indeque animadvertebam modum operandi in omnibus aliis curvis similibus eundem existere, imo non ad descensum tantum celerrimum, sed ad plurimas alias curvarum functiones applicari posse; quemadmodum si quæratur ex infinitis curvis similibus illa, cujus inter commune principium & datam positione lineam interceptus vel arcus, vel area, vel nata conversione arcus superficies, aut spatii conversione solidum sit minimum &c. constitui Problema, non minus utile quam elegans, publice proponere, ut & alii ejus contemplationi vacare, mecumque in partem solutionis venire possent.

Ad imitationem itaque *Fratris*, qui in Programmate suo Problemati de curva celerrimi descensus, alia minus principaliora adjunxerat, primario meo de Figuris Isoperimetris Problemati ipsi vicissim proponendo, alterum hoc secundarium subjeci, sed duobus tantum verbis, & in casu duntaxat simplicissimo lineæ rectæ verticalis, nec nisi Cycloidis, Circuli, Parabolæque facta mentione, studioque etiam suppressa voce curvarum *similium*, tum quod persuasum haberem, qui in una quæsitum præstiterit, in omnibus pariter illud præstiturum esse, tum quoque ne fundamentum solutionis nimis aperte darem. Factum autem est, hoc non obstante, ut, præter *Fratrem*, Vir Illustrissimus Dnus. *Marchio* HOSPITALIUS adyta Problematis optime penetraret, solutionemque non tantum hujus, sed & aliorum hujus occasione a *Fratre* Mense Augusto 1697, *Diarii Gallici* * propositorum, nupero *Actorum* Januario exhiberet. Ego itaque, ne actum agam, nec tamen etiam nihil inventi mihi asseram, cum totum jure potuissem, illa tantum, quæ ab Illustrissimo Viro Fratreque meo intacta relicta sunt, delibare breviter; ac primo quidem Proble-

* Vide Num. sequentem.

Problematis a me in Cycloide propositi demonstrationem synthecicam citra adjumentum infinite parvorum, in gratiam eorum qui horum calculum vel ignorant vel improbant, exhibere animus est; quod faciam suppositis tantum vulgo notis *Lemmatibus*, Num. LXXVIII.

1°. Quod arcus circuli major ad sinum suum majorem habeat rationem, quam minor ad suum.

2°. Quod Tangens major sit arcu suo.

PROPOSITIO.

Si super eadem basi horizontaliter constituta AR *duæ consistant Cycloides* AFC, ABP, [Fig. 1] *quarum altera* AFC, *datum perpendiculum* ZB *ad angulos rectos secat in* C, *ac dimittantur super illis duo gravia ex communi principio* A, *illud quod per* AFC *descendit breviori tempore ad perpendiculum appellet.*

DEMONSTRATIO.

Sunto axes Cycloidum ZC, RP; semicirculi genitores ZLC, RTP, quorum ille radio GL in duos quadrantes sit divisus. Fiant AR, AZ, AH proportionales, ducanturque rectæ HF, FDS, CI, BE, illa perpendicularis, hæ parallelæ basi, nec non ZDI & huic parallela FM, ut ex figura liquet: erunt AR & AZ, AZ & AH, RP & ZC, RTE & ZLD partes Cycloidum similes, adeoque proportionales. Quare

1°. *Hypothesis.* Si $AR > AZ$. $LD : GS < LZ : GZ$ [*Lem.* 1], & permutando $LD : LZ < GS : GZ$, componendoque $DLZ : LZ < SZ : GZ$; sumptis consequentium duplis $DLZ : CLZ < SZ : CZ = SD : CI < SD : CD$ [*Lem.* 2]; inverse & permutatim $CLZ : CD > DLZ : SD$, & tandem per conversionem $CLZ : DLZ > DLZ : DLZ - SD$, hoc est, ex natura Cycloidum $AZ : AM < AM : AH$; unde $\sqrt{AZ} : \sqrt{AH}$ [$= \sqrt{RP} : \sqrt{CZ}$] $< AM$ [DLZ] $: AH = ETR : AZ =$ ETR:

Num. LXXVIII. ETR : CLZ. Ergo ETR : $\sqrt{RP}$ > CLZ : $\sqrt{CZ}$. Sunt autem hæ quantitates, ut tempora descensuum per AB & per AC, demonstrante HUGENIO in Tractatu *de Pendulis*, & nuper id quoque assumente Illustrissimo HOSPITALIO. Tempus igitur per AB majus est tempore per AC. *Q. e. d.*

2°. *Hypothesis.* Si AR < AZ. ZM = FD = CD > DS = HM; cum igitur hoc casu fiat AH > AZ, erit AM major media arithmetica, eoque fortius media geometrica inter AZ & AH; unde statim in ipsis terminis habetur AZ : AM < AM : AH, e quo cætera deducuntur ut prius.

Cæterum generaliter observabam, in omnibus ejusmodi quæstionibus, ubi ex infinitis curvis similibus aliqua invenienda est, quæ functionem quampiam optime præstet, quod duarum curvarum quarum intersectione quæsitum determinatur, altera semper possit esse *Linea*, quam voco, *Functionis*, adeoque nunc mechanica, nunc algebraica, dum altera perpetuo est algebraica: quod hujus vices ipsa semper recta præstare possit; quo casu altera, utut plerunque a *linea functionis* diversa, ab ejus tamen descriptione dependet: quod ambæ denique datæ cuidam e curvis similibus sic adaptari queant, ut earum ordinatæ vel inter se sint parallelæ, vel hujus fiant tangentes, aut perpendiculares, aut alio aliquo modo illi applicentur. (*) Exempla sunto:

I. *Ex*

(*) Longe alia est harumce quæstionum solvendarum ratio, quando propositæ curvæ, inter quas illa quæritur cujus functio quæpiam maxima vel minima est, sunt inter se similes; alia, quando dissimiles. Ratio discriminis patebit, si fingamus rectam positione *FB*, [Fig. A] ad quam terminari ponuntur curvæ propositæ *Kδ*, *KdD*, *KB*, &c. motu parallelo ferri ab *FB* in *ED*, *ed*. Facile enim concipiemus aliam esse curvam *KB* cujus functio maxima est vel minima, quando hæc recta in *FB* existit, aliam curvam *KD* vel *Kδ*, quando ista situm obtinet *ED*, vel *eδ*. Simul, intelligitur lineam *ADB*, quæ per omnia puncta maximæ minimæve functionis transit, rectam esse, quando curvæ *Kδ*, *KD*, *KB* similes sunt; curvam ubi dissimiles. In eo igitur casu unum id requiritur, ut inveniatur positio rectæ *ADB*, vel angulus *FAB*; in isto, curva *ADB* describenda est.

Primum casum unice attigit Noster;

I. Ex infinitis Circulis per A *transeuntibus & centra habentibus in horizontali* AB, *illum invenire, per quem descensus sit celerrimus ex puncto* A *ad datum perpendiculum.* [Fig. 2.] Num. LXXVIII.

Hhhhh 2 Con-

ster, si forte excipias specimen aliquod posterioris, quod N°. CIII, Art. 4 videatur. Generaliorem tentabimus solutionem, post breve aliquod in Auctoris inventa commentarium.

Sint itaque primum curvæ *KD*, *KB* [Fig. B] similes & circa datum punctum *A* similiter positæ, atque ad datam positione rectam *ED* terminatæ, inter quas illa seligenda sit *KD*, cujus functio quæpiam proposita sit *maximum minimumve*. Ex iis quælibet *KB* ad arbitrium sumatur, quæ principalis dicetur; & ducta intelligatur recta *ADB*, quæ per omnia puncta *δ*, *D*, *B*, maximæ vel minimæ functionis transit. Nunc, cum similes ponantur curvæ *KD*, *KB*, similes erunt functiones illarum, & erunt inter se functiones istæ *fKD*, *fKB*, ut potestates ejusdem dimensionis rectarum *AD*, *AB*: hoc est, si functio proposita sit linearis, seu primi gradus, erit $fKD : fKB = AD : AB$; si functio sit superficialis aut secundi gradus, erit $fKD : fKB = AD^2 : AB^2$; si solida vel gradus tertii, erit $fKD : fKB = AD^3 : AB^3$; si sit gradus *n*, erit $fKD : fKB = AD^n : AB^n$. Sumantur curvæ *KB* abscissæ *AF* [*x*] ab origine *A* in recta *AEF*, applicatæ *FB* [*y*] sint parallelæ rectæ positione datæ *ED*; dicaturque *AE*, *a*; & functio ipsius *KB*, seu *fKB*, *f*. Et si ea sit gradus *n*, erit $fKD : fKB\ [f] = AD^n : AB^n = AE^n\ [a^n] : AF^n\ [x^n]$. Igitur $fKD = a^n f : x^n$. Hæc autem maxima minimave ponitur. Hujus itaque differentiale $a^n\,(x^n df - n x^{n-1} f dx) : x^{2n}$ æquandum nihilo, unde est $x^n df = n x^{n-1} f dx$, vel, dividendo per x^{n-1}, $x df = n f dx$, aut $f = x df : n dx$. Invenietur itaque situs rectæ *AB*, quæ omnia puncta *δ*, *D*, *B* maximi minimive determinat, quærendo ubinam, in curva principali, functio proposita *f* sit $= x df : n dx$. Id vero possumus assequi mediantibus duabus curvis, altera *CHb*, quæ *linea functionis* dicitur, cujus ordinatæ *FH*, *fb* proportionales sint functionibus pertinentibus ad curvas *KB*, *KBb*; altera *LHl*, cujus ordinatæ *FH*, *fl* sint æquales fractionibus $x df : n dx$. Hæc igitur algebraica est; ponitur enim $df : dx$ quantitas algebraica. Sed potest etiam æquatio $x df = n f dx$, converti in hanc $\frac{1}{n} x = f dx : df$, ex qua patet, subtangentem *FT* [$f dx : df$] lineæ functionis, esse ad abscissam ejus *AF* [*x*] in puncto maximi, ut 1 ad *n*. Quæ proprietas maxime universalem suppeditat constructionem. Descripta nimirum curva *MN*, cujus ordinatæ *FN* sint æquales subtangentibus *FT* lineæ functionis *CH*, [a qua proinde curvæ *MN* descri-

Num. LXXVIII. CONSTRUCTIO. Datus sit semicirculus AQB divisus in duos quadrantes ANC, BNC, in cujus circumferentia sumpto indefinite puncto Q agantur rectæ QP, QB, quarum illa parallela est radio NC; hæc ipsum secat in T: & fiat Linea Functionis ASX, nempe talis, ut ejus ordinata PS tempus descensus per AQ repræsentet, hoc modo: Super diametro circuli AB erigatur quadrans curvæ Lemniscatæ ARB [vide *Acta Lipſ.* 1694, pag. 337, + & 1695, pag. 543. *] cujus nodus A, e quo subtendatur curvæ recta AR media proportionalis inter AB & 2PQ, ac sumatur PS = arcui AR pro sinistro, aut ARB + BR pro dextro circuli quadrante. Quo facto, fiat curva algebraica AVX, cujus applicata PV quarta sit proportionalis ad rectas AR, AB & 2NT; hæc priorem intersecabit in puncto aliquo X; unde demissa in AB perpendiculari XM erit, ut AM ad AB, sic distantia perpendiculi a puncto unde grave dimittitur, ad diametrum circuli quæsiti. (b)

II. *Positis*

descriptio pendet], ducta insuper recta *AN* quæ cum *AF* angulum comprehendat *FAN* talem ut sit *AF* ad *FN*, ut *n* ad 1, ea occurret curvæ *MN* in puncto *N*, per quod acta *NFB* positione datæ *DE* parallela, determinabit punctum *B*, rectamque *AB*. Id quod synthetice demonstrare facillimum esset.

Sed elegantior plerumque nascitur Problematis constructio, si functiones curvæ principalis, non ipsius applicatis, sed ipsius tangentibus applicentur; quemadmodum ostendemus infra [Not. d]. Ordo enim postulat, ut solutionem jam expositam binis exemplis, quæ Noster adducit, illustremus.

* N°. LX. pag. 609, 610; & N°. LXVI. pag. 649, 650.

(b) In isto exemplo, curvæ sunt circuli, quorum principalis AQB, qui, posito AN = 1, definitur æquatione $yy = 2x - xx$. Functiones sunt tempora descensus per arcus AQ, quæ tempora analytice exprimuntur per $\int(ds:\sqrt{y})$. Hujus functionis gradus n est $\frac{1}{2}$. Nam ipsius ds dimensio est 1, ipsius $\sqrt{y}$ dimensio $\frac{1}{2}$. Ergo ipsius $ds:\sqrt{y}$ dimensio $1 - \frac{1}{2} = \frac{1}{2}$. Igitur, in hoc casu speciali, æquatio generalis $f = x\,df : n\,dx$ reducitur ad $\int(ds:\sqrt{y}) = 2x\,ds : dx\sqrt{y}$; cujus utrumque membrum sic construit Noster. Quia $yy = 2x - xx$, erit $ds = dy : \sqrt{(1 - yy)}$ & PS $= \int(ds:\sqrt{y}) = \int(dy : \sqrt{(y - y^3)})$. Sed [N°. LXIV. Nota f. pag. 649] $\frac{1}{2}a\int(adz : \sqrt{(aaz - z^3)})$ exprimit arcum Lem-

II. *Positis, quæ prius, invenire Circulum, cujus inter punctum A & datum perpendiculum interceptus arcus sit minimus.* [Fig. 2]. Num. LXXVIII.

CONSTRUCTIO. Fiat linea functionis, nempe Linea Sinuum ASX, sumpta ubique PS = arcui AQ: tum describatur curva algebraica AVX, facta PV = NT, & ex puncto intersectionis X demittatur perpendicularis XM, eritque ut supra, AM ad AB, sicut distantia perpendiculi a puncto A ad diametrum circuli quæsiti. (c).

Nota tamen, Problema simplicius quodammodo construi intersectione solius lineæ rectæ, & lineæ functionis, si hujus ordinatæ in tangentes datæ curvæ projiciantur. (d) Vide generalem con-

Lemniscatæ, cujus semiaxis = a, & cui subtenditur ex nodo recta = $\sqrt{az}$. Pone $a = 2 =$ AB & $z = 2y = 2$PQ, eritque arcus lemniscatæ, cujus semiaxis AB, & cui ex nodo subtenditur AR = $\sqrt{4y}$, media proport. inter 2, & $2y$, arcus, inquam, erit $\frac{1}{2}\sqrt{2}\int(4dy : \sqrt{(8y - 8y^3)}) = \int(dy : \sqrt{(y - y^3)}) =$ PS, plane ut vult Noster. Nec minus liquet esse PV $= 2xds : dx\sqrt{y} = 2x : y\sqrt{y}$, [cum sit $ds : dx = 1 : y$]. Nam NT : BN [1] = PQ : BP = AP [x] : PQ [y], ob sim. Tr. BPQ, QPA. Ergo NT $= x : y$, & cum sit AR [$\sqrt{4y}$] : AB [2] = 2NT [$2x : y$] : PV, erit PV $= 4x : y\sqrt{4y} = 2x : y\sqrt{y}$. In curvarum ASX, AVX concursu X est igitur $\int(ds : \sqrt{y}) = 2x : y\sqrt{y} = 2xds : dx\sqrt{y}$. Ergo XM determinat abscissam AM curvæ principalis, cui respondet arcus per quem celerrimus fit descensus.

(c) Hic curvæ propositæ sunt rursus circuli, sed functiones sunt ipsi arcus s, atque ideo sunt lineares & est $n = 1$. Æquatio igitur fundamentalis $f = xdf : ndx$, abit in $s = nds : dx$. Itaque linea functionis habet ordinatas PS æquales arcubus AQ. Altera AVX, ordinatas PV habere debet $= xds : dx = x : y$. = NT [Vide Not. præced.]

(d) Ratio projiciendi functionem in tangentes curvæ principalis hæc est. Sit *BG* [Fig. B] tangens, terminata in *G* ad rectam *AGg* ipsi *ED* positione datæ parallelam, eritque $BG = xds : dx$. Nam sim. Tr. BGg, $Bb\zeta$, dant $E\zeta$, vel Ef [dx] : Bb [ds] = Bg vel AF [x] : BG. Ergo cum sit $f = xdf : ndx = \frac{df}{nds} \times \frac{xds}{dx} = \frac{df}{nds} \times BG$, erit $BG = nfds : df$. Abscindantur itaque ex singulis tangentibus *BG* curvæ principalis *KB* partes $BG = nfds : df$, & curva *KOG* quæ per omnia puncta *G* transit, ejus erit naturæ, ut rectam *AGg* ipsi *ED* positione datæ parallelam secet in quodam puncto *G*,

Num. LXXVIII. constructionem infra in solutione sex Problematum Fraternorum. N°. LXXX.

III. *Ex infinitis Curvis similibus, & circa punctum* A *axemque communem* AC *similiter constitutis, quarum una data sit* AB, *invenire aliam* AD *occurrentem recta positione data* DE *in* D, *e qua demissa in axem perpendiculari* DM, *vel comprehensum spatium* ADM, *vel nata conversione curva circa axem superficies, vel natum conversione spatii solidum, fit maximum minimumve* (e). [Fig. 5].

Constructio. Sumto indefinite in curva data AB puncto B, ducatur tangens BG, axi perpendicularis BC, & hinc tangenti perpendicularis CL; quo facto functio primæ quæstionis, hoc est, spatium ABC dividatur per ½CL; functio secundæ sive superficies sphæroidis geniti conversione curvæ AB, per semicircumferentiam radii BC; functio tertiæ seu solidum spatii ABC rotatione effectum, per rectangulum sub dicta semicircumferentia & triente CL: quotienti semper abscindatur ex tangente æqualis BG, erit G ad curvam quandam AGH, quam secet recta AG datæ rectæ DE parallela in G. Ex G ducatur GB, tangens datam curvam, sit punctum contactus B; tum juncta AB, quæ datam DE secet in D, fiat curva AD similis ipsi AB. Hæc erit optata. (f).

G, unde ducta *GB* tangens curvam *KB* determinabit punctum *B*, rectamque desideratam *AB*. Sit ex. gr. *fKB* ipse arcus *KB* = *s*, unde fit *n* = 1 & *df* = *ds*, capienda est *BG* [*nfds* : *df*] = 1*sds* : *ds* = *s*. Igitur *KOG* est curva quæ ipsius *KB* evolutione describitur. Vide Num. LXXX. Probl. 6.

(e) Facile constat esse CL = *ydx* : *ds*, & cum notum sit esse spatium ADM = $\int ydx$, superficiem vero natam conversione curvæ circa axem, posita *cy* circumferentia radii *y* [BC], esse $\int cyds$, quæ duæ functiones sunt secundi gradus; denique solidum rotatione spatii ADM genitum esse $\int \frac{1}{2} cyydx$, quæ functio est tertii gradus: sequitur BG [$nfds : df = f : \frac{1}{n}(df : ds)$] capiendam esse in primo casu $= f : \frac{1}{2}(ydx : ds) = f : \frac{1}{2}$CL, in secundo $f : (\frac{1}{2}cyds : ds) = f : \frac{1}{2}cy$; in tertio $f : \frac{1}{3}(\frac{1}{2}cyydx : dx) = f : \frac{1}{2}cy \times \frac{1}{3}$CL, ut habet Auctor noster.

(f) Sint curvæ *KD*, *KB* [Fig. A] dissimiles, adeoque *ADB* non jam

jam amplius recta, sed curva. Haec vero describenda est.

1. Detur primum natura Curvarum KD, KB, & functio fKD [f]; utraque algebraice expressa per constantes quascunque, & variabiles x, y, a, quae ultima parametrum designet in unaquaque curva KD constantem, sed de curva in curvam variabilem, adeout haec pro curva $K\Delta$ sit a, pro KD, $a + da$. Differentientur tam f quam aequatio curvae, sintque haec $Adx + Bdy + Cda = 0$, illa $df = Ddx + Edy + Fda$. Quod si x constans ponatur, habebimus $Bdy + Cda = 0$, vel dy, quae hic repraesentat $\Delta D = - Cda : B$; nec non df [$fKD - fK\Delta$] $= Edy + Fda = Fda - CEda : B$, quod cum sit $= 0$ in casu maximi, erit, dividendo per da, $F = CE : B$, vel $BF = CE$, unde, eliminando a, ope aequationis ad curvas KD, habebitur aequatio ad curvam ADB; in qua si fiat insuper $x = AF$ [c], invenietur $y = FB$, unde dabitur punctum quaesitum B.

2°. At si f detur transcendenter, per constantes & per variabiles x, a; si sit v. g. $f = \int Adx$, ubi A componitur ex a, x, & constantibus, tunc functio maxima vel minima est, cujus differentia [$fKD - fK\Delta$], posita x constante, aequalis est nihilo. Sed ille tota erraret via, qui putaret differentiam hanc sumi posse, faciendo $df = Adx$, & inde concludent $A = 0$. Etenim Adx non est $fKD - fK\Delta$, sed $fKD - fKd$. Hic igitur adhibenda methodus differentiandi de curva in curvam magnis viris G. G. LEIBNITIO & Joh. BERNOULLIO usitatam, nec Nostro prorsus incognitam, ut ex N° CIII Art. V, constare potest. Hujus fundamentum est, quod differentia duarum quantitatum aequalis sit summae differentiarum partium. Sic $fKD - fK\Delta$ composita intelligitur ex omnibus differentiis partium, qualis est $fDd - f\Delta\delta$. Habetur autem $fDd - f\Delta\delta$, si elementum functionis, quod est Adx, differentietur, manentibus x, & dx, sed fluente a. Sit differentiale hoc $Bdadx$. Illud nunc integrandum est, manente a & da, sed fluente x, ut habeatur differentiarum illarum summa a K ad D. Erit igitur $\int(fDd - f\Delta\delta) = da\int Bdx$, quae debet esse $= 0$. Igitur $\int Bdx = 0$. Ergo, pro qualibet curva KD, fiat alia AIE talis ut ordinata ejus sit semper $= \int Bdx$, & ubi haec curva attingit rectam AF, velut in E, agatur ED applicatis parallela, quae curvam KD secabit in puncto D pertinente ad curvam quaesitam ADB. Num. LXXVIII.

3°. Detur f per constantes, & per variabiles a, x, & y, differentieturque f, posita x manente & fiat $df = 0$. Si sit f quantitas algebraica, hujus differentiale habebit hanc formam $Bda + C\delta y$ [δy designat differentiale ΔD ipsius y, transeundo de curva in curvam]. Si sit $f = \int Adx$ transcendens, differentietur de curva in curvam, & erit $df = \int(Bdadx + C\delta ydx)$. Est igitur vel $Bda + C\delta y$, vel $\int(Bdadx + C\delta ydx) = 0$. Inde vero nihil lucramur, nisi sciamus quid sit δy. Id vero innotescit aequationem curvae.

Num. LXXVIII. væ KD differentiando de curva in curvam. Sit illa transcendens $dy = pdx$ [nam si algebraica poneretur, ope illius eliminando y, pdx componeretur ex meris a, x, & constantibus, resque reduceretur saltim ad casum præced.], & ponamus primum p componi ex a, x, & constantibus. Differentietur pdx, x manente; sitque diff. $qdadx$, quæ integretur, manente a, fluente x, habebiturque ΔD [δy] $= da\int qdx$. Supra autem habebamus vel $Bda + C\delta y = 0$, vel $\int(Bdadx + C\delta y dx) = 0$. Erit itaque vel $Bda + Cda\int qdx = 0$, vel $\int(Bdadx + Cdadx\int qdx) = 0$, aut dividendo per da, $B + C\int qdx = 0$, vel $\int Bdx + \int(Cdx\int qdx) = 0$. Fiat itaque pro qualibet curva KD alia AIE cujus ordinata sit vel $B + C\int qdx$, vel $\int Bdx + \int(Cdx\int qdx)$, & ubi hæc rectam AF secat in E, agatur ED, quæ in curva KD designabit punctum D pertinens ad curvam quæsitam ADB. Denique, ponamus in æquatione $dy = pdx$, p dari per constantes & per variabiles a, x, y. Differentietur pdx, x manente; sitque differ. $qdadx + r\delta ydx$. Igitur $\delta\delta y = qdadx + r\delta ydx$; quæ æquatio integranda est, manentibus a & da, fluentibus vero x, dx & y, dy. Id fieri potest, ponendo $\delta y = mdn$, atque $\delta\delta y = [mddn + dmdn] = qdadx + r\delta ydx = [qdadx + rmdndx.]$ Pone $mddn = qdadx$; atque $dmdn = rmdndx$, vel $dm : m = rdx$ & erit Log. $m = \int rdx$, vel m numerus cujus logarithmus est $\int rdx$. quæ quantitas datis a, x, & y, data est. Igitur ob $ddn = qdadx : m$, erit $dn = da\int(qdx : m)$. Est igitur $\delta y = mdn = mda\int(qdx : m)$ data per a, x, y & da. Supra autem inveneramus vel $Bda + C\delta y = 0$, vel $\int(Bdadx + C\delta ydx) = 0$. Erit itaque vel $Bda + Cmda\int(qdx : m) = 0$ vel $\int(Bdadx + Cmdxda\int(qdx : m)) = 0$, aut dividendo per da, vel $B + Cm\int(qdx : m) = 0$, vel $\int(Bdx + Cmdx\int(qdx : m)) = 0$. Fiat ergo pro qualibet curva KD alia AIE, cujus applicata sit vel $B + Cm\int(qdx : m)$ vel $\int(Bdx + Cmdx\int(qdx : m)) = 0$, prout $\int$ datur vel algebraice, vel transcendenter, & ex E puncto in quo illa secat rectam AF, agatur ED applicatis parallela, ea curvam KD attinget in puncto D, quod est ad curvam desideratam ADB.

Et ista quidem, paulo forsan abstractiora mererentur quæ exemplis illustrarentur. Sed deterrent tædia calculi & istius notæ nimia longitudo.

N°. LXXIX.

N°. LXXIX.

PROBLEMES A RESOUDRE.

VOICI quelques Problèmes *De Maximis & Minimis*, que Monsieur BERNOULLI, Professeur à Groningue, propose aux Géométres, qui croyent avoir des méthodes pour toutes les questions de cette nature. *Journal des Savans 1697. 33e. Journal, du 26 Aoust. p. 394. Ed. de Paris, p. 636, Ed. de Holl.*

I. Deux points étant donnés sur une superficie convexe, on demande une maniére d'y décrire géométriquement, d'un de ces points à l'autre, la ligne la plus courte; supposé que cette surface soit géométrique, telles que celles de la Sphère, du Cone, du Cylindre, dans lesquelles le Problème est fort facile, de quelque maniére que les points soient situés; mais dans les Conoïdes, & dans les Sphéroïdes, il devient très difficile. C'est pourquoi l'on propose, pour exemple, la superficie du Conoïde parabolique, dans laquelle il faille tirer la ligne la plus courte, qui joint deux points situés, non pas dans le même Méridien, [ce qui seroit encore facile, puisque la ligne recherchée seroit la portion du même Méridien comprise entre ces deux points;] mais situés dans des Méridiens différens. J'appelle ici *Méridien* toute parabole tirée du sommet du Conoïde jusqu'à sa base.

II. Toutes les ellipses possibles, ACB, ACB, ACB, &c. [*Fig.* 1] étant décrites sur l'axe AB donné de grandeur, & en ayant retranché des segmens égaux CDB, CDB, CDB, &c. on demande lequel de ces segmens a le point C le plus proche du point B; c'est-à-dire, qu'il faut déterminer l'ellipse ACB, dans laquelle la droite CB soit la plus courte.

III. Les mêmes choses supposées, on demande la nature & les touchantes de la courbe CCC.

IV. Sur l'axe BA [*Fig.* 2] donné de position étant décrites toutes les courbes d'une même espèce, par exemple, toutes les paraboles BC, BC, BC, &c. Et en ayant coupé des arcs égaux BC, BC, BC, &c. on

Num. LXXIX. on demande le point C le plus proche du point B; c'est-à-dire, qu'il faut déterminer lequel de ces arcs a la plus courte soutendente BC.

V. Les mêmes choses supposées, on demande la nature & les touchantes de la courbe CCC.

VI. Une ligne droite DD étant donnée de position, laquelle rencontre les courbes BC aux points D; on demande le plus petit de tous les arcs BD.



No. LXXX.

JACOBI BERNOULLI *SOLUTIO* SEX PROBLEMATUM FRATERNORUM,

In Ephem. Gallic. 26 Aug. 1697, *propositorum*.

PROBLEMA I.

Acta Erud. Lips. 1698. Mai. p. 227. *IN superficie dati Conoidis, vel Sphæroidis, exempli gratia Parabolici, inter duo data puncta geometrice describere lineam omnium in illa superficie sic ductarum brevissimam* [Fig. 1].

SOLUTIO. Notanda primum ambiguitas in voce *geometrice*; quæ procul dubio in causa fuit, cur Illustrissimus Dnus. *Marchio* HOSPITALIUS in solutionibus suis mense Januar. *Actorum* exhibi

hibitis hoc Problema prorsus neglexeri
structio, poscatur, qua indefinite omni
tur per meras quantitates ordinarias,
Problema in ipso Cono Cylindroq
imo impossibile, atque in cæteris Co
Sin vero & illa constructio *geometrica*
quantitates quoque transcendentes seu
so Celeberrimo Dno. LEIBNITIO
jure *geometricarum* quantitatum nomi
Problema in omnibus pariter Conoidi
ac in Cono Cylindrove, est facillimu

Esto enim curva quæcunque ABC,
concedatur, sitque basis ejus CD =
traria basi parallela BG = *c*, alia inde
gens per *x* data = *t*; rotetur autem
AD, & gignat Conoides ABCFDA,
nus ABC, æquator CF, eique paralle
Tum sumpto æquatoris arcu CF = ∫(
transeat per F meridianus AHF, secal
puncto aliquo H curvæ cujusdam BH,
portio omnium aliarum in eadem sup
punctis interceptarum curvarum sit bre
longitudo curvæ BH = ∫(*t dx* : √(*xx*


Iiii


(*a*) Auctoris analysin vide N°. CIII, Art. 6. Notemus tamen, per transennam, solutionem Problematis generaliorem, pro qualibet data superficie curva, deduci posse ex methodo generali investigandi curvas, quæ maximum minimumve constituunt, proposita N°. LXXVI, Nota a, pag. 780. Sed prius dicendum est superficierum curvarum naturam exprimi posse æquationibus tres indeterminatas involventibus,


quem
quatio
indete
Nam
mutuo
ctos i
trium
dum e
ficiei
ctæ d
illæ
quasq

XXXIV. pag. 196.

N°. 78.







Num. LXXX.

Applicatio constructionis ad Conum. [Fig. 2 & 3.]

Sit Conus ACFD facta conversione Trianguli rectanguli ACD circa cathetum AD; ponatur hoc Triangulum seorsim super recta

& C parallelæ, & illæ [y] quæ ad planum B, sint planis A & C parallelæ; illæ verò [z] quæ ad planum C, sint parallelæ planis A & B, patet omnino determinari punctum quodcunque superficiei propositæ, determinatis tribus rectis x, y, z, ad illud pertinentibus: exprimi, igitur, superficiei naturam per æquationem tres indeterminatas x, y, z involventem. Et, si descripta intelligatur in ea superficie linea quæpiam, rectæ z ex singulis ejus punctum in planum C demissæ, ibi delineabunt lineam, quam *projectionis* vocant, cujusque natura, per æquationem ex x, y, & constantibus compositam exprimitur. Ibi enim omnes z evanescunt. De hujusmodi lineis in superficie curva depictis eximium scripsit Tractatum Vir Cl. *Alexis* CLAIRAUT. Parif. 1731. *Recherche sur les Courbes à doubles courbures.*

Itaque ubi proponitur ducenda linea brevissima quæ in data superficie curva describi possit, proprie quæritur qualem illa efficiat projectionis lineam. Facile autem intelligitur, hujus lineæ in superficie curva descriptæ elementum esse $\sqrt{(dx^2 + dy^2 + dz^2)}$, positis scil. angulis planorum A, B, C, rectis. Est enim elementum illud hypothenusa trianguli rectanguli, cujus latus unum dz, aliud elementum lineæ projectionis, quod est $\sqrt{(dx^2 + dy^2)}$. Igitur A, seu functio quæ minima esse debet, est $\sqrt{(dx^2 + dy^2 + dz^2)}$, & differentiando, ratione in N°. LXXV indicata, hoc est, manentibus x, y, & dx, sed fluentibus dy & dz, erit $dA = (dyddy + dzddz) : \sqrt{(dx^2 + dy^2 + dz^2)} = (dyddy + dzddz) : A$. Quid vero sit ddz sic investigo. Differentietur æquatio ad superficiem, manente x, & fiat $dz = pdy$, ubi p datur per x, y, & constantes, ac rursus differentiando, manentibus x & y fiet $ddz = pddy$: quo substituto fit $dA = (dyddy + pdzddy) : A = (dy + pdz)\, ddy : A$. Differentietur nunc $\alpha = \sqrt{(d\xi^2 + dv^2 + d\zeta^2)}$ manente $d\xi$, sed crescente dv per augmentum $ddv = ddy$, & $d\zeta$ per incrementum $dd\zeta = ddz = pddy$, eritque $d\alpha = (dvddv + d\zeta dd\zeta) : \sqrt{(d\xi^2 + dv^2 + d\zeta^2)} = (dvddy + pd\zeta ddy) : \alpha = (dv + pd\zeta)\, ddy : \alpha$. Igitur cum sit, ex natura minimi, $dA = d\alpha$, erit dividendo per ddy, $(dy + pdz) : A = (dv + pd\zeta) : \alpha$ vel $dy : A - dv : \alpha + p\,(dz : A - d\zeta : \alpha) = 0$, hoc est $d\left(\frac{dy}{A}\right) + p\,d\left(\frac{dz}{A}\right) = 0$;

vel $d\left(\frac{dy}{\sqrt{(dx^2 + dy^2 + dz^2)}}\right) + pd\left(\frac{dz}{\sqrt{(dx^2 + dy^2 + dz^2)}}\right) = 0$,

quæ

cta infinita GD; centroque C radio CA describatur quadrans circuli KIG, & radio minori CD circulus PRQ; tum sumto in latere coni puncto utcunque B, transferatur AB in CS, & ducatur SL parallela ipsi SK secans rectam KL ipsi CD parallelam in L, ac denique per punctum L intra asymptotos CD, CK trajiciatur Hyperbola LO: quo facto, per punctum quodvis O in Hyperbola acceptum duæ ducantur rectæ asymptotis parallelæ OI, OT, quarum illa quadrantem KIG secet in I, hæc latus coni AC in T; arcuique quadrantis KI ex circumferentia minoris circuli PRQ, id est, basis coni CF, resecetur hinc inde æqualis arcus PR seu CF, qui nonnunquam totam circumferentiam excedit; ac tandem in latere coni per F transeunte sumatur $AH = CT$; eritque H punctum optatæ curvæ $BH = \sqrt{(CT^2 - CS^2)}$; adeoque nequit esse [quod quis suspicari posset] aliqua sectionum conicarum, cum harum nulla rectificationem admittat: tota vero curva conum serpentis in modum ambit, duoque coni latera a supremo curvæ puncto B, utrinque æquidistantia sibi asymptota habet; subinde & unum tantum, cum curva coni superficiem aliquoties exacte circumit: circumit autem semel, ubi latus coni AC radii basis DC duplum est; bis ubi quadruplum, ter ubi sextuplum &c. Effici præterea potest facile, ut curva per duo quævis data puncta transeat, prout supremum ejus punctum B in alio aliove latere coni, propiusque vel remotius ab ejus vertice assumitur. ([b]). Num. LXXX.

Iiiii 3 SCHO-

quæ æquatio, si constans ponatur $\sqrt{(dx^2 + dy^2 + dz^2)}$, reducitur ad $ddy + pddz = 0$. Vide ejusdem Celeb. CLAIRAUT Differt. in *Actis Acad. Reg. Scient. Parif.* ad annum 1733, pag. 186, Ed. Par. p. 258, Ed. Amst. Hæc autem æquatio, licet simplicissima, cum sit differentialis secundi gradus, non poterit ad primum revocari, nisi in specialibus quibusdam casibus; de quibus videsis Cel. EULERI Schediasma, in *Comm. Acad. Petrop.* Tom. III, pag. 110: præsertim vero Cel. *Joh.* BERNOULLI Dissertationem de eodem argumento, quæ mox, cum omnibus ejus Operibus, lucem visura est.

([b]) Videatur Num. CIII, Art. 7 & 8. Sed cum ibidem Noster hoc utatur principio, superficiem conicam posse in planum extendi, cumque

Num. LXXX. SCHOLION. Quia constructio hæc requirit, ut ex circulis utcunque inæqualibus KG, PQ æquales abscindantur arcus KI, PR, quod supponit anguli sectionem in data ratione; hæc vero generique res sit in Cono recto facillima; miror ipsum in hujus superficie per ambages & Hyperbolam præstitisse, quod nullo negotio peragitur, posito hoc Lemmate.

In circulis inæqualibus æquales arcus assignare. Sint dati duo circuli *ABD*, *abd* [Fig. A] inæquales: & in illo datus arcus *AB*, cui æqualis capiendus est *ad* in isto. Fac angulum *aCd*, qui sit ad datum *ACB*, ut radius *CA* ad radium *Ca*. Dico factum. Nam, ob similes sectores *ACB*, *aCb* est $ab : AB = Ca : CA$ = [per constr.] $ACB : aCd$ = [VI. 33.] $ab : ad$. Quare $AB = ad$.

Patet itaque solutionem pendere a sectione anguli in data ratione, atque ideo Problema esse transcendens, ubi radii *CA*, *Ca* sunt incommensurabiles; geometricum, ubi sunt commensurabiles; geometricum, stylo Veterum, hoc est planum; si radius *CA* sit vel multiplus quivis radii *Ca*, vel ejus submultiplus denominatus a quolibet termino hujus progressionis duplæ 2, 4, 8, 16, &c.

Quibus positis, si detur conus rectus *AVL* [Fig. B], cujus basis *ABL*, & in eo signentur duo puncta *E*, *F*, per quæ ducenda sit linea brevissima *EGF* in coni superficie: centro *v*, radio $va = VA$ lateri coni, describatur circulus *ala*, in cujus peripheria sumatur arcus *ala* æqualis peripheriæ baseos coni *ABLMA*, & erit, ut notum est, sector *ablava* = superf. conicæ *AVL*, atque ipsi circumplicatus eam teget. Agantur itaque latera duo *VA*, *VD* per data puncta *E*, *F*, & capiatur arcus ad = arcui *AD*, nec non $ve = VE$ & $vf = VF$, ducaturque recta *ef*. Hæc, quoniam est in plano brevissima, in circumplicato sectore, hoc est, in coni superficie erit quoque curva brevissima. Id ergo unice requiritur, ut absque circumplicatione, quæ mechanica esset solutio, rectæ *ef* circumplicatæ puncta in coni superf. designentur. Proponatur punctum *g*. Age radium *vgb*, arcui *ab* cape æqualem *AB*, & in latere *VB* sume partem $VG = vg$, habebisque punctum *G* curvæ desideratæ *EGF*.

Pone punctum *G* esse vertici *V* proximum, hoc est, pone *g* esse centro *v* proximum, in quod nempe cadit perpend. *vg* ex centro; patet esse $ge = \sqrt{(ve^2 - vg^2)}$, atque etiam erit $EG = \sqrt{(VE^2 - VG^2)}$.

Quod si lineam, ultra puncta *E*, *F* producere velis, prolonganda modo est *ef* recta in *fh*, & simili modo ad coni superficiem referenda in *FH*. Pars vero *EI*, ultra punctum *E*, respondebit rectæ *ei*, quæ determinatur, capiendo $ve = ve$, & faciendo ang. $dei = vef$. Nam circumplicatione sectoris *aldva*, cadit va

generaliter non nisi per quantitates transcendentes absolvitur; constat, quod dixi, curvam *geometrice*, id est, algebraice non esse descriptibilem. In superficie cylindrica puncta curvæ reperiri possunt continua arcus bisectione (c), sed inventio omnium indefinite punctorum pariter sectionem arcus in data ratione vel ejus rectificationem supponit. Num. LXXX.

Atque hæc de primo Problemate dicta sufficiant: cætera supra laudatus Vir Illustrissimus D. *Marchio* HOSPITALIUS nupero Januario plene & eleganter soluta dedit. Sed quia observo, paulo generaliora a Fratre proponi potuisse (d), ea sequentem in modum formo ac solvo.

PRO-

va super *vi*, & *e* super *i*, atque *li* prolongatio est ipsius *fe*.

Ducti itaque radii *vl*, *vm* paralleli rectis *eh*, *li*, respondebunt lateribus coni *VL*, *VM*, quæ sunt curvæ *IGH* asymptota. Parallelæ enim *vl*, *eh*; *vm*, *ei* non concurrunt. Ergo nec in superficie coni concurrent, *VL*, *EFH*; *VM*, *EI*.

Verum, notandum est, ut omnis vitetur æquivocatio, licet curvæ *IGH* pars *EGF* inter *E*, *F* puncta sit brevissima; non tamen semper sequi ipsam *IGH* esse inter *I*, *H* puncta brevissimam. Fieri enim potest, ut ab altera parte verticis coni alia ducatur *INH* brevior, scil. si in sectore *aldva*, recta *inh* puncta *i*, *h* conjungens, brevior sit summa rectarum *ie* + *eh*.

Quod si desideratur linea *Iγφ H* quam linea *IGH* in basin projecta describit, ea facile construitur. Nam demissa *Gγ* in basi signat punctum *γ*, dividens radium *CB*, ita ut sit $CB : C\gamma = VB : VG = vb : vg$. Sumatur itaque in circulo baseos, arcus $AB = ab$, & capiatur *Cγ* ad *CB*, ut *vg* ad *vb*, eritque punctum *γ* in desiderata *Iγφ H*.

(c) Et idem quoque præstare licet simplici arcus bisectione, quotiescunque latus coni radii baseos erit multiplus, aut etiam subduplus, subquadruplus, suboctuplus, &c. [Vide Not. præc.]

(d) Generaliter Problema proponi sic potuisset; *Propositis infinitis curvis* BC, BL, *ordinatim positione datis, aliam reperire* CL *quæ a singulis auferat arcus* BC, BL, *quorum functiones quæpiam sint æquales.* Id vero ex principiis N°. LXXVIII, Nota f, p.793, 794, positis sic solvi potest. Si BD vocetur *x*, DM, *dx*, DG, *y*, GK, *dy*, GC, *δy*, KC, *dy*; & æquatio curvarum BC, BL, sit $dy = pdx$, ubi *p* datur per constantes & variabiles *x*, *y*, & *a* parametrum in unaquaque curva eandem, sed de curva in curvam variabilem; sitque ipsius

Num. LXXX.

PROBL. II & III.

Axi ET *insistant infinitæ curvæ* BL, BF *genere eadem, hoc est, quarum ordinatæ* ML, MF *constanter sint proportionales; sitque alia curva* CL *ex prioribus spatia auferens* BLM, BCD, *tum inter se, tum dato spatio æqualia. Quæritur, quæ sit natura curvæ* CL, *quæ ratio ducendi ejus tangentes, & quodnam in illa punctum alteri ubivis dato puncto proximum?* [Fig. 4].

Solutio. Esto data ex infinitis una BL, datumque in curva CL ubivis punctum C, e quo demissa in axem applicata CD, quæ secet

ipsius pdx, manente x, differentia $= qdadx + r\delta ydx$; ostensum est fore $\delta y = mdaf(qdx:m)$ ubi m designat numerum cujus $frdx$ est Logarithmus. Ponamus brevitatis causa $n = mf(qdx:m)$, aut $\delta y = nda$. Et cum sit ex hypoth. fBC $= f$BL, erit fBL $- f$BG $= f$BC $- f$BG. Sed, posita fBL $= fAdx$, erit fBL $- f$BG $= Adx$; & fBC $- f$BG $= f(Bdadx + C\delta ydx)$, [existente nimirum $Bda + C\delta y$ differentia ipsius A, quæ prodit manente x] $= da f(Bdx + Cndx)$, substituendo nimirum nda pro δy. Habemus itaque $Adx = da(fBdx + fCndx)$, vel $da = Adx : f(Bdx + Cndx)$; atque GC $= \delta y = nda = nAdx : f(Bdx + Cndx)$. Igitur KC $= dy = \delta y - dy = nAdx : f(Bdx + Cndx) - pdx$. Nec non

$$DT = ydx : dy = y : \left(\frac{nA}{f(Bdx + Cndx)} - p\right)$$

Habemus igitur rationem ducendi tangentes curvæ CL, aut, quod idem est, habemus curvæ æquationem differentialem $dy = nAdx : f(Bdx + Cndx) - pdx$. Ubi notare possumus in hoc Problemate illud contineri, quod propositum fuit & solutum N°. LXXVIII, Nota f. Nam ubi curva CL applicatam tangit, ibi eam secat curva BC cujus functio maxima est, vel minima. Fiat igitur dy infinita, & habebitur $f(Bdx + Cndx)$ vel $f(Bdx + Cmdxf(qdx:m))$ $= 0$, ut ibi.

Sed hujusmodi solutiones generales fatendum est esse nimis abstractas, nec facile in usum convertendas. Quare utilius est ad speciales casus descendere, inter quos eminent casus curvarum ejusdem generis, quæ nempe habent ordinatas constanter proportionales, & casus curvarum similium. In illis, si functiones sint areæ, in his areæ vel arcus curvarum, qui sunt casus hic propositi, res tam facile succedit, ut ne calculo quidem opus sit, sed brevissima sufficiat synthesis.

secet datam curvam in G, ducatur tangens GE: super DE constituatur Rectang. EH æquale spatio dato BCD; fiatque CH : HD = DE : DT; juncta CT curvam CL tanget in C ([e]). Num. LXXX.

Nota ratione ducendi tangentes, natura curvæ latere nequit: estque semper, quod hic specialiter annoto, reducibilis ad casum Problematis *Beauniani* generalius concepti ([f]) mense Decembri 1695 *, adeoque construibilis per Logarithmicam, vide, Mense Julio, 1696 †. Punctum curvæ CL proximum ipsi B quodnam sit, generaliter ostendit Vir perillustris, potestque nullo negotio ad aliud quodvis datum punctum accommodari ([g]).

PRO-

([e]) Agatur EN ipsi CD parallela, quam secent in N & O, rectæ per L & G ductæ ipsi DE parallelæ. Et cum ponatur constans ratio ordinatarum DC, DG erit spat. BCD, vel ipsi æquale BLM, ad BGD, ut DC ad DG, ac convertendo BLM: LMDG = DC : CG. Est autem, ex constr. BLM = DHIE, & LMDG, seu, quod ipsi æquale sumitur rect. MG = GKNO [I. 43]: Est igitur DHIE : GKNO = [DH: GK] = DC : CG, aut *altern.* DH : DC = GK : CG, vel *conv.* DH : CH = GK : CK = GK : LK + LK : CK = LM : EM + TM : LM = TM : ME, vel TD : DE. Ergo DH : CH = TD : DE.

([f]) Sit DC = y, ED = s, functioni ipsius y datæ ex natura curvarum BC, BL: sit z abscissa curvæ quæsitæ CL; atque ideo subtangens TD = $ydz : dy$. Pone etiam spatium datum DHIE = cc, atque erit DH = $cc : s$, & CH = $y - cc : s$, & proportio DH : CH = TD : DE, dabit hanc æquationem $dz = ccsdy : (syy - ccy)$, quam non opus est ad Problema *Beaunianum* reducere; nam facile construitur, cum indeterminatæ sponte sint separatæ: est enim s functio ipsius y.

* N°. LXVI. pag. 663.

† N°. LXXII. p. 731, & LXXVII. pag. 782.

([g]) Illud nempe punctum curvæ CL dato puncto proximum est, in quod cadit perpendicularis ex dato puncto in curvam demissa. Ad hoc vero punctum, ut facile liquet, est dz ad dy, ut $y - f$ ad $z - g$, positis f & g ordinata & abscissa puncti dati. Quamobrem, si in æquatione mox inventa $dz : dy = ccs : (syy - ccy)$, pro $dz : dy$ substituatur $(y - f) : (z - g)$, habebitur $z - g = (y - f)(ssy - ccy) : ccs$, qua determinatur relatio ipsarum z & y in puncto quæsito.

Num. LXXX.

PROBL. IV. & V.

In eadem figura, sunto BC, BL *infinitæ curvæ similes seu specie eadem, e quibus curva* CL *auferat arcus æquales* BC, BL: *Quæritur natura curvæ* CL, *ejus tangens in puncto* C, *& punctum curvæ dato cuipiam puncto proximum?* [Fig. 4.]

Solutio. Exemplum proponit Frater in Parabolis. Huic sæpe laudatus Dnus. *Marchio* ita satisfacit, ut ducta per C Parabola BC, ejusque tangente CE, faciat CE — BC : BC = BD : BT. Addo, si in hac proportione duntaxat BD vertatur in BE, constructio generaliter ad omnes curvas similes sese extendet; unde & componendo semper erit CE : BC = ET : BT (h). Quemadmodum etiam si curva CL talis esse ponatur, ut ex curvis similibus areas abscindat æquales BCD, BLM, reperitur Triang. CDE : spat. BCD = ET : BT (i); quæ Theoremata observari merentur. De natura curvæ CL, punctoque in illa alteri cuidam proximo eadem tenenda, quæ in Problemate præcedenti.

PRO-

(h) Si curvæ BL, BC sint similes & circa punctum B similiter positæ, sitque BGL = BC; erit, producta BL donec in Q occurrat curvæ BCF, BL : BQ = BGL, seu BC : BCQ, & *convert.* BL : LQ = BC : CQ, atque *alt.* BL : BC = LQ : CQ = [ducta BV ipsi QCE parallela] = BL : BV. Est igitur BV = BC. Ergo cum sit EC : BV = ET : BT, erit EC : BC = ET : BT.

(i) At si BCD = BLM; erit BCQR : BLM vel BCD = BQ^2 : BL^2 & *divid. invert.* CQRD : BCD = BQ^2 — BL^2 : BL^2 = (BQ + BL) (BQ — BL) : BL^2 = [quia BQ, BL vix differunt] 2BL. LQ : BL^2 = 2LQ : BL. Pariter ECD : EQR = EC^2 : EQ^2, & *div.* ECD : CQRD = EC^2 : EQ^2 — EC^2 = EC : 2CQ. Unde *compos. rationib.* est ECD : BCD = 2LQ. EC : 2CQ. BL = EC : BL + LQ : CQ = EC : BL + BL : BV [ob sim. Tr. QLC, BLV] = EC : BV = ET : BT, id est, ECD : BCD = ET : BT.

PROBLEMA VI.

Num. LXXX.

Sint infinitæ curvæ similes BH, DL, *circa idem punctum* A *similiter constitutæ, quas trajiciant duæ rectæ positione datæ* AH, ED, *quarum altera* AH *transeat per* A: *Quæritur arcuum ambabus rectis interceptorum maximus minimusve?* [Fig. 5].

Solutio. Data sit una curvarum similium BH secans rectam positionem datam AH in H, alterique positione datæ ED ducatur per A parallela AG. Evolvatur curva HB, principio evolutionis facto in H, & gignat curvam HG, quæ rectam AG secet in G; filum autem evolvens, dum describit G punctum, sit GB tangens curvam in B. Jungatur AB secans rectam ED in D, ac per D transeat portio curvæ DL similis portioni BH, erit arcus DL omnium rectis AH, ED interceptorum maximus minimusve (k).

Corollarium. Patet hinc insignis evolutionum usus; nondum quod scio consideratus, nempe: si sit Curva quævis HB, ejus evolutione descripta HG, filum evolvens BG, atque ex

(k) Hæc constructio jam analytice demonstrata est N°. LXXVIII, Nota d, pag. 792. En synthesin. Arcus DL omnium similium rectis AH, ED interceptorum minimus est si vicinissimo dl sit æqualis. Agantur ADB, Adb, & BF ipsi ED parallela, eritque $\delta l : \beta b = A\delta : A\beta = \delta d : \beta b = dD : bB =$ AD : AB = DL : BH. Ergo $\delta l + \delta d\, [ld] : \beta b + \beta b\, [bb] =$ DL : BH.

Constabit igitur esse $dl =$ DL, si probavero $bb =$ BH. Id vero sic ostenditur. BH : $\beta b =$ AB : Aβ. *Convertendo* BH : BH $- \beta b =$ AB : B$\beta =$ AB : $b\beta + b\beta$: B$\beta =$ AB : $b\beta +$ BG : AB [ob sim. Tr. B$b\beta$, ABG] = BG : $b\beta$. Ergo BH : BH $- \beta b =$ BG : $b\beta$. Sed ex natura evolutionis BG = BH. Igitur $b\beta =$ BH $- \beta b$, & BH $= b\beta + \beta b = bb$. Ergo etiam DL $= dl$. Igitur arcus DL inter similes rectis rectas AH, ED interceptos est minimus.

Et similiter ostendemus, ducta IM rectæ AC parallela, esse $ib =$ IH, atque ideo BI $= bi$. Est igitur arcus BI omnium similium rectis BF, IM interceptorum minimus, maximusve, ut habet Noster in Coroll. sequenti.

Num. LXXX. ex punctis H & G inflectantur rectæ HA, GA concurrentes in quolibet puncto A, & posteriori per B agatur parallela recta infinita BF, erit evoluta BH omnium circa idem punctum A similiter descriptarum ac rectis AH, BF interceptarum curvarum maxima minimave. Quin & amplius, si accipiatur in curva HG quodvis aliud punctum C, quod filum evolvens IC dum describit, tangit curvam BH in I; atque ex I recta agatur in IM ductæ CA parallela, erit arcus BI omnium rectis IM, BF interceptorum maximus minimusve.



N°. LXXXI.

JACOBI BERNOULLI SOLUTIO PROBLEMATIS FRATERNI

in Actis *mensis Maii* 1697 *propositi*,

De Curva infinitas Logarithmicas ad angulos rectos secante.

Acta Erud. Lips. 1698. Mai. p. 230. PRoblema de curva invenienda, quæ infinitas lineas ordinatim positione datas tangit, jam Mense Octobri 1694 * solutum dedimus. Quæstio hic est de tali, quæ datas omnes ad angulos rectos

* N°. LXII. pag. 618. seq.

rectos secet. (a) Dependet autem Problema a methodo tangentium inversa, ut nullam generalem solutionem admittat, estque pro varia datarum positione miræ diversitatis; neque gradus vel Num. LXXXI.

species

(a) Has curvas, quæ aliarum ordinatim positione datarum seriem ad rectos angulos secant, vocant Geometræ *Trajectorias orthogonales*, nomine ipsis indito a Celeb. *Joh.* BERNOULLI. Id argumentum is tam subtiliter & accurate pertractavit in *Actis Erud.* 1720, Mai. pag. 223, & *Supplem.* Tom. VII, Sect. 7. pag. 303, & Sect. 8. pag. 337, ut exhaustum videatur. Inde ea quæ ad istius Numeri intelligentiam faciunt excerpemus.

Postquam universalissimam dedit Trajectoriarum formulam, qualis quidem dari potest, ad speciales casus delabitur; qui tamen ita sunt comparati ut unusquisque infinita sub se genera comprehendat. Hic autem tres eorum præcipue sunt recensendi.

I. Ubi Trajectoria quæritur quæ curvam eandem, sed motu parallelo latam semper ad angulos rectos secat. Sit [*Fig.* A] *AMm* curva data, cujus abscissa *AP* [x], applicata *PM* [y], earum elementa *Qm*, dx; *QM*, dy. Ea si fluere ponatur secundum axem *AR*, & perveniat in *BNn*, ibique secetur ad rectos angulos *SNn* a Trajectoria *SN*, cujus abscissa *AR* [z] & applicata *RN* [y], erit $ON = dy$; $OS = -dz$, quia crescente y decrescit z. Jam, ob rectum angulum *SNn*, est $ON^2 = SO \times On = SO \times Qm$ [sunt enim æquales *On*, *Qm*] vel analytice $dy^2 = -dzdx$. Datur autem dx in y & dy, quia data est curva *AMQ*: sitque $dx = Ydy$, [Y functionem ipsius y qualemcunque designante]. Igitur $dy^2 = -Ydzdy$, vel $dz = -dy:Y$, quæ est Trajectoriæ *SN* æquatio. Videantur exempla Notis b, c, d, e.

II. Ubi curvæ ad rectos angulos secandæ sunt ejusdem generis, hoc est, quarum ordinatæ ad eandem abscissam sunt inter se in ratione data. Quales sunt *AMm*, *BNn*, si assumpta ad libitum abscissa *CL* [y], applicatæ *LM* [x], *LN* [z] datam habeant rationem $1:g$; designante g quantitatem quandam, in eadem curva *BNn* constantem, variabilem vero, ubi de curva in curvam transieris. Igitur *LN* [z] $= gx$, & $On = gdx$. Sed *OS*, [dz] elem. ordinatæ *LN*, quatenus ad Trajectoriam pertinet, est $= -dz$, atque $NO = dy$. Igitur, cum sit $ON^2 = SO \times On$, erit $dy^2 = -gdxdz$. Datur autem, quia data est curva principalis *AMm*, dy in dx, sitque $dy = Xdx$: erit $XXdx^2 = -gdxdz$, vel $XXdx = -gdz = -zdz:x$, quoniam $g = z:x$. Habemus itaque $XXxdx = -zdz$; quæ æquatio algebraice, si $XXxdx$ integrari possit, sin minus, transcendenter exprimit relationem ipsarum x, z; *LM*, *LN*. Assumpta igitur ad libitum abscissa *CL*, & sic determinata ordina-

tis

Num. LXXXI. ſpecies curvarum eſt caracter facilitatis vel difficultatis Problematis, cum nonnunquam in algebraicis res difficulter, in tranſcendentibus contra facile ſuccedat.

Exempla promiſcue algebraicarum & tranſcendentium curvarum in quibus ſolutio facilis.

I. *Si eidem axi inſiſtant infinitæ Parabolæ æqualium parametrorum, ſed diverſorum verticum, ſive* [quod eodem recidit] *ſi ex infinitis una ſuper plano ſuo ita protrudatur, ut ſingula ejus puncta rectas deſcribant axi parallelas*, erit curva, quæ infinitas illas

ta LM, habebitur LN, atque punctum N Trajectoriæ quæſitæ. Exempla vide Notis f, h.

III. Ubi curvæ ſecandæ ſunt ſimiles. Sint AMm, DEF [Fig. B] curvæ ſimiles & circa punctum A ſimiliter poſitæ, inter quas eligatur principalis AMm; ductiſque rectis AME, AmF deſcribantur arculi MI, EG. Sitque AM, x; Im, dx; AE, vel AG, y; GH, $-dy$, quia creſcente x in curva principali, decreſcit y in Trajectoria KEH. Quia data eſt curva AMm, arcus MI dabitur in x & dx; ſit ille Xdx, &, ob curvas ſimiles AMm, DEF, habebimus $EG = Xydx : x$, & $GF = ydx : x$. Igitur cum ſit, angulo FEH exiſtente recto, $EG^2 = FG \times GH$, ſeu $XXyydx^2 : xx = -ydxdy : x$, erit $XXdx : x = -dy : y$, quæ æquatio, ſi $\int(XXdx : x)$ ad logarithmos reduci poſſit, algebraice; ſin minus, tranſcendenter dabit relationem ipſarum x, y; AM, AE. Aſſumpta igitur ad libitum AM, dabitur AE, & punctum E Trajectoriæ KEG.

Vel, ſi curvæ principalis AMm habeatur natura expreſſa per æquationem inter coordinatas AP [x], PM [y], ſitque DEF curva inter ſimiles talis ut ductis AME, AmF, ſint $1 : a = AM : AE = AP$ [x] $: AN$ [ax] $= PM$ [y] $: NE$ [ay]. Jam ſi ſit K punctum Trajectoriæ KEH viciniſſimum puncto E, & variantibus a & x, differentientur AN, [ax], & NE [ay], invenientur $TK = -adx - xda$, & $ET = ady + yda$. Præterea, cum ſit, ob ang. rectum KEF, KT [$-adx - xda$] $: TE$ [$ady + yda$] $= TE : TF =$ [ob ſimil. curv. AMm, DEF] $= MQ$ [dy] $: Qm$ [dx], erit $-adx^2 - xdadx = ady^2 + ydady$, unde fit $-da : a = (dx^2 + dy^2) : (xdx + ydy)$, quæ æquatio algebraice, ſi $(dx^2 + dy^2) : (xdx + ydy)$ poſſit reduci ad logarithmos, aut tranſcendenter ſaltem, dabit relationem ipſius a ad ipſas x & y. Aſſumpta igitur ad libitum x [AP], quo ipſo datur PM, habebitur a. Producatur itaque AM in E, donec ſit $AE : AM = a : 1$, & habebitur punctum E Trajectoriæ deſideratæ.

las Parabolas ſeu unicam ita motam perpetuo ad angulos rectos ſecat, Logarithmica, cujus ſubtangens æquatur ſemiparametro Parabolæ ([b]). Et viciſſim, ſi Logarithmica dicta ratione ſuper axe promoveatur, curva quam continuo ad rectos ſecat angulos, eſt Parabola ([c]). Ita ſi Parabola cubica ſuper axe propellatur, quam ad rectos ſecat, eſt Hyperbola; ſi altiores Parabolæ, ab altioribus gradatim Hyperbolis normaliter ſecantur, & viciſſim &c. ([d]). Num. LXXXI.

II. *Si infinitæ æqualium parametrorum Parabolæ axibus parallelis inſiſtant, & vertices habeant in linea his axibus perpendiculari*, ſive, *Si Parabola ita feratur, ut ſingula ejus puncta rectas deſcribant axi perpendiculares*; Curva quam infinitæ, vel unica ſic mota normaliter interſecat, Parabola eſt cubicalis ſecundi generis, cujus latus rectum ad Parabolæ parametrum eſt, ut novem ad ſexdecim. Si alia Paraboloidea ita ferantur, aliis itidem Paraboloideis normaliter ſecantur, & vice verſa &c. ([e]).



III. *Si*

([b]) Hoc exemplum ad Caſum I; Notæ præced. pertinet. Parabolæ æquatio eſt $ax = yy$, ſeu $adx = 2ydy$, aut $dx = 2ydy : a$. Igitur $Y = 2y : a$, & æquatio ad Trajectoriam $[dz = -dy : Y,]$ erit $dz = -ady : 2y = -\frac{1}{2}ady : y$ ad logarithmicam.

([c]) Æquatio ad logarithmicam eſt $dx = ady : y$. Ergo $Y = a : y$. Igitur æquatio ad Trajectoriam $[dz = -dy : Y]$, fit $dz = -ydy : a$, vel $z = -yy : \frac{1}{2}a$, aut $-\frac{1}{2}az = yy$, ad Parabolam.

([d]) Sit generaliter $a^{m-1}x = y^m$ ad Parabolas cujuſcunque gradus, ſeu $dx = my^{m-1}dy : a^{m-1}$: erit $Y = my^{m-1} : a^{m-1}$. Ergo dz $[= -dy : Y] = -\frac{1}{m}a^{m-1} y^{1-m} dy$, ſive $z = -\frac{1}{m(2-m)} a^{m-1} y^{2-m}$ aut denique $y^{m-2}z = \frac{1}{m(m-2)} a^{m-1}$ ad infinitas hyperbolas.

([e]) At ſi ſit $a^{m-1}y = x^m$, vel $x = a^{1-1:m} y^{1:m}$, aut $dx = \frac{1}{m} a^{1-1:m} y^{1:m-1} dy$, erit $Y = \frac{1}{m} a^{1-1:m} y^{1:m-1}$, & $dz = [-dy : Y] = ma^{1:m-1} y^{1-1:m} dy$, atque

Num. LXXXI. III. *Si infinita Paraboloidea ejusdem gradus* [*cujus index sit* m] *sed diversorum laterum rectorum, circa eundem axem & verticem consistant;* Curva quæ has omnes normaliter trajicit, constanter est Ellipsis, cujus centrum in communi vertice, latus transversum in axe, ejusque ratio ad latus rectum, ut 1 ad m. (f).

IV. *Si infinita æqualium subtangentium Logarithmicæ super totidem axibus parallelis consistant, transeantque per commune punctum* B; *Quæritur curva eas omnes normaliter intersecans*? [Fig. 1].

CONSTRUCTIO. Esto una earum data FBf cum suo axe AG, inque hunc demissa perpendiculari BA, sumptoque quolibet in Logarithmica puncto F, agantur ad axem perpendicularis FG, tangens FL, & huic parallela BM, ac insuper ad partes Logarithmicæ ab axe remotiores statuatur in axe recta AN arbitrariæ longitudinis, major tamen subtangente GL: quo facto, sumatur inter duplam subtangentem & excessum quo NG superat AM, media proportionalis, eique in recta BA æqualis abscindatur BI seorsum deorsumve, prout punctum F supra infrave B assumptum fuerit, ac denique ex I ducatur IH parallela axi secansque applicatam GF in H; erit H punctum in optata curva CHD, cui similes & æquales in cæteris rectarum BA, BC sese decussantium angulis constitui possunt.

Nota.

atque $z = \frac{m}{2 - 1:m} a^{1:m - 1} y^{2 - 1:m}$, vel $z^m = (\frac{mm}{2m - 1})^m a^{1 - m} y^{2m - 1}$, aut tandem $(\frac{2m - 1}{mm})^m a^{m - 1} z^m = y^{2m - 1}$. Quod si ponas $m = 2$, erit $\frac{9}{16} azz = y^3$.

(f) Pertinet hoc exemplum ad Casum 2. Sit æquatio Parabolarum $a^{m - 1} y = x^m$ vel $dy = ma^{1 - m} x^{m - 1} dx$, erit $X = ma^{1 - m} x^{m - 1}$. Ergo [$XXxdx =$] $mma^{2 - 2m} x^{2m - 1} dx = - zdz$, & integrando $\frac{1}{2} ma^{2 - 2m} x^{2m} = \frac{1}{2} cc - \frac{1}{2} zz$ [$\frac{1}{2} cc$ est constans addita ad complendam æquationem,] seu, pro x^{2m} scribendo $a^{2m - 2} yy$, $myy = cc - zz$, æquatio ad ellipsim, cujus axis major $2c$, latus rectum $= 2cm$.

Nota, Maxima curvæ altitudo $BD = \sqrt{(2 GL \times (AN - GL))}$.

Si $GM = AN$, cadit IH in BC, fitque maxima curvæ latitudo. (g).

V. *Quæritur denique Linea* [quod eſt ſpeciale exemplum *Præ-tris*] *quæ omnes Logarithmicas ſuper eodem axe & per idem punctum ductas ad angulos rectos ſecat*? [Fig. 2].

CONSTRUCTIO. Eſto axis communis Am, punctum interſectionis Logarithmicarum B, earum una data FBf; demiſſa in axem perpendiculari BA, per punctum F utcunque acceptum in Logarithmica agantur rectæ FT, FN ſecantes rectam BA in T & N, quarumque illa axi parallela ſit, hæc tangat Logarithmicam [prætereaque ſupra T, ſiquidem punctum N inferius ſit ipſo T, abſcindatur TN æqualis inferiori TN;] quo facto, diametro AN, nempe AT + TN, deſcribatur ſemicirculus APN, cui occurrat recta FT in P; ſumptaque arbitraria quadam conſtan-

(g) Sint BH, Bb [Fig. B] Logarithmicæ duæ viciniſſimæ, quarum axes AD, ad, quas ſecet ad rectos angulos Trajectoria Hh. Hujus abſciſſa BC ſit $= x$, ordinata $CH = y$, atque $BA = a$. Et ex natura Logarithmicæ erit $BC [x] = \log. (HG : BA) = \log. (a - y) : a$, aut $(a - y) : a$ = numero, cujus x eſt logarithmus, id quod deſignabimus ſic, Nx. Eſt igitur $a = y : (1 - Nx)$, & $y = a - aNx$, atque $IK = - adxNx$. Ergo $Ib [dy] = IH^2 : IK = - dx^2 : adxNx = - dx : aNx = \frac{- dx}{yNx : (1 - Nx)}$, vel $- ydy = dx - dx : Nx$, ſive $ydy = - dx + dx : Nx$. Erit igitur integrando $\frac{1}{2} yy = c - x - 1 : Nx$, [$c$ eſt conſtans addita ad æquationem complendam]. Ergo y media proportionalis inter 2, & $c - x - 1 : Nx$, hoc eſt inter duplam ſubtangentem Logarithmicæ cujuſpiam, quæ ſubtangens GL pro unitate ſumi poteſt, & exceſſum quo $NG = c - x$, [ſumta $AN = c$], ſuperat AM, quæ cum ſit tertia proportionalis ad HG, BA, & GL, erit $= GL \times BA : HG$, hoc eſt $1 : Nx$, cum ſit $GL = 1$; & $HG : BA = Nx$.

Eſt autem maxima curvæ altitudo, ſeu y maxima, quando $x + 1 : Nx$ minima eſt; hoc eſt, quando $x = 0$, & Nx atque $1 : Nx = 1$; tuncque fit $yy = 2c - 2$. Maxima vero curvæ latitudo eſt, quando $c = x + 1 : Nx$, quando $AN = GM$. Nam, ubi $c < x + 1 : Nx$, y imaginaria eſt.

Num. LXXXI.

ſtante L, abſcindatur in BA ex puncto T recta $TR = \sqrt{(\frac{1}{2}TA^2 \pm L^2)}$ & jungatur RP; [vel, ſi punctum T ſuperius ſit ipſo B; deſcripto ſuper TR ſemicirculo, applicetur illi prius TP, ac tum demum jungatur RP;] junctæ in recta FT æquales hinc inde abſcindantur TS, TS; eruntque puncta S, S ad curvam quandam mCMCm, quæ omnes Logarithmicas circa punctum B conſtitutas ad angulos rectos ſecabit, ut requirebatur.

Nota. Sumpta $TR = \sqrt{(\frac{1}{2}TA^2 + L^2)}$, occurret curva axi in puncto m, ut ſit $Am = L$: ſed ſumpta $TR = \sqrt{(\frac{1}{2}TA - L^2)}$, tranſibit inter puncta A & B, nec ad axem pertinget.

Maxima curvæ latitudo $BC = \sqrt{(\frac{1}{2}BA^2 \pm L^2)}$. (h).

Atque horum omnium ſolutio facilis admodum fuit: dari autem poſſunt aliæ curvarum poſitiones, quæ Problema magis arduum reddunt, & vel in ſimplici Parabola ad caſus methodi tangentium inverſæ nondum exploratos deducunt; veluti, *Si quæratur Curva, quæ omnes Parabolas ſuper eodem axe extructas, lateraque ſua recta reſpectivis verticum a puncto fixo diſtantiis æqualia habentes, ad rectos angulos trajicit* (i) &c. Cui addi poteſt &

(h) Pertinet exemplum iſtud ad caſum 2 Notæ a: ſunt enim curvæ genere eædem. Sit $AT = y$, $TF = x = ly$, poſita $BA = 1$, & erit $y = Nx$, atque $dy = dxNx$. Igitur $X = Nx$ & æquatio $XXxdx = -zdz$ fit $zdz = -Nx^2 . xdx$, vel integrando $\frac{1}{2}zz = \pm \frac{1}{2}cc + \frac{1}{4}Nx^2 - \frac{1}{2}xNx^2 = \pm \frac{1}{2}cc + \frac{1}{4}yy - \frac{1}{2}xyy$. Ergo z [TS] $= \sqrt{(\frac{1}{2}yy \pm cc - xyy)} = \sqrt{(\frac{1}{2}AT^2 \pm L^2 - TP^2)}$ [eſt enim $TP^2 = AT \times TN = xyy$, cum ſit $TN = xy$, tertia nempe proport. ad ſubtangentem $= 1$, $AT = y$, & $TF = x$] $= \sqrt{(TR^2 - TP^2)} = PR$.

Maxima curvæ latitudo eſt, ubi $dz = 0$. Ergo ubi $ydy - yydx - 2xydy$ ſeu $dxNx^2 - dxNx^2 - 2xdxNx^2 = 0$, hoc eſt ubi $x = 0$; ſcil. in BC, ibique illa eſt $\sqrt{(\frac{1}{2}yy \pm cc)} = \sqrt{(\frac{1}{2}BA^2 \pm L^2)}$; necnon ubi $Nx = y = 0$, ſcil. in Am, ibique illa, vel $= 0$, ſi ſumatur $+cc$ [$+L^2$], vel imaginaria $\sqrt{-cc}$, ſi ſumatur $-cc$ [$-L^2$].

(i) Solvitur iſtud Problema per caſum 3 Notæ a. Sit curva principalis Parabola, cujus parameter $= 1$, æquatio $yy = x - 1$, & reducetur formula $-da : a = (dx^2 + dy^2) : (xdx + ydy)$ ad $-da : a = (4yy + 1)dy : (2y^3 + 3y) = dy : 3y + \frac{10}{3}yydy : (2y^3 + 3y) = dy : 3y + \frac{5}{6} \times 4ydy : (2yy + 3)$ quæ integrabilis eſt, & dat $lC -$

la

& hoc: *Quaeritur Curva, quae Parabolam, aut aliam datam Curvam super plano suo circa datum punctum in orbem conversam, in angulo dato secat*; (b) quemadmodum constat, rectam ita conversam circa extremitatem suam in angulo recto secari a circulo, in obliquo a Logarithmica spirali. Num. LXXXI.

$la = \frac{1}{3} ly + \frac{5}{6} l(2yy + 3)$, aut regrediendo ad numeros $C : a = \sqrt[6]{((2yy + 3)^5 yy)}$. Assumpta igitur y ut libet, dabitur a, & ejus ope curva describitur, vel etiam ejus aequatio algebraica potest inveniri.

(b) Sit [*Fig.*C] centrum conversionis C, ex quo describatur Circulus AGH, in quo assumatur punctum fixum A; Trajectoria MBb, ipsa vero curva in orbem conversa sit BF, a cujus puncto quovis B ducatur BC, [y] & ad hanc normalis CD [s] tangenti BD occurrens in D. Sit $AC = 1$, tangens anguli dati $bBD = t$, posito sinu toto $= 1$; estque tangens anguli $CBD = s : y$. Igitur tangens anguli $CBb = (ty - s) : (ts + y) = bI : IB = bI : dy$. Ergo $bI = (ty - s) dy = (ts + y)$. Sed Cb [y] : bI [$(ty - s) dy : (ts + y)$] $= Ce$ [1] $Ee = (ty - s) dy : (tsy + yy)$. Igitur $AE = \int((ty - s) dy : (tsy + yy))$. Assumpta itaque ad libitum CB [y], dabitur arcus AE, atque sic punctum B trajectoriae quaesitae. Si datus angulus fuerit rectus, tunc ejus tangens t infinita evadit. Quare arcus AE simpliciter sumendus est $= \int(tydy : tsy) = \int(dy : s)$. Non differt haec solutio ab ea quam dedit Cel. *Joh.* BERNOULLI in *Act. Erud.* 1698, Oct. pag. 474.



N°. LXXXII.

LETTRE
DE MR. BERNOULLI,
Professeur de Groningue, *à Mr.* VARIGNON.
Du 15. *Octobre* 1697. *

Sur le Probléme des Isoperimetres.

Journal des Savans 1697. 39. Journal du 2°. Dec. p. 458. Edit. de Paris, pag. 737. Edit. de Holl.

IL y a près de trois mois que je vous fis part de quelques nouveaux Problémes, proposés par mon Frére dans les *Actes de Leipsic*, au mois de Mai dernier. Il les a, dit-il, imaginés à l'occasion de celui que j'avois proposé sur la plus vite descente des corps pesans, lequel a été assez favorablement reçu, tant ici (*Hollande*) qu'aux pays étrangers; témoins les excellentes solutions, qui en ont été données par les plus savans Géométres de ce tems (a), & qui toutes s'accordent merveilleusement avec la mienne.

Vous vous souviendrez, qu'en vous communiquant ces nouveaux Problémes, je vous dis en même tems que j'en avois trouvé les solutions, le même jour que le mois de *Mai* de ces *Actes* m'étoit tombé entre les mains, & de plus qu'elles étoient infiniment plus generales que les conditions de ces Problémes ne le demandoient. Je ne me serois peut-être pas attaché si-tôt à cette recherche, si je n'y eusse été comme obligé par un défi, qu'une loüable émulation, qui est entre mon Frére & moi, lui a fait me faire nommément à moi & en particulier.

* On trouve un Extrait de cette Piéce en Latin, dans les *Actes de Leipsic* 1698. Janv. pag. 52.

(a) Mrs. LEIBNITS, NEWTON, De l'HOPITAL, BERNOULLI.

culier. Un Inconnu même, dont mon Frére est le garant, y ajoute une promesse de 50 impériales, ou écus blancs, pourvû que j'accepte publiquement ce défi dans trois mois, & que je donne les solutions requises avant la fin de cette année. Je ne manquai donc pas, dès le lendemain du jour que ces Problémes vinrent à ma connoissance, de donner avis à Messieurs les Collecteurs des *Actes de Leipsic*, que j'en avois déja trouvé les solutions, les priant d'en avertir le Public ([b]). Je ne manquai pas non plus d'envoyer incontinent mes Solutions à Mr. LEIBNITZ, & de les lui remettre comme en dépôt, avec l'analyse qui m'y avoit conduit; sûr que je ne pouvois mieux m'adresser en ce rencontre qu'à ce Géométre incomparable. Je le suppliai de vouloir bien être nôtre Juge, ne doutant nullement que mon Frére ne s'en rapporte très volontiers à lui. Mr. LEIBNITZ y consentit, pourvu que de part & d'autre on en soit content. Tout ce que je viens de dire, se trouve inseré dans l'*Histoire des Ouvrages des Savans*, au mois de *Juin*, où je donne aussi mes remarques sur les diverses solutions de mon Probléme de la plus vite descente, qui ont paru dans les *Actes de Leipsic*. Num. LXXXII.

Cependant, comme le tems s'en va expirer, & que je n'entends plus rien de l'Inconnu prometteur, j'ai jugé qu'il ne faloit plus attendre sa réponse, de peur qu'il ne laissât couler tout doucement le tems préfix, & qu'il ne me chicanât ensuite sur mon retardement.

Voici donc, Monsieur, mes solutions: Je m'assure que vous les trouverez dignes d'être communiquées au Public; & ce d'autant plus que mon Frére fait une estime singuliére de ses Problémes, tant pour leur subtilité, que pour leur difficulté. Avant que de les proposer, parlant de figures isopérimétres, il dit ([c]) qu'on croit communément, mais sans démonstration, [*vulgo creditur, & recte, sed sine demonstratione*] que le Cercle est la plus grande de toutes les figures d'un même circuit: mais il n'a pas pris garde, que PAPPUS l'a très-bien démontré dans les *Collections Mathématiques*, Liv. 5. Prop. 10. Je ne m'arrêterai donc pas à le prouver. Je dirai seulement en passant, qu'il y a long-tems que je fis part à Mr. LEIBNITZ d'une méthode que mon Frére me demande à cette occasion, comme s'il étoit le premier qui fût tombé sur cette spéculation, qui est de trouver la Courbe funiculaire, ou de la chainette, par la considération *de Maximis & Minimis*, en ne faisant reflexion que sur ce que le centre de gravité de la chaine doit descendre le plus bas qu'il est possible. Il suffit que Mr. LEIBNITZ en soit témoin; des raisons particuliéres m'empêchent de publier ma méthode.

 Venons

([b]) Ce qu'ils firent, dans les *Actes* de 1697, Octob. pag. 485.
([c]) Ci-dessus N°. LXXXV. pag. 775.

Num. LXXXII. Venons au fait. La premiére question est telle : *D'entre toutes les Courbes isopérimétres constituées sur un axe déterminé BN, [Fig. 1] on demande celle, comme BFN, qui ne comprenne pas elle-même le plus grand espace ; mais qui fasse qu'un autre compris par la Courbe BZN soit le plus grand, après avoir prolongé l'appliquée FP, de sorte que PZ soit en raison quelconque multipliée, ou sous multipliée, de l'appliquée PF, ou de l'arc BF; c'est-à-dire, que PZ soit la tantiéme proportionelle que l'on voudra d'une donnée A, & de l'appliquée PF, ou de l'arc BF.* Le sens de cette question est de *déterminer la Courbe BFN entre une infinité d'autres de même longueur qu'elle, dont les appliquées PF ou les arcs BF élevés à une puissance donnée, & exprimés par d'autres appliquées PZ, fassent le plus grand espace BZN.*

J'ai plus d'une solution de ce Probléme : mais je ne mettrai ici que la plus simple ; elle suffit. Soit l'exposant de la puissance, n ; une droite arbitraire, a ; PF, ou BG, x ; BP, ou GF, y ; que l'on prenne GF, ou $y = \int (x^n dx : \sqrt{(a^{2n} - x^{2n})})$. Je dis que le point F sera à la courbe requise BFN, tellement que faisant PZ en raison de la puissance n de l'appliquée PF, l'espace BZN sera le plus grand de tous ceux qui se pourroient ainsi former par d'autres courbes constitués sur BN, & de même longueur que BFN ([a]).

D'où il est manifeste, que si $n = 1$, la courbe BFN sera la demi-circonference d'un cercle ; car y, ou $\int (x^n dx : \sqrt{(a^{2n} - x^{2n})})$ deviendra $= \int (x dx : \sqrt{(aa - xx)}) = a - \sqrt{(aa - xx)}$. Or c'est justement ce qui doit arriver, la courbe BZN étant, dans ce cas, la même que BFN.

En faisant $n = 2$, c'est-à-dire, PZ comme les quarrés de PF, la Courbe BFN est celle que représente un linge pressé d'une liqueur, & que mon Frére attribuë aussi à son Elastique.

Que si $n = \frac{1}{2}$, c'est-à-dire, si les PZ sont en raison sous-doublée des PF, alors BFN sera la Roulette ou Cycloïde ordinaire. De sorte que voilà encore une très-belle proprieté de cette fameuse Courbe, contre l'attente de ceux qui croyoient, qu'après la découverte de la plus vite descente que nous y venons de faire, il n'y restoit plus rien à découvrir. Ce n'est pas encore tout : J'ose avancer, & au premier loisir que j'aurai, je le ferai voir par un échantillon qui ne déplaira pas aux Géométres, que nonobstant toutes les recherches, & le rigoureux examen, que les plus habiles ont fait de cette Courbe depuis tant d'années,

([a]) Voiez sur ceci les Num. suivans, & sur tout le XCIII. & le XCVI.

nées, elle a encore bien des proprietés très-considérables qui leur sont échappées. (d) Num. LXXXII.

Au reste, je remarque en general, que toutes les fois que n est une fraction dont le numerateur est l'unité, & le dénominateur un nombre pair quelconque, la courbe BFN se pourra toujours construire par la quadrature du Cercle; & si le dénominateur est un nombre impair quelconque, alors la courbe BFN sera tout à fait algébraïque: (e) par exem-

(d) Mr. BERNOULLI veut parler ici de la Quadrature d'une infinité de Segmens & de Zones de Cycloide quarrables. Sur quoi voiez le N°. XCII & suiv.

(e) Si l'on fait $a^n = c$ & $x^n = z$, on trouvera que $\int(x^n dx:\sqrt{(a^{2n}-x^{2n})})$ se reduit à $\frac{1}{n}\int(z^{1:n}dz:\sqrt{(cc-zz)}) = m\int(z^m dz:\sqrt{(cc-zz)})$, en faisant $m = 1:n$. Or $m\int(z^m dz:\sqrt{(cc-zz)})$ est $= -z^{m-1}\sqrt{(cc-zz)} + (m-1)cc\int(z^{m-2}dz:\sqrt{(cc-zz)})$. On peut s'en assurer par la differentiation, ou par cette analyse. Pour integrer $z^m dz:\sqrt{(cc-zz)}$, je le considére comme le produit de ces deux fracteurs $t = -z^{m-1}$ & $ds = -zdz:\sqrt{(cc-zz)}$. Puis donc que $\int tds = ts - \int sdt$, aussi $\int(z^m dz:\sqrt{(cc-zz)}) = -z^{m-1}\sqrt{(cc-zz)} + (m-1)\int(z^{m-2}dz\sqrt{(cc-zz)})$. Mais ce dernier terme est égal à $(m-1)\int((cc-zz)z^{m-2}dz:\sqrt{(cc-zz)})$ ou à $(m-1)cc\int(z^{m-2}dz:\sqrt{(cc-zz)}) - (m-1)\int(z^m dz:\sqrt{(cc-zz)})$. Donc $\int(z^m dz:\sqrt{(cc-zz)}) = -z^{m-1}\sqrt{(cc-zz)} + (m-1)cc\int(z^{m-2}dz:\sqrt{(cc-zz)}) - (m-1)\int(z^m dz:\sqrt{(cc-zz)})$, & en transposant $m\int(z^m dz:\sqrt{(cc-zz)}) = -z^{m-1}\sqrt{(cc-zz)} + (m-1)cc\int(z^{m-2}dz:\sqrt{(cc-zz)})$. Ainsi l'intégration de $z^m dz:\sqrt{(cc-zz)}$ se reduira toûjours à celle de $z^{m-2}dz:\sqrt{(cc-zz)}$, où l'exposant de z hors du signe est diminué de deux unités. En continuant cette dégradation de l'exposant, on le reduira à la fin à l'unité s'il est impair, ou à zero, s'il est pair: c'est-à-dire, que l'intégration de $z^m dz:\sqrt{(cc-zz)}$ dépend de $\int(zdz:\sqrt{(cc-zz)})$, ou de $\int(dz:\sqrt{(cc-zz)})$. Or $\int(zdz:\sqrt{(cc-zz)})$ est intégrable & $= -\sqrt{(cc-zz)}$. Mais $\int(dz:\sqrt{(cc-zz)})$ exprime le raport qu'a au raion un arc de cercle, dont le raion est c & le finus z. Donc si m est pair, c. a. d. si n [$= 1:m$] est une fraction dont le numerateur est l'unité & le dénominateur un nombre pair, l'intégration de $mz^m dz:\sqrt{(cc-zz)}$, ou de $x^n dx:\sqrt{(a^{2n}-x^{2n})}$ dépend de la quadrature du cercle: Mais cette quantité peut s'intégrer abso-

Num. LXXXII. exemple, si $n=\frac{1}{3}$, ou si PZ est en raison soustriplée de PF, l'on aura $y=2a-(2a^{\frac{2}{3}}+x^{\frac{2}{3}})\sqrt{(a^{\frac{2}{3}}-x^{\frac{2}{3}})}$ pour l'équation de la Courbe cherchée.

Avant que de passer outre, il ne sera pas hors de propos de donner ici une solution infiniment plus generale que ne requiert le Probléme ; en supposant que PZ, au lieu de n'être que comme une puissance donnée de PF, soit maintenant composée comme l'on voudra, de PF & de données ; comme si l'on décrit une courbe donnée quelconque BH sur l'axe BG, parallele à PF, & qu'appliquant PZ $=$ GH on veuille que l'espace BZN soit le plus grand : Je dis, que pour construire la courbe BFN il faut prendre GF, ou $y=\int(bdx:\sqrt{(aa-bb)})$; j'appelle b l'intégrale ou la somme des GH $dx:x$ (f). D'où il est évident, pour ce qui est de l'arc BF, qui fait l'autre partie du Probléme, que quand même PZ ou GH seroit non seulement comme une puissance donnée de l'arc BF, mais aussi composé que l'on voudra de cet arc, de PF, & de données ; on aura toujours une équation differentielle, si ce n'est pas du premier, au moins d'un plus haut degré, qui déterminera la nature de la courbe BFN.

Je ne puis passer sous silence une très-belle proprieté que j'ai rencontrée sur nôtre courbe considerée en general. C'est que le rayon FS de la développée, ou du cercle baisant, est toujours à la portion FR comprise entre la courbe & sa base, comme b est à PZ ou GH (g). Et par conséquent, dans le cas simple qu'on me propose, lorsque PZ ou GH $=x^n$, on aura toujours FS à FR en raison constante, savoir FS : FR $=1:n$. Il est aussi à remarquer, que dans la même courbe, où $\int x^m dx$ est un *Maximum*, $\int(dt:x^m)$ sera un *Minimum*, je prends dt pour l'élement de la courbe. C'est ce qui fait que m étant $\frac{1}{2}$, la courbe BFN, comme nous avons remarqué ci-dessus, doit être la même que celle de la plus vite descente; puisque dans celle-ci $\int(dt:\sqrt{x})$ est un *Minimum* par sa nature.

Mais

absolument si m est impair, c. a. d. si n [$=1:m$] est une fraction dont le numerateur est l'unité, & le dénominateur un impair.

(f) L'Auteur a corrigé ceci dans le N°. LXXXIV. Il veut qu'on lise, *J'appelle b les ordonnées GH ; & pour ce qui est de l'arc BF, &c.*

(g) Dans le N°. LXXXIV, l'Autheur remarque qu'il faut lire, *comme b est à GT, aiant tiré BT parallele à la tangente en H, ou si l'on aime mieux, comme la soutangente de la Courbe BH est à l'abscisse BG.*

Mais en voilà assez, Monsieur, sur le premier Probléme (h). L'autre consiste à *déterminer la Cycloïde, qui entre toutes celles qu'on peut décrire d'une même origine & sur une même ligne horizontale, ait cet avantage, que sa portion comprise entre l'origine & une verticale donnée soit parcouruë dans le moindre tems possible, c'est-à-dire, en moins de tems que toute autre portion des autres Cycloïdes, pareillement comprise entre l'origine & la verticale donnée.* Num. LXXXII.

Il semble par la maniére de parler de mon *Frére*, que c'est pour la solution de ce seul Probléme, [quand même je n'aurois pas resolu le premier,] que nôtre Inconnu me promet le prix de 50 écus; car c'est en me proposant ce Probléme-ci, qu'il dit, *prodit Nonnemo, pro quo caveo, qui soluturo Fratri ultra laudes promeritas honorarium 50 imperialium decrevit.* Ainsi il faut qu'il l'ait jugé difficile. Cependant, si je me contentois de répondre simplement à la question, je le pourrois faire en trois mots; car il est visible que la solution de ce Probléme n'est qu'un petit Corollaire, qui se tire immédiatement de ce que j'ai dit de la courbe Synchrone (i), dans le mois de *Mai* des *Actes* dont il s'agit ici. Je dis donc, pour découvrir ce mystére, que *la Cycloïde décrite par un cercle, dont la circonférence soit égale au double de la distance entre l'origine & la verticale donnée, satisfait à la question.* Mais pénétrons plus avant. Si au lieu d'une verticale on suppose une ligne droite quelconque donnée de position, ou même une ligne courbe; le Probléme n'en deviendra pas plus difficile; puis qu'il est visible par la nature de ma *Synchrone*, que la Cycloïde cherchée sera toujours celle qui rencontre à angle droit la ligne donnée de position. Pour en trouver présentement le cercle generateur, il n'y a qu'à décrire au hazard un cercle qui touche l'horizontale au point où elle est coupée par la droite donnée de position; faire ensuite, comme l'arc de ce cercle retranché du côté de l'origine des Cycloïdes par la ligne donnée de position, est à son diamétre, ainsi la partie de l'horizontale interceptée entre l'origine & l'intersection soit à une quatriéme; Cette quatriéme sera le diamétre du cercle generateur de la Cycloïde cherchée. C'est ainsi que mon *Frére*, voulant me proposer cette question comme difficile, y devoit substituer toute ligne droite donnée de position, au lieu de la verticale, pour me la faire dans toute son étenduë: Je m'étonne que sa méthode ne le lui ait pas suggeré.

(h) On trouvera les Démonstrations de tout ceci dans les N°. XCIII, & XCVI.

(i) C'est celle qui retranche d'une infinité de Cycloides décrites d'une même origine, des arcs isochrones, c'est à dire, qui seroient parcourus dans des tems égaux.

Page 833. Mon *Frére* s'arroge à tort la Théorie de la pression des fluides suivant la perpendiculaire. Il y a long-temps qu'elle a été connuë de Messieurs MARIOTTE, WALLIS, NEWTON, & d'autres, qui ont écrit sur cette matiére ; mais il lui arrive fort souvent de venir *post festum* : C'est ainsi qu'il croyoit être le premier qui pût démontrer, que le Cercle est la plus grande figure de ses isopérimétres, ignorant que PAPPUS l'a déja fait très géométriquement. Il se regardoit aussi comme le premier inventeur des Théorémes pour l'expression des développées dans les Spirales, qu'il se persuadoit m'avoir été inconnus, & long-tems après que Monsieur *le Marquis de* L'HOSPITAL les avoit rendus publics, &c.

Ibid. 41e. Journal du 15 Dec. pag. 481, Edit. de Paris, pag. 765, Edit. de Holl.

Dans l'autre membre de sa Lettre, page 837, mon *Frére* soutient qu'*il est moralement impossible qu'on arrive à une même fausseté, par deux raisonnemens aussi plausibles & aussi apparens que les siens*. Mais pourquoi n'est-il pas aussi moralement impossible, que je sois arrivé par deux raisonnemens faux à une même vérité ? C'est que le premier l'accommode, pour fortifier ses conjectures.

Je remarque dans ce qui suit, un paralogisme semblable à celui-ci : *Tout caillou est pierre ; Donc toute pierre est caillou* : lors qu'il dit que, *si au lieu de se représenter la courbe dont* $\int x^m dy$ *est un* Maximum, *comme un linge ; & celle dont* $\int (dt : x^m)$ *est un* Minimum *comme une corde, l'on peut tourner la chose, en se servant de la considération de la corde pour celle-là, & du linge pour celle-ci* ; Car il est bien vrai que si $\int (dt : x^m)$ est un *Minimum*, aussi $\int x^m dy$ sera toujours un *Maximum* : mais la converse ne s'ensuit aucunement ; puisque j'ai trouvé par mes analyses directes & indirectes, qu'il y a des courbes où $\int x^m dy$ fait un *plus grand*, sans que pour cela $\int (dt : x^m)$ fasse un *plus petit*. Ce paralogisme de mon *Frére* vient de ce qu'il n'a pas pris garde, que son Probléme des isopérimétres souffre plusieurs solutions ; & c'est pour la seconde fois qu'il choppe contre ce même écueil : Mr. LEIBNITZ lui ayant très bien objecté la même faute, qu'il a déja commise, touchant la courbe Paracentrique, lorsqu'il croyoit qu'il n'y en avoit qu'une. C'est ce qui m'a fait prendre la précaution de dire en general, pag. 824, qu'*on peut toujours trouver une même courbe, pour que* $\int GH dy$ *fasse un* plus grand, *ou un* plus petit, *& pour que* $\int dt : GH$ *fasse réciproquement un* plus petit, *ou un* plus grand : pour marquer que mes Brachystochrones satisfont

tous

toujours aux Isopérimétres ; mais qu'il y a d'autres courbes qui y satisfont aussi, lesquelles ne sont pas des Brachystochrones. Num. LXXXIX.

Au commencement de la page 838, il semble que mon *Frére* soit dans la pensée, qu'en faisant $m = 1$, auquel cas on sait que la courbe doit être un cercle pour $\int x\,dy$ *Maximum*, elle ne le soit pas de même pour $\int (dt:x)$ *Minimum*. Cependant je puis prouver par une démonstration synthétique, faite à la maniére des Anciens, sans faire attention ni à son linge ni à sa corde, qu'effectivement le cercle a cette proprieté; que $\int (dt:x)$ soit un *Minimum*. Je ne saurois donc pénétrer ce qu'il veut dire par *la raison du choix*, que je dois avoir tenu dans cette recherche ; puisque c'est une même courbe considerée de l'une & de l'autre façon : c'est-à-dire, posant que $\int x\,dy$ soit un *Maximum*, ou que $\int (dt:x)$ soit un *Minimum*. Je ne comprends rien non plus dans tout ce qu'il dit de son linge & de sa corde ; & je puis dire en conscience qu'en découvrant cette belle convenance entre $\int (dt:GH)$ *Maximum*, & $\int GH\,dy$ *Minimum*, ou entre les Problémes des Brachystochrones & Isochrones, je n'ai pas plus songé au chifon de linge & à la corde, dont il fait tant de bruit, qu'aux Lapons. Il devroit donc reconnoitre par cette seule découverte que je fis, que ce n'est ni par hazard, ni par la supposition de deux fausletés, que j'ai rencontré la vérité ; mais que c'est plûtôt parce que j'en posséde la véritable méthode ; & que si dans mon premier écrit il se glissa une faute légére, que je corrigeai si aisément dans le second, ce n'étoit tout au plus qu'une faute de précipitation, qui laisse la méthode sans atteinte. Si je ne proposai cette proprieté dans le premier écrit, que pour la simple puissance de BG, c'est parce qu'il ne s'agissoit que de répondre au Probléme de mon *Frére*, & qu'il n'étoit pas question de pousser ma découverte plus avant. Mais s'il avoit voulu lire ce que je dis à la page 818, où je la donne pour generale, il auroit pû se passer de son injuste *peut-être* & suspendre le jugement qu'il tire de ses fausses conjectures.

Voilà, Monsieur, tout ce que j'ai pû remarquer à la hâte dans la Lettre de mon *Frére* : touchons un peu à l'avis qui la suit immédiatement. Il me reproche d'abord que je me vante de n'avoir *emploïé que trois minutes de temps pour tenter, commencer, & achever d'approfondir tout le mystère*. Qu'il prenne la peine de reflêchir un peu sur ce que ces Problémes, publiés dans les *Actes de Leipsic* au mois de *Mai* 1697, ne sont venus à ma connoissance que sur la fin du même mois ; que ma Lettre assez longue, écrite à l'Auteur de l'*Histoire des Ouvrages des Savans*, s'y trouve inserée au mois de *Juin* suivant ; que l'Auteur l'a retardée, à cause de la Figure qu'il y faloit faire graver ; & que sans cela ma Lettre auroit paru dès le même mois de *Mai*, ainsi que l'Auteur

Num. LXXXIX lui-même me l'a écrit : combien de temps me restoit-il donc, pour y avoir pû penser ? Si mon *Frére* veut considerer tout cela, il trouvera, sans doute, qu'il n'y a point de gasconade si palpable qu'il semble penser dans ce que j'ai dit ; du moins il verra qu'il s'en faut bien que je n'y aye employé les trois mois qu'il m'avoit accordés. Mais ce sont choses differentes, que d'inventer une méthode, & la mettre en pratique, ou d'en faire le calcul : il est quelquefois facile de trouver une méthode, dont l'analyse devient pourtant très-pénible & très-prolixe. Je dis donc à mon *Frére* que j'ai bien repassé, & plus d'une fois, sur ma méthode, parce qu'il s'agit là d'examiner s'il n'y a point de faux raisonnement, mais de repasser sur la solution ou sur l'analyse, comme c'est l'affaire d'un écolier que d'examiner s'il n'y a point de faute de calcul, il n'est pas besoin que je m'en mette en peine, me fiant entiérement à ma méthode ; outre que je soutiens, comme tout le monde le peut voir, que ce qui concerne l'arc BF n'est qu'une partie disjonctive, & non copulative de ce qu'il a demandé. Mais qu'il examine bien sa solution ; peut-être que si elle est differente de la mienne, [ce que je ne sais pas encore] c'est elle qui est fausse : il n'est pas infaillible. Il commence dans cet Avis d'admettre tout ; il n'y a plus que l'égalité $dv = ddy : (dt^2 - dy^2)$ qui lui fasse de la peine. Si par hazard sa solution touchant la simple puissance de l'arc BF ou de t, consiste en cette égalité $a^m y = t^{m+1}$, laquelle donneroit une construction de la courbe fort aisée ; qu'il sache que sa solution seroit absolument fausse. Quoi qu'il en soit, j'ai bien de la joye de ce qu'enfin il veut bien accepter l'arbitrage de Mr. LEIBNITZ ; je suis aussi content de celui de Mr. le *Marquis de* L'HOSPITAL, & de celui de Mr. NEWTON : s'il avoit accepté plûtôt cet expédient, il auroit pû éviter bien d'inutiles débats. Il y a long-temps que j'ai envoyé en dépôt à Mr. LEIBNITZ toutes mes solutions avec mon analyse, * & mes méthodes tant directes qu'indirectes, lesquelles il a fort approuvées & louées ; bien loin d'y trouver ces sortes de faussetés, qui en se redressant font rencontrer la vérité. Je prie donc mon *Frére* d'envoyer aussi incessamment les siennes, tant méthode que solution & analyse, à Mr. LEIBNITZ, lequel les rendra publiques toutes à la fois, afin que nos Lecteurs, sur tout Messieurs nos Juges, puissent les confronter, les examiner, & en juger. Demeurons-en là donc, & que mon *Frére* se taise jusqu'à-ce que nos solutions & nos méthodes aient paru : aussi n'accepterai-je plus rien de lui, à moins qu'il n'ait livré les siennes à Mr. LEIBNITZ, & qu'elles soient publiées avec les miennes en même temps, & en même lieu. La justice demande aussi que son ami inconnu remette le prix entre les mains

* Voiez le N°.

mains de quelqu'un de nos Juges; & il le fera, s'il eſt homme de bien & d'honneur. J'ai déja dit, & je le dis encore, que je n'y prétends rien; mais les pauvres y prétendent. Num. LXXXIX

Quant aux nouveaux Problémes, que je lui ai propoſés, mon *Frére* dit que cet Inconnu eſt homme à les reſoudre, & me conſeille [ſi je ſuis ſage] d'en demeurer là, & de ne le pas pouſſer davantage. Je ſuis obligé à mon *Frére* de ce conſeil : mais il me permettra de dire, que cet Inconnu [quel qu'il ſoit] eſt très peu ſage de n'avoir pas accepté un défi auſſi avantageux pour lui que le mien, s'il eſt vrai qu'il ſoit ſi habile homme, & qu'il en ait déja trouvé les ſolutions, comme mon *Frére* nous l'aſſure.

P. S. *Du 4 Octobre, reçu entre le 14 & le 20.*

Comme je n'ai jamais ſoutenu, que *la figure d'entre les Iſopérimétres, dont le centre de gravité eſt le plus éloigné de l'axe, & celle d'un linge rempli de liqueur, ſoient une même figure*; Je ne vois pas pourquoi mon *Frére* s'écrie en l'air, & s'efforce tant pour prouver leur diverſité : cependant il ne m'a pas falu tant de loiſir pour trouver celle-là; la voici cachée [à l'exemple de mon *Frére*] ſous cette anagramme.

$a^8\ b\ c^2\ d^3\ e^8\ i^7\ l^2\ m\ o^2\ p^2\ q^3\ r^5\ s^7\ t^6\ v^9\ x^2\ y.$ †

Dont je donnerai la clef après la déciſion de nôtre differend, quand mon *Frére* aura donné la ſienne. Pour cet effet, [à moins que mon *Frére* ne veuille faire trainer ce procès en longueur,] il me ſemble qu'il vaudroit mieux le remettre au ſeul arbitrage de Mr. LEIBNITZ, ou d'un autre, ſi ce grand homme, tout déſintéreſſé qu'il eſt, lui paroit ſuſpect. Pour lui ôter toute excuſe & tout ſoupçon de colluſion, je m'engage à deux choſes très-avantageuſes pour lui : la premiére, que je m'en tiendrai à la déciſion de Mr. LEIBNITZ, quand même il décideroit contre moi : la ſeconde, qu'en cas qu'il décidât en ma faveur, & que mon *Frére* ne s'en trouvât pas ſatisfait, je lui permettrai d'en appeller au jugement de Mr. le *Marquis de* L'HOSPITAL & de Mr. NEWTON, tant s'en faut que je les recuſe. Voilà deux articles que mon *Frére* acceptera infailliblement, s'il ne craint déja pour ſa cauſe. N'eſt-ce pas aſſez de condeſcendance, que de me priver de mon droit d'appeller pour le ceder entiérement à mon *Frére* ?

† Le ſens de cette anagramme eſt celui-ci : *Si ſpatium curvæ quæſitæ vocetur* r, *erit poſitis* dt *æqualibus* dy *æquale* x ∫ r d x.

N°. XC.

POSITIONUM
DE
SERIEBUS INFINITIS,
EARUMQUE USU

In quadraturis Spatiorum & rectificationibus Curvarum,

PARS QUARTA,

Quam

Præside

JACOBO BERNOULLI,
Math. P. P.

defendit

NICOLAUS HARSCHERUS Magist. Cand.

Ad diem 16 Decemb. M. DC. XCVIII.

Edita primum

BASILEÆ,

1698.



POSITIONUM DE SERIEBUS INFINITIS

No. XC.

Pars Quarta.

PROP. XLVII.



ATO Numero invenire Logarithmum per seriem [Fig. 1].

Intelligatur super axe SAσ curva quædam CBx, ejus naturæ, ut abscissæ AR, AS [Aρ, Aσ] crescant arithmetice, dum applicatæ RE, SC [$\rho\epsilon$, σx] crescunt vel decrescunt geometrice, hoc est, ut istæ sint ut Numeri, dum illæ sunt ut Logarithmi. Vocabitur hæc Curva *Logarithmica*, cujus hæc est proprietas, ostenden-

No. XC. te Acut. LEIBNITIO in *Act. Lips.* 1684, p. 473, ut Subtangentes ejus omnes AK, RN, $\rho\nu$ sint æquales. Applicetur in A recta AB, & sumto quovis in curva puncto E [ϵ], ducatur recta EI [$\epsilon\iota$] parallela axi SA; vocceturque AB, 1; BI [Bι], x; adeoque AI [Aι], seu RE [$\rho\epsilon$], $1 \mp x$; nec non AR [Aρ] y, & constans curvæ subtangens b. Dato itaque numero RE [$\rho\epsilon$] ejus logarithmus AR [Aρ] sic invenitur. Quoniam ex natura generali curvarum, elementum applicatæ EF [$\epsilon\varphi$] dx, est ad elementum abscissæ FG [$\varphi\gamma$] dy, sicut applicata RE [$\rho\epsilon$] $1 \mp x$, ad curvæ subtangentem RN [$\rho\nu$] b, habebitur $dy = bdx : (1 \mp x) =$ [fractione in seriem resoluta per XXXVI & XXXVIII] $bdx \pm bxdx + bxxdx \pm bx^3dx + bx^4dx \pm bx^5dx$ &c. ideoque facta summatione, y, hoc est, AR [Aρ] $= bx \pm \frac{1}{2}bx^2 + \frac{1}{3}bx^3 \pm \frac{1}{4}bx^4 + \frac{1}{5}bx^5 \pm \frac{1}{6}bx^6$ &c. quæ insuper in casu speciali BI [Bι] = BA = BD, seu $x = 1$, fit $b \pm \frac{1}{2}b + \frac{1}{3}b \pm \frac{1}{4}b + \frac{1}{5}b \pm \frac{1}{6}b$ &c.

COROLL. 1. Identitas hujus Seriei cum illa, quam supra Prop. XLII*, pro spatio Hyperbolico quadrando reperiimus, de mutua dependentia & affinitate inter Hyperbolam & Logarithmos nos admonet, perspicuumque facit, quod sumtis in utraque Fig. 1ª. Nr. LXXIV & 1ª. hujus, ipsis BI [Bι] æqualibus, spatium Hyperbolicum CBIO [CBιo] æquetur rectangulo sub unitate AB & logarithmo AR [Aρ]. Unde porro infertur, quod sumtis utrobique AB, Aι, AD, hoc est, AB, $\rho\epsilon$, $\sigma\varkappa$ continue proportionalibus, quo casu ex natura Logarithmicæ Aσ dupla fiet ipsius Aρ, spatium Hyperbolicum CBDQ duplum quoque fit ipsius CBιo, indeque CBιo, $o\iota$DQ spatia futura sint æqualia.

COROLL. 2. Quoniam evidens est, existente BI = AB, hoc est, evanescente AI seu RE, logarithmum AR reddi infinitum; sequitur & seriem harmonicam logarithmum hunc exprimentem, $b + \frac{1}{2}b + \frac{1}{3}b + \frac{1}{4}b + \frac{1}{5}b$, &c. talem esse; unde denuo veritas Prop. XVI † constat.

COROLL.

* Pag. 755. & seq. † No. XXXV. pag. 392. seq.

Coroll. 3. Dato quovis logarithmo, puta binarii, determinari potest ex illo curvæ subtangens b; cum enim posita BD $= 1 =$ AB, adeoque AD $= \sigma x = 2$, ostensum sit $A\sigma$ log-mum binarii esse $= b - \frac{1}{2}b + \frac{1}{3}b - \frac{1}{4}b$ &c. $= b$ in $(1 - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4}$ &c.$)$ erit vicissim $b =$ Log. $2 : (1 - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4}$ &c.$)$ (*). No. XC.

XLVIII.

Dato Sinu complementi reperire Logarithmum Sinus recti per seriem.

In eadem Figura, centro A per B descriptus esto circuli quadrans $BH\sigma$, quem producta EI secet in H, erit AI, seu RE, sinus arcus $H\sigma$, & AR ejus logarithmus, existente videlicet radii AB, seu unitatis, logarithmo $= 0$. Ponatur sinus complementi IH $= x$, ut fiat sinus rectus AI, seu RE, $= \surd(1 - xx)$, ejusque elementum EF $= -xdx : \surd(1 - xx)$, erit, ex natura generali curvarum, EF $[-xdx : \surd(1 - xx)]$ ad FG, elementum log-mi AR; ut RE $[\surd(1 - xx)]$ ad subtangentem logarithmicæ RN, quæ sit 1; adeoque FG $= -xdx : (1 - xx) =$ [per XXXVI] $-xdx - x^3dx - x^5dx - x^7dx$ &c. Quare summando, fient omnia FG, seu log-mus AR $= -\frac{1}{2}x^2 - \frac{1}{4}x^4 - \frac{1}{6}x^6 - \frac{1}{8}x^8 - \frac{1}{10}x^{10}$, &c. negativus scilicet, quia numerus ejus RE minor est unitate AB; at si fiat positivus $\frac{1}{2}x^2 + \frac{1}{4}x^4 + \frac{1}{6}x^6 + \frac{1}{8}x^8$ &c. hoc est, si AR transferatur ex altera parte in $A\rho$, erit is proprie logarithmus rectæ $\rho\varepsilon$, id est [ex natura log-morum] tertiæ proportionalis ad ipsum sinum RE & radium AB; qui tamen log-mus immediate quoque reperiri potuisset ex valore numeri sui $\rho\varepsilon = 1 : \surd(1 - xx)$.

Idem etiam D. Leibnitius *Act. Lips.* 1691, p. 180, eleganter hoc modo:

(*) Atque hinc supputare licet subtangentem Logarithmicæ, ad quam constructæ sunt Tabulæ vulgo extantes, seu Tabulæ Logarithmorum *Briggianorum*, esse 0. 43429448 1903, &c. posito Logarithmo denarii $= 1$.

$$\text{Log.}(1-x) = -y = -x - \tfrac{1}{2}x^2 - \tfrac{1}{3}x^3 - \tfrac{1}{4}x^4 - \tfrac{1}{5}x^5 - \tfrac{1}{6}x^6 \text{ \&c.}$$
$$\text{Log.}(1+x) = +y = +x - \tfrac{1}{2}xx + \tfrac{1}{3}x^3 - \tfrac{1}{4}x^4 + \tfrac{1}{5}x^5 - \tfrac{1}{6}x^6 \text{ \&c.}$$
per præc.

$\text{Log.}(1-xx) =$ [ex nat. log.]
$$\text{Log.}(1-x) + \text{log.}(1+x) = -x^2 - \tfrac{1}{2}x^4 - \tfrac{1}{3}x^6 \text{ \&c.}$$
$$\text{Log.}\sqrt{(1-xx)} = \tfrac{1}{2}\text{log.}(1-xx) = -\tfrac{1}{2}x^2 - \tfrac{1}{4}x^4 - \tfrac{1}{6}x^6 \text{ \&c.}$$

COROLL. Posito sinu complementi HI hujus fig. = BI vel B*ι* fig. 1ᵃ Ni. LXXIV, æquabitur rectangulum sub logarithmo sinus recti AR & radio AB, dimidio excessui, quo spatium Hyperbolicum CBIO superat alterum CB*ιo*. Patet ex Cor. 1. XLII *, ubi CBIO — CB*ιo* serie præsentis dupla expressum legitur. Cæterum moneri potuisset ibi, quod sumta z tertia proportionali ad 1 & x, seu posita $z = xx$, series illa convertatur in aliam $z + \tfrac{1}{2}z^2 + \tfrac{1}{3}z^3 + \tfrac{1}{4}z^4$, &c. qua quoque spatium Hyperbolicum, puta CBGM, existente BG = z vel xx, innuitur. Hinc enim patet, quod CBIO — CB*ιo* = CBGM; & CBIO — CBGM seu MGIO = CB*ιo*; adeoque [cum his positis, AI $(1-x)$ sit ad AG $(1-xx)$ sicut AB (1) ad A*ι* $(1+x)$], quod sumtis AI, AG, AB, A*ι* utcunque proportionalibus, spatia segmentis IG, B*ι* insistentia semper futura sunt æqualia.

XLIX.

Applicatam curvæ Catenariæ exhibere per seriem.

Esto Curva $\mu B \lambda$, quam Catena ab extremitatibus suis libere suspensa proprio pondere format, dicta *Catenaria*; cujus centrum A; vertex B, axis ABD, parameter AB = 1, abscissa A*ι* = z, & applicata $\iota\lambda$ vel $\iota\mu = y$. Constat ex iis, quæ *Act. Lips.* 1691, p. 274, &c. (b) hac de curva memoriæ prodita leguntur, elemen-

* Pag. 757.

(b) Ostensum est No. XXXIX. pag. 426, posita AB = a, & B*ι* = x, esse $dy = adx : \sqrt{(xx + 2ax)}$. Pro B*ι* [$x$] scribe A*ι* — AB [$z - a$], & erit $dy = adz : \sqrt{(zz - aa)} = dz : \sqrt{(zz - 1)}$ ubi statuitur $a = 1$.

mentum applicatæ dy esse $= dz : \sqrt{(zz - 1)}$. Hinc ad tollendam surditatem pono $\sqrt{(zz - 1)} = t - z$; unde fit $z = (tt + 1) : 2t$, $dz = (tt - 1) dt : 2tt$, $\sqrt{(zz - 1)} = t - z = (tt - 1) : 2t$, ac denique $[dy]\ dz : \sqrt{(zz - 1)} = dt : t$. Quam porro fractionem ut in seriem convertam, facio denominatorem bimembrem, substituendo $1 + x$ loco t, & dx loco dt; eritque $dt : t$ seu $dy = dx : (1 + x) =$ [per XXXVII] $dx - xdx + xxdx - x^3dx + x^4dx$ &c. unde omnia dy, seu y, $= x - \frac{1}{2}x^2 + \frac{1}{3}x^3 - \frac{1}{4}x^4 + \frac{1}{5}x^5$ &c. Quoniam autem $z = (tt + 1) : 2t$, hoc est, $tt = 2zt - 1$, & t seu $1 + x = z + \sqrt{(zz - 1)}$, prodibit $x = z - 1 + \sqrt{(zz - 1)} =$ [facta $\iota D = \sqrt{(zz - 1)}$] $B\iota + \iota D = BD$; igitur data $A\iota$, z, dabitur BD, x, indeque $\iota\lambda$, seu y, per seriem. No. XC.

COROLL. Ex serie inventa collata cum Prop. XLVII, liquet, y esse logarithmum numeri x; unde data Logarithmica $\varkappa BC$, cujus subtangens $= AB = 1$, puncta Catenariæ reperire proclive. Cum enim z, hoc est, $A\iota$ vel $\sigma\lambda$ [$S\mu$] $= (tt + 1) : 2t = \frac{1}{2}t + 1 : 2t$, patet, abscissis hinc inde logarithmis æqualibus $A\sigma$ [AS] ordinatam Catenariæ $\sigma\lambda$ [$S\mu$] semissem esse oportere summæ duarum ab AB æquidistantium ordinatarum Logarithmicæ $\sigma\varkappa$ & SC, quarum illa $= AD = t$, hæc ex natura Logarithmicæ $= 1 : t$. Atque in hoc ipso consistit elegantissima hujus Curvæ constructio *Leibnitiana*, quam videsis in *Act. Lips.* 1691, p. 277, seqq.

L.

Datis Latitudine loci alicujus in curva Loxodromica & angulo Rhumbi cum Meridiano; exhibere Longitudinem loci per seriem. [Fig. 2.]

Lineam Rhumbicam seu Loxodromicam vocant Nautæ, quam navis secundum eundem venti rhumbum constanter incedens in superficie Globi Terr-aquei describit; adeoque curva est, quæ omnes Meridianos eodem angulo obliquo intersecat. Incipit hæc in Æquatore, indeque versus alterutrum Polorum oblique recedendo, tandem in ipsum Polum, quem infinitis gyris ambit, desinit.

No. XC. Sunto in Fig. 2. finus totus, idemque & radius Æquatoris, AC $= 1$, BCD Meridianus, B & D Poli, tangens anguli rhumbici $= t$, H punctum in Loxodromica, ejus Latitudo HC, finus Latitudinis AE, & finus complementi HE, qui vocetur z, Longitudo vero seu arcus Æquatoris inter Meridianum loci H & principium Loxodromicæ interceptus dicatur x. His positis, per illa quæ in *Act. Lips.* 1691, p. 284, * ostensa sunt, invenitur elementum Longitudinis $dx = -tdz : z\sqrt{(1-zz)}$; ad cujus tentandam reductionem pono primo $z = 1 : p$, unde fit $dz = -dp : p^2$, $dz : z = -dp : p$, $\sqrt{(1-zz)} = \sqrt{(pp-1)} : p$, & denique $[dx] - tdz : z\sqrt{(1-zz)} = tdp : \sqrt{(pp-1)}$. Porro quidem memini, ejusdem formæ fuisse elementum Catenariæ in præcedente: pergo ponere sicut ibi, $\sqrt{(pp-1)} = p - q$ indeque elicio $[dx]$ $tdp : \sqrt{(pp-1)} = -tdq : q$, ac rursum statuendo $q = 1 - r$ tandem obtineo $[dx] - tdq : q = tdr : (1-r)$; quæ quidem quantitas etiam immediate elici potuisset ex quantitate $-tdz : z\sqrt{(1-zz)}$, si statim fecissem $z = (2 - 2r) : (2 - 2r + rr)$; at in tales hypotheses incidere sæpenumero difficile est, nisi jam usu compertum habeatur, quæ formulæ in quas transformari possint. Nota, $r = \mathrm{AC} - \mathrm{BI}$, excessui nempe radii supra tangentem semissis complementi Latitudinis puncti H; etenim supposita $\mathrm{BI} = 1 - r$, ductaque recta BH, cum similia sint triangula HEB, ABI, erit HE $[z]$ ad EB $[1 - \sqrt{(1-zz)}]$ ut AB $[1]$ ad BI $[1-r]$; unde resultat $z = (2 - 2r) : (2 - 2r + rr)$, ut oportet. Conversa autem, per XXXVI inventa quantitate $tdr : (1-r)$ in seriem, habetur $dx = tdr + trdr + trrdr + tr^3dr$ &c. & facta summatione $x = tr + \frac{1}{2}trr + \frac{1}{3}tr^3 + \frac{1}{4}tr^4$ &c. Patet igitur, quomodo ex data tangente semissis complementi Latitudinis inveniatur Longitudo.

Sciendum autem, elementum Longitudinis $-tdz : z\sqrt{(1-zz)}$ adhuc aliter posse reduci, statuendo nempe $\sqrt{(1-zz)} = y$; hinc enim fit $z = \sqrt{(1-yy)}$, $dz = -ydy : \sqrt{(1-yy)}$ & $[dx] - tdz : z\sqrt{(1-zz)} = tdy : (1-yy) =$ [per XXXVI]

* No. XLII. pag. 444. & seq.

XXXVI] $tdy + tyydy + ty^4dy + ty^6dy$ &c. ac denique omnia dx, No. XC. seu $x = ty + \frac{1}{3}ty^3 + \frac{1}{5}ty^5 + \frac{1}{7}ty^7$ &c. ubi perspicuum est, y seu $\sqrt{(1 - zz)} =$ AE sinui recto arcus HC; unde constat ratio definiendi etiam quæsitum ex sinu recto Latitudinis, quemadmodum fecit Dn. LEIBNITIUS *Act. Lipf.* 1691, p. 181. Et patet, si in calculo, per quem ad initio memoratam æquationem $dx = -tdz : z\sqrt{(1 - zz)}$ perveni, loco quantitatis indeterminatæ ipsum sinum rectum AE præ sinu complementi HE selegissem, me statim ad alteram æquationem immediate in seriem convertibilem $dx = tdy : (1 - yy)$ perventurum fuisse. Cæterum ex eo, quod duæ inventæ series eandem quantitatem x denotant, obiter concludimus, quod si in circulo sinus cujuslibet arcus AE dicatur y, & AC — BI excessus radii supra tangentem semissis complementi vocetur r, perpetuo futurum sit $y + \frac{1}{3}y^3 + \frac{1}{5}y^5$ &c. $= r + \frac{1}{2}r^2 + \frac{1}{3}r^3$ &c. Notamus etiam, si locus H sit in ipso Polo, quo casu $r = 1 = y$, fore $x = t + \frac{1}{3}t + \frac{1}{5}t + \frac{1}{7}t$ &c. vel $= t + \frac{1}{2}t + \frac{1}{3}t$ &c. quarum serierum summæ, cum sint infinitæ per XVI, docent Longitudinem loci H quoque infinitam esse, adeoque, quod dixi, curvam Loxodromicam infinitis Polum gyris ambire, priusquam in ipsum incidat.

COROLL. 1. Si in eadem Loxodromica, præter locum H, alius sit locus notæ Latitudinis, cujus sinus rectus $= v$, & excessus radii supra tangentem semissis complementi $= s$, erit similiter ejus longitudo $= t \times (v + \frac{1}{3}v^3 + \frac{1}{5}v^5$ &c.) vel $= t \times (s + \frac{1}{2}s^2 + \frac{1}{3}s^3$ &c.) adeoque differentia longitudinum utriusque loci erit utriusque seriei differentia, nempe $t \times (y \backsim v + \frac{1}{3}(y^3 \backsim v^3) + \frac{1}{5}(y^5 \backsim v^5)$ &c.) vel $t \times (r \backsim s + \frac{1}{2}(r^2 \backsim s^2) + \frac{1}{3}(r^3 \backsim s^3)$ &c.). Hinc si in alia quadam Loxodromica duo concipiantur loca Latitudine cum prioribus convenientia, erunt, manentibus y & v, vel r & s iisdem, differentiæ Longitudinum ut tangentes angulorum, quos Rhumbi faciunt ad Meridianos. Vid. *Act. Lipf.* 1691, p. 182, & 285 *.

COROLL. 2. Ex collatione harum serierum cum seriebus Propp.

* N°. XLII, pag. 445.

No. XC. Propp. XLII †, XLVI *, & XLVII, liquet Problematis convenientia cum quadratura Hyperbolæ & logarithmis. Speciatim notamus, quod existente subtangente Logarithmicæ $= t$, quæsita Longitudo puncti H sit ipse logarithmus rectæ $1 - r$, seu BI, ut patet ex XLVII; vel etiam [cum D. Leibnitio loc. cit.] semissis Log-mi quantitatis $(1+y):(1-y)$, seu DE:EB, quod sic ostenditur:

$$\left.\begin{array}{l}\text{Log.}(1+y) = +ty - \tfrac{1}{2}tyy + \tfrac{1}{3}ty^3 - \tfrac{1}{4}ty^4 + \tfrac{1}{5}ty^5 - \tfrac{1}{6}ty^6 \,\&c. \\ \text{Log.}(1-y) = -ty - \tfrac{1}{2}tyy - \tfrac{1}{3}ty^3 - \tfrac{1}{4}ty^4 - \tfrac{1}{5}ty^5 - \tfrac{1}{6}ty^6 \,\&c.\end{array}\right\} \text{per XLVII.}$$

$$\text{Log.}((1+y):(1-y)) =$$

$$\text{Log.}(1+y) - \text{log.}(1-y) = 2ty + \tfrac{2}{3}ty^3 + \tfrac{2}{5}ty^5, \&c.$$

Coroll. 3. Data Longitudine & Latitudine loci, dabitur angulus rhumbi cum Meridiano; cum enim $x = t \times (r + \frac{1}{2}rr + \frac{1}{3}r^3 \,\&c.) = t \times (y + \frac{1}{3}y^3 + \frac{1}{5}y^5 \,\&c.)$ erit $t : 1 = x : r + \frac{1}{2}rr + \frac{1}{3}r^3$ &c. vel $y + \frac{1}{3}y^3 + \frac{1}{5}y^5$, &c. id est, tangens anguli quæsiti ad sinum totum, ut arcus longitudinis ad log-mum BI, vel semissem log-mi (DE:EB); adeoque per *Coroll.* 1 hujus, ut differentia duarum longitudinum ad differentiam duorum Log-morum BI, vel semi-differentiam duorum DE:EB. Intellige hic logarithmos acceptos in Curva, cujus subtangens $=$ radio $= 1$. Nota, si desideretur angulus Loxodromicæ, quæ non nisi post unam pluresve integras revolutiones in datum locum perducat, augendus est arcus differentiæ Longitudinum integra peripheria Æquatoris ejusve multiplo.

Scholion. Ex hactenus dictis expeditus habetur modus construendi *Scalam* quandam *Loxodromicam*: Esto in Fig. 1 huj. BMσ circumferentia Æquatoris in gradus suos & graduum minutias divisa; hæc extendatur in rectam AS axem Logarithmicæ CBx, ejusque divisionibus ordine ab A adscribantur gradus Longitudinum

† Pag. 755. seq. * Pag. 762. seq.

dinum: tum sumto indefinite in circumferentia hac puncto M, bisectoque arcu $M\sigma$ per rectam AT occurrentem tangenti σx in T, ducatur ex T recta TE axi AS parallela, secans Logarithmicam in E; ac denique ex E demittatur in axem perpendicularis ER; punctoque R adscribatur numerus graduum in arcu BM: sic habebuntur etiam gradus Latitudinum; parataque erit Scala Loxodromica, quæ primario inserviet rhumbo, cujus anguli tangens æquatur subtangenti Logarithmicæ ([c]). Numeri enim graduum cujusvis datæ Latitudinis in Scala statim a latere aspectui offerunt respondentes Longitudinis gradus. Eadem tamen etiam cuilibet rhumbo prodesse poterit, si fiat per *Coroll.* 1 hujus, ut subtangens Logarithmicæ, e qua Scala constructa est, ad anguli rhumbici tangentem, sic Longitudo vel differentia Longitudinum per Scalam inventa ad Longitudinem vel differentiam Longitudinum quæsitam ([d]): adeo ut Scala ejusmodi in usum Nauta- No. XC.

([c]) Nam, quia $dx = tdr : (1 - r)$, seu $x : t = -\log. (1 - r)$, vel $N (x : t) = 1 - r$, ubi x est arcus longitudinis, & $1 - r$ tangens semissis complementi latitudinis, veluti σT vel RE, si latitudo sit BM; erit, posita t tangente anguli rhumbici æquali subtangenti logarithmicæ, $Nx = $ RE. Sed RE numerus est cujus AR logarithmus. Igitur AR $= x =$ arcui longitudinis respondentis latitudini BM. Itaque ascribatur puncto R numerus graduum arcus BM, & habebitur Scala loxodromica pro rhumbo, cujus anguli tangens t æqualis est subtangenti logarithmicæ.

([d]) Quamobrem Canon jam supputatus Tangentium artificialium, seu Logarith. Tangent. erit Scala loxodromica numerica, pro angulo rhumbico, cujus tangens est 0. 4342944; hæc enim est subtangens logarithmicæ ad quam computatus est Canon *Briggianus* (Not. a, pag. 853). Sed unitates hujus Canonis sunt radii partes centies centum millesimæ, seu 0. 0000001. Quamobrem si velis unitates exprimere gradus, [sic enim partes peripheriæ exprimi solent], aut quod satius est, si velis Tangentes artificiales, resectis ad dextram quinque notis, exprimere gradus, quoniam gradus unus est radii pars 0. 00174533 &c. augenda est Tangens anguli rhumbici 0. 4342944, in ratione 0. 001 ad 0. 00174533 &c. & habebis 0. 7579869, quæ tangens est anguli 37°. 9'. 42". At si velis, quod magis usitatum est, Tangentes artificiales, resectis ad dextram quatuor notis, exprimere minuta

No. XC. Nautarum Circino proportionis insculpta, & lineæ partium æqualium, quæ Longitudinum gradus repræsentarent, juxta posita, Instrumentum foret omnium forsan, quæ Nautæ hactenus tractarunt, compendiosissimum & utilissimum. Sed de his satis. ([d]).

MONITUM.

ANTEQUAM pergamus, Lector advertere potest, quod hucusque in differentialium summatione pro quovis elemento semper ejus integrale purum seu absolutum substituimus, velut x *pro* dx, $\frac{1}{2}$xx *pro* xdx *&c. At scire ipsum volumus, hoc minime esse perpetuum; quanquam enim una eademque quantitas* x *non nisi unum habeat differentiale* dx, *idem tamen differentiale* dx *infinita habet integralia, unum quidem purum* x, *reliqua admistione quantitatum constantium affecta* x + a, x — b *&c. quorum in summationis negotio, pro re nata, nunc hoc, nunc illud seligendum est, neque adeo sine præsenti hallucinationis periculo indiscriminatim semper purum adsumi potest. Restat itaque, ut ad vitandum scopulum, quem communem fere esse video omnibus iis, qui calculum hunc incautius tractant, subjiciamus adhuc ejus rei exemplum in uno alterove Problemate, e cujus enodatione Lectori constare possit, undenam, & quibus criteriis dignoscatur, quid pro quovis semper elemento summando substitui conveniat.*

LI.

Exhibere longitudinem Curvæ Parabolicæ per seriem. [Fig. 3.]

Fingamus BCD curvam esse Parabolam, cujus vertex B, axis BG, latus rectum $= a$, abscissa BG $= x$, applicata GD $= y$, ipsa BCD curva $= s$; proinde elem. FG vel CH $= dx$, DH $= dy$, & CD $[\sqrt{(dx^2 + dy^2)}] = ds$. Erit ex natura curvæ

nauta prima longitudinum; quoniam minutum unum est radii pars 0.0002908882 &c. augenda est tangens anguli rhumbici 0.4342944 in ratione 0.0001 ad 0.000290882 &c. & ea fiet 1.2633114 &c. quæ tangens est anguli 51°. 38'. 9".

([d]) Vide Num. sequentem.

curvæ $ax = yy$; hinc differentiando $adx = 2ydy$, quadrandoque No. XC. $aadx^2$ [$aads^2 - aady^2$] $= 4yydy^2$, & facta transpositione $aads^2 = aady^2 + 4yydy^2$, extractaque tandem radice $ads = dy\sqrt{(aa + 4yy)}$, quæ quantitas est, de qua summanda agitur. Ad surditatem primo eliminandam pono $\sqrt{(aa + 4yy)} = z - 2y$, fiet $aa = zz - 4zy$, & $y = (zz - aa) : 4z$; hinc $dy = (zz + aa) dz : 4zz$, nec non [$z - 2y$] $\sqrt{(aa + 4yy)} = (zz + aa) : 2z$, adeoque [$ads$] $dy \sqrt{(aa + 4yy)} = (z^4 + 2aazz + a^4) dz : 8z^3 =$ [membris separatim positis] $\frac{1}{8} zdz + \frac{1}{4} aadz : z + \frac{1}{8} a^4 dz : z^3$, de quorum nunc summis dispiciendum. Hunc in finem considero relationem, quam habet assumta litera indeterminata z ad ordinatas curvæ nostræ, eamque, ex facta hypothesi $\sqrt{(aa + 4yy)} = z - 2y$, cognosco talem esse, ut existente $y = 0$, z non pariter evanescat, sed sit $= a$, & quod crescente y eo fortius crescere debeat z; quapropter extensa concipiatur ipsa z in recta EK a puncto E, & sit prima EA, quæ nascenti y respondet, $= a$, ultimaque z, quæ respondet ultimæ y, seu applicatæ GD, esto EK. Tum fluere intelligatur ab A ad K indefinita recta AL vel KM, æqualis ubique $\frac{1}{16} zz$ [integrali scilicet puro primi membri $\frac{1}{8} zdz$], minimaque adeo in A & $= \frac{1}{16} aa$; sic ipsum fluentis lineæ incrementum fiet $\frac{1}{8} zdz$, & omnia incrementa quæ capit linea, dum ex A movetur in K, repræsentabunt omnia $\frac{1}{8} zdz$, quæ ordinatis y a minima [o] ad ultimam [GD] ordine respondent, hoc est quæ pertinent ad curvæ parabolicæ portionem rectificandam BD. Constituunt autem omnia illa incrementa, ut liquet, non integram KM [$\frac{1}{16} zz$] sed excessum tantum ejus supra rectam AL [$\frac{1}{16} aa$] hoc est, KM $-$ AL seu $\frac{1}{16}(zz - aa)$. Integrale igitur primi membri $\frac{1}{8} zdz$, quod huc quadrat, est $\frac{1}{16}(zz - aa)$. Similiter pro integrando tertio membro $\frac{1}{8} a^4 dz : z^3$, fingo z extendi in recta NP a puncto N, primamque quæ nascenti y respondet esse NO $= a$, & quæ respondet ultimæ, NP; hinc fluere concipio ab O versus P quantitatem $\frac{1}{16} a^4 : zz$, seu integrale purum ipsius $\frac{1}{8} a^4 dz : z^3$, puta rectam OR vel PQ, quæ proin maxima erit in O & $= \frac{1}{16} aa$, indeque versus P decrescet; decrementa itaque, quæ patitur linea

No. XC. OR, quouſque pervenit in PQ, denotabunt omnia elementa $\frac{1}{8}a^4dz : z^3$, quæ portioni curvæ parabolicæ BD reſpondent: ſed omnia illa decrementa, ut apparet, non efficiunt rectam PQ ſeu $\frac{1}{16}a^4 : zz$, verum potius OR — PQ ſeu $\frac{1}{16}aa - \frac{1}{16}a^4 : zz$; quapropter integrale tertii membri $\frac{1}{8}a^4dz : z^3$ huc pertinens $= \frac{1}{16}(aa - a^4 : zz)$, ſummaque adeo primi & tertii $[\int\frac{1}{8}zdz + \int(\frac{1}{8}a^4dz : z^3)] = \frac{1}{16}(zz - aa) + \frac{1}{16}(aa - a^4 : zz) = \frac{1}{16}(z^4 - a^4) : zz$.

Reſtat intermedium adhuc membrum expediendum $\frac{1}{4}aadz : z$. Hoc cum abſolute ſummari nequeat, in ſeriem converto, ponendo prius $z = a + t$, ut denominator fiat bimembris; hinc enim fit $\frac{1}{4}aadz : z = \frac{1}{4}aadt : (a + t) =$ [per XXXVII] $\frac{1}{4}adt - \frac{1}{4}tdt + \frac{1}{4}ttdt : a - \frac{1}{4}t^3dt : aa$ &c. & facta ſummatione, $\int(\frac{1}{4}a^2dz : z) = \frac{1}{4}(at - \frac{1}{2}tt + \frac{1}{3}t^3 : a - \frac{1}{4}t^4 : a^2 + \frac{1}{5}t^5 : a^3$ &c.) Nota, quod hic pro quolibet ſeriei termino ſubſtituam ejus integrale purum, quoniam ex æquatione $z = a + t$ colligo, quod exiſtente $z = a$ [hoc eſt $y = 0$], ipſa t, ut & quantitates fluentes omnes, $\frac{at}{4.1}$, $\frac{tt}{4.2}$, $\frac{t^3}{4.3a}$ &c. quoque ſint $= 0$, id eſt, quod hæ a 0 fluere ſeu incrementa ſumere occipiant; hinc enim manifeſte liquet, omnia ipſarum crementa, nempe omnia $\frac{1}{4}adt$, $\frac{1}{4}tdt$ &c. ipſis quantitatibus ultimis $\frac{1}{4}at$, $\frac{1}{8}tt$ &c. æqualia fore. Quod idem quoque, ſi quis examinet, in omnibus præcedentium Propp. exemplis contingere obſervabit, indeque concludet, recte a nobis factum, quod ibidem inter ſummandum pura ſemper integralia aſſumſerimus, tametſi ejus rei rationem diſerte non adjecerimus. Sed revertamur ad propoſitum: Inventa ſumma medii membri $\frac{1}{4}aadz : z$, ſi reliquorum ſummæ ſupra repertæ adjiciantur, emergit ſumma omnium $\int\frac{1}{8}zdz + \int(\frac{1}{4}aadz : z) + \int(\frac{1}{8}a^4dz : z^3)$, hoc eſt, $as = \frac{1}{16}(z^4 - a^4) : zz + \frac{1}{4}(at - \frac{1}{2}tt + \frac{1}{3}t^3 : a - \frac{1}{4}t^4 : a^2$ &c.) & facta diviſione per a, longitudo curvæ s ſeu BD $= \frac{1}{16}(z^4 - a^4) : azz + \frac{1}{4}(a - \frac{1}{2}tt : a + \frac{1}{3}t^3 : a^2 - \frac{1}{4}t^4 : a^3$ &c.) quæ denique poſita $a = t = 4$, & $z = a + t = 8$, fit $\frac{15}{16} + 1 - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4} + \frac{1}{5}$ &c. unde cum ſit hoc caſu $y = \frac{1}{4}(zz - aa) : z = \frac{3}{2}$, & $x = yy : a = \frac{9}{16}$, ſequitur, quod exiſtente latere recto Parabolæ

Parabolæ 4; & abſciſſa BG $\frac{9}{16}$, aut applicata GD $\frac{3}{2}$, longitudo No. XC.
curvæ parabolicæ BD æquetur $\frac{15}{16} + \frac{1}{1} - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4} + \frac{1}{5}$ &c.

COROLL. Ex ſerie collata cum XLII, curvam parabolicam cum ſpatio hyperbolico inter aſymptotas comparandi modus innoteſcit. Sufficit monuiſſe.

LII.

Rectificare Curvam Logarithmicam per ſeriem & aliter. [Fig. 1].

Inſiſtat axi SAσ curva Logarithmica CB$\varkappa$, cujus ordinata AB $= 1$, ſubtangens AK $= b$, alia quævis applicata RE [$\rho\epsilon$] $= z$, ejuſque elementum EF [$\epsilon\varphi$] $= dz$; quæritur rectificatio portionis curvæ BE [Bϵ]? Quoniam, per XLVII, elementum abſciſſæ AR [Aρ], nempe FG [$\varphi\gamma$] $= bdz : z$, erit EG^2 [EF^2 + FG^2] $= dz^2 + bbdz^2 : zz = (zz + bb)\,dz^2 : zz$, indeque elementum curvæ EG [$\epsilon\gamma$] $= dz\sqrt{(zz + bb)} : z =$ [terminis fractionis per $\sqrt{(zz + bb)}$ æque-multiplicatis] $(zzdz + bbdz) : z\sqrt{(zz + bb)} = zdz : \sqrt{(zz + bb)} + bbdz : z\sqrt{(zz + bb)}$, de quorum ſummatione hic quæritur. Prioris membri integrale purum eſt $\sqrt{(zz + bb)}$, quod [ob primam $z = \text{AB} = 1$] inde a $\sqrt{(1 + bb)}$ decreſcere [creſcere] intelligitur ad uſque $\sqrt{(zz + bb)}$; adeo ut omnia ejus decrementa [incrementa] huc quadrantia, ſeu $\int(zdz : \sqrt{(zz + bb)})$ ſint $= \sqrt{(1 + bb)} - \sqrt{(zz + bb)}$ [$\sqrt{(zz + bb)} - \sqrt{(1 + bb)}$] hoc eſt, æqualia differentiæ duarum in B & E [ϵ] tangentium rectarum BK & EN [$\epsilon\nu$]. Poſterioris membri $bbdz : z\sqrt{(zz + bb)}$ integrale, quoniam ita planum non eſt, prævia reductione inveſtigare conor, eaque ſimili huic, qua, ſupra Prop. L, pro curva Loxodromica fui uſus, cum in elementis analogiam quandam obſervem. Pono itaque primo $z = bb : p$, eoque mediante transformo $bbdz : z\sqrt{(zz + bb)}$ in $- bdp : \sqrt{(bb + pp)}$; deinde facio $\sqrt{(bb + pp)} = p + q$, ſive $p = (bb - qq) : 2q$; indeque elicio [$bbdz : z\sqrt{(zz + bb)}$] $- bdp : \sqrt{(bb + pp)} = bdq : q$, quod per XLVII, elementum eſſe cognoſco abſciſſæ cujuſdam in Logarithmica, quam tandem ita determino: Quoniam $p = (bb - qq) : 2q$, & $z = bb : p$,

 fiet

No. XC. fiet $z = 2bbq:(bb - qq)$, sicut vicissim $q = (-bb + b\sqrt{(zz + bb)}):z$; & quia prima $z =$ AB $= 1$, erit quæ huic respondet prima $q = -bb + b\sqrt{(1 + bb)}$. Pro constructione, abscindo in tangente BK partem K$\alpha =$ KA, in ordinata AB partem BV $=$ Bα, & in V statuo VX parallelam ipsi AK; pari modo in tangente $\nu\epsilon$ [idem imaginatione supple in NE] sumo νr $= \nu\rho$, hinc ϵv $= \epsilon$r, & duco vx parallelam $\nu\rho$; quo pacto constat fore VX $=$ primæ $q = -bb + b\sqrt{(1 + bb)}$, & vx $=$ ultimæ $q = (-bb + b\sqrt{(zz + bb)}):z$. Quocirca si ambæ VX & vx, vel etiam loco harum sola quarta proportionalis ad VX, vx & AB [quæ sit SC vel σx] applicetur Logarithmicæ, erit intercepta applicatis VX & vx axis portio, vel etiam ipsis AB, SC [σx] interjecta portio AS [Aσ] [ex natura enim curvæ æqualis utrisque intercipietur] $= \int(bdq:q)$, id est, omnibus $bdq:q$, seu omnibus $bbdz:z\sqrt{(zz + bb)}$, pro portione curvæ BE [Bϵ] rectificanda inservientibus. Et quoniam posita differentia inter AB & SC [σx] $= x$, resegmentum axis AS [Aσ] $= bx \pm \frac{1}{2}bxx + \frac{1}{3}bx^3 \pm \frac{1}{4}bx^4$, &c. per XLVII, erit hujus posterioris membri integrandi $bbdz:z\sqrt{(zz + bb)}$ summa etiam per seriem reperta. Additis itaque amborum summis fient omnia EG [$\epsilon\gamma$], seu longitudo curvæ BE [Bϵ] $= \sqrt{(1 + bb)} \backsim \sqrt{(zz + bb)} + bx \pm \frac{1}{2}bxx + \frac{1}{3}bx^3 \pm \frac{1}{4}bx^4$ &c. $=$ differentiæ tangentium BK & EN [$\epsilon\nu$] una cum resegmento axis AS [Aσ].

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I.

Cum Torcularia nostratia publica, quibus mustum quotannis e racemis exprimitur, consistant in prægrandi arboris trunco propemodum horizontali, cujus una extremitas fulcro firmata premendos racemos excipit, altera perpendiculariter in cochleam feminam excavata est, qua cochleam marem recipit, ingenti inferius sacoma-

te

te humi jacente instructam, & circumagendam, donec sacoma humo levatum fuerit: Quaritur, quid sentiendum de jurgiis inter Dominum racemorum & Dominum torcularis frequenter oboriri solitis, quorum ille sacoma in aere pendulum altius elevari impense petit, hic anxie vetat? No. XC.

Resp. *Uterque ridicule: cum onus etiam sesquipedali a terra intervallo sublatum haud quaquam majorem, quam pollicis tantum latitudine ab eadem divulsum, vel racemis vel torculari vim inferat.*

II.

Bacillus teres & gracilis [Fig. 4.] *ita notatus in C, ut sumtis continue proportionalibus AB, AC, AD, gravitas ejus ad gravitatem specificam alicujus liquoris se habeat ut BD ad AB; si extremitate sua A ita suspendatur e filo, ut altera extremitate B libere pendeat intra dictum liquorem, immergetur eidem usque ad notam C: modo per altitudinem puncti suspensionis id liceat.* ([a]).

III.

Unde talis bacillus per totam longitudinem rite divisus novum quod-

([a]) Etenim si bacillus AB, filo in A suspensus, & parte sui BC in liquorem mersus, quiescat, necesse est æquilibrium dari inter binas vires, quibus instar vectis, hypomochlio existente in A, sursum deorsumque urgetur. Altera est ipsius bacilli pondus, quod deorsum tendens in E, bacilli medio, applicatum fingi potest: altera, nisus liquoris bacillo gravioris, & partem immersam BC sursum propellentis, qui nisus in F puncto bisecante BC applicatus concipi debet. Sunt igitur hæ vires inter se, ut earum distantiæ ab hypomochlio: hoc est, ut AE ad AF ita nisus liquoris ad pondus bacilli. Est vero nisus liquoris ad pondus partis BC, ut gravitas specifica liquoris ad specificam bacilli gravitatem, id est, ut AB ad BD. Et pondus partis BC ad pondus totius bacilli (quia teres est) ut BC ad AB. Igitur ex æquo BC ad BD ut nisus liquoris ad pondus bacilli (seu AE ad AF). Et *dividendo*, BC ad CD ut AE ad EF, vel ut 2AE ad 2EF, id est, ut AB ad AC (nam $EF = EB - BF$, & $2EF = 2EB - 2BF = AB - BC = AC$.) Quare AB ad AC, ut BC ad CD, & ut $AB - BC$ ad $AC - CD$, seu AC ad AD. Sunt igitur AB, AC, AD, continue proportionales. Vide *Phoronomiam* HERMANNI, Lib. II. Sect. I. Cap. 3. Prop. 14. pag. 159.

No. XC. *quoddam genus exhibet Instrumenti Hygrostathmici, quo gravitates liquorum examinari solent, Gallis* Pése-liqueur *dicti.*

IV.

Vulgares machinulæ quæ huic usui inserviunt, consistuntque in bulla quadam vitrea instructa collo cylindrico oblongo & gracili, hoc defectu laborant, quod divisiones colli æquales habent. Hæ enim ad denotandas æquales gravitatum differentias, versus bullam in proportione harmonica decrescere debent. ([b]).

V.

Sic etiam arcus circulares, qui scapis bilancium applicari solent, docente Cl. STURMIO in Collegio Curioso *Part. I, Tent.* 14, Phænom. 4, *perperam in partes æquales dividuntur. Anguli enim examinis & scapi, quos superpondia æqualiter aucta efficiunt, tales sunt, ut differentiæ tangentium ipsorum eadem proportione a scapo decrescant, qua in præced.* Corollario, *partes colli Instrumenti hygrostathmici a summitate versus bullam diminuuntur* ([c]).

VI. *Dan-*

([b]) Sunt enim ejusdem corporis diversis liquoribus innatantis partes immersæ inverse ut liquorum gravitates specificæ, docente Hydrostatica. Itaque si liquorum gravitates ponantur crescere in progressione arithmetica, id est, per differentias æquales, decrescent partes Instrumenti in progressione harmonica.

([c]) Sit AB [*Fig.* 5] bilancis jugum, A & B pondera, DCF scapus, C punctum suspensionis, Ff arcus circulari scapo applicatus. Jam si pondera A & B sint æqualia, centrum gravitatis eorum bisecabit jugum AB, quod in horizontali situ consistet. At, si superpondio aliquo pondus alterutrum, veluti B, augeatur, transferetur centrum gravitatis in E, & jugum inclinabitur in ab, ut E centrum perveniat in e infra punctum suspensionis C, & scapus situm obliquum dCf obtineat. Sumpta Cd pro sinu toto, de tangens est anguli dCe, vel FCf quem scapus & examen comprehendunt. Sed, ex natura centri gravitatis $B : A = AE : BE$, & *compon.* $B + A : A = AB : BE$, & pondus A, atque jugum AB data sunt. Igitur pars BE summæ ponderum A & B reciproce proportionalis est. Crescente igitur pondere B, vel summa $A + B$, per æqualia superpondia ipsi B addita, decrescent partes BE vel be in progressione harmonica. Igitur differentiæ tangentium de erunt differentiæ progressionis harmonicæ.

N°. XC.

VI.

Dantur æquationes locales, quas unica litera indeterminata ingreditur. Tales sunt $addx = dx^2$, $2xddx = dx^2$, *&c. quarum illa suo sensu locum ad Logarithmicam; hac ad Parabolam includit* (a).

VII.

Davidis GREGORII *Analysis curvæ Catenariæ, nupero* Actorum Lipsiensium *Julio inserta, oportune ostendit, fieri utique posse, ut quandoque per inevidens & falsum, plausibile licet, ratiocinium ad veram conclusionem perducamur.*

VIII.

Responsio Anonymi, mense Jun. 1697, *art.* 13, Diarii Berolinensis *exhibita, ad argumentum pro possibili æternitate mundi inter proxima nostræ Disputationis Corollaria* † *ventilatum, nullius est pretii.*

(a) Æquatio $2xddx = dx^2$ induat hanc formam $2ddx : dx = dx : x$, & integrando, erit $2l(dx) = lx$, aut, addita constante $l(dy^2) - la$ homogeneitatis gratia, $2l(dx) = lx + l(dy^2) - la$, vel revertendo a logarithmis ad numeros, $dx^2 = xdy^2 : a$, aut $dx\sqrt{(a:x)} = dy$, vel $adx : \sqrt{ax} = dy$, atque integrando rursus, $2\sqrt{ax} = y$ vel $y+b$, quæ est ad Parabolam.

Æquatio autem $xddx = dx^2$, cum reducatur ad $ddx : dx = dx : x$, erit, integrando & constante $l(dy) - la$ addita, $l(dx) = lx - la + l(dy)$, vel, quia logarithmorum æqualium æquales sunt numeri, $dx = xdy : a$, aut $a = xdy : dx$, ad Logarithmicam, cujus subtangens $= a$.

Sed $addx = dx^2$ ita reducitur; $ddx : dx = dx : a$, integrando & sublata constante $l(dy)$, fit $l(dx) - l(dy) = x : a$, aut redeundo ad numeros $dx : dy = N(x : a)$; seu $dy = dx : N(x : a)$ atque $y = b - aa : N(x : a)$, rursus ad Logarithmicam, cujus subtangens $= a$, sed inverso quodam situ positam.

† N°. LXXIV. pag. 764.

FINIS.



N°. XCI.

JACOBI BERNOULLI CIRCINUS PROPORTIONUM NAUTICUS,

Scala Loxodromica instructus, hujusque Fabrica mire facilis.

Acta Erud. Lips. 1699. Febr. p. 91.

GEometræ Problema de invenienda Longitudine puncti in Loxodromia ex ejus data Latitudine, eo quod transcendens esse & a summis Secantium dependere animadverterent, haud aliter quam approximando solvere sunt assueti, adhibitis eum in finem Mappis quibusdam seu Tabulis, quas *Latitudinum crescentium* vocant, ex additione plurium Secantium satis operose constructis. Solus hactenus rem accurate confecit omni scientiarum laude cumulatissimus Vir Dnus. LEIBNITIUS, sed calculi laborem non sustulit, Problemate quippe ad Logarithmos Sinuum versorum nondum supputatos redacto. *Vide Acta Lips.* 1691, *Mense Aprili, pag.* 182. Data nuper occasione, cum positionibus quibusdam *de Seriebus infinitis* * conscribillandis occuparer, in modum incidi consequendi quæsitum absque ullo labore; animadverti enim, Scalam Loxodromicam in Logarithmorum, quæ vulgo prostant, Tabulis ita jam paratam haberi, ut inde non tam calculo erui, quam exscribi solummodo opus habeat,

* N°. præced. Prop. L. pag. 855 & seq.

habeat. Modus talis: Notentur in columna A arcus Latitudinum, seu partes quadrantis ordine per singulos gradus graduumve minutias a o ad 90° [sufficit in adjuncto laterculo rem exhibere in denis gradibus.] His in columna B respondeant totidem partes semiquadrantis a 45° ad 90°, differentiis progredientes, quæ sint semisses differentiarum columnæ A. Horum posteriorum ar- No. XCI.

A Grad. Lat.	B	C Grad. Long.
0	45	0
10	50	7.61865
20	55	15.47732
30	60	23.85606
40	65	33.13275
50	70	43.89341
60	75	57.19475
70	80	75.36812
80	85	105.80482
90	90	Infin.

cuum exscribantur in columna C Tangentes artificiales, dempto a singulis Logarithmo Sinus totius, quo pacto parata erit Tabella, significabuntque primæ ad sinistram notæ numerorum columnæ C, gradus Longitudinum integros, & quinque reliquæ ad dextram punctulis discretæ graduum partes centies millesimas. Respicit autem hæc Tabella primario Loxodromiam, cujus angulus cum meridianis est 37°. 9'. 42". (*) sed aliis interim quibuslibet Loxodromiis facile accommodabitur, si fiat, ut 7579869, tangens anguli prædicti, ad tangentem dati alterius cujusvis anguli

(*) Vide N°. præc. Prop. L. *Schol.* pag. 858, & 859.

No. XCI. li Rhumbici, ſic Longitudo e regione datæ Latitudinis in Tabula reperta ad Longitudinem quæſitam. Ut vero & hujus operationis moleſtia leventur imperiti Nautæ, poterit ex iſta Tabella Scala confici, eaque poſthac cum linea Tangentium Circinis proportionum inſculpi, hoc fere modo: Linea partium æqualium repræſentet gradus Longitudinum eorumque partes; huic adjungatur alia, ſi lubet, parallela, quæ gradus Latitudinum comprehendat, & cujus diviſiones ſic inſtituantur, ut decimus gradus Latitudinis reſpondeat 7. 61865 gradui Longitudinis, viceſimus Latitudinis 15. 47732 gradui Longitudinis, & conſequenter, prout ex laterculo apparet. Tandem etiam in utrumque Inſtrumenti crus projiciatur Scala Tangentium cum ſuis diviſionibus, ejuſque locus, qui incidit in 37°. 9′. 42″, aſteriſmo notetur. Uſus hujus Circini proportionum talis: Sit, exempli gratia, inſtituta velificatio in Rhumbo quinto, hoc eſt, in angulo 56°. 15′, a 20° Latitudinis parallelo ad uſque 40um & quæratur Longitudinis evariatio: Sumo in Scala Latitudinum intervallum 20 & 40, illudque diductis, quantum ſatis eſt, Inſtrumenti cruribus in linea Tangentium aſteriſmis applico; mox in hac linea diſtantiam accipio inter numeros 56°. 15′ utriuſque cruris, eamque in lineam partium æqualium transfero; in qua ſic abſcindet optatam Longitudinum differentiam, quæ eſt 34. 85973 ſeu 34°. 51′. 35″. Poteſt vero etiam eadem facilitate converſum Problematis hujus expediri, & ope talis Circini proportionis ex datis Latitudinibus duorum locorum inveniri angulus Rhumbi, & ſi quæ ſolent alia his affinia inter Nautas Problemata agitari; unde vix aliud ſimplicius & ad praxin accommodatius adminiculum in uſum horum Hominum excogitari poſſe, facile quis ſibi perſuadeat.



N°. XCII.

JACOBI BERNOULLI QUADRATURA ZONARUM CYCLOIDALIUM *demonstrata.*

Omnia ; quæ circa Quadraturas spatiorum cycloidalium inveniri possunt, una Cycloidis proprietate dudum detecta nituntur, & ex ea tam aperte fluunt, ut Viri celeberrimi Hugenius & Leibnitius, qui duo ejus segmenta quadrarunt, non potuissent non pari facilitate cætera omnia segmenta & sectores quadrabiles reperire, si animum intendere voluissent. *Acta Erud. Lips. 1699. Sept. p. 427.*

Cum enim, ut vulgo notum, BL æquetur arcui circulari AL, & spatium externum ABN segmento circulari ALI, poterit, proprietatis hujus ope, spatium cycloidicum quodvis imaginabile eo reduci, ut non nisi figuræ rectilineæ & segmenta quædam circularia habeantur ; idcirco, ut spatium fiat quadrabile, illi tantum termini, qui ex segmentis circularibus constant, mutuo se destruere sunt fingendi, & nihilo æquales ponendi [quod fundamentum solutionis est] ; e qua deinde suppositione, quantitates assumtæ facile determinantur. Quæritur ex. gr. quantæ sint assumendæ rectæ HK, HI, ut Zona IKDB quadraturam admittat : Pono $HA = a$, $HK = x$, $HI = z$, $KM = p$, $IL = q$, AM vel $DM = s$, AL vel $BL = t$; erunt sectores $AHM = \frac{1}{2}as$, & $AHL = \frac{1}{2}at$; adeoque segmenta AKM [ADO] $= AHM - KHM = \frac{1}{2}as - \frac{1}{2}px$, & AIL

No. XCII. [ABN] $=$ AHL $-$ IHL $= \frac{1}{2}at - \frac{1}{2}qz$. Sed segmentum cycloidicum AKD $=$ KO $-$ ADO $=$ KO $-$ AKM $=$ AK$\times$(KM$+$MD) $-$ AKM $=$ AK$\times$(KM$+$AM) $-$ AKM $= (a-x)\times(p+s) - \frac{1}{2}as + \frac{1}{2}px = ap - \frac{1}{2}px + \frac{1}{2}as - xs$; & pariter segmentum alterum AIB $= aq - \frac{1}{2}qz + \frac{1}{2}at - zt$; ac proinde zona IKDB $=$ AIB $-$ AKD $= aq - \frac{1}{2}qz - ap + \frac{1}{2}px + \frac{1}{2}at - zt - \frac{1}{2}as + xs$; ubi liquet, quatuor priora membra denotare figuras mere rectilineas; solasque quantitates reliquas, quas ingrediuntur t & s, impedire quo minus zona sit quadrabilis: facio ergo has æquales nihilo, ut sit $\frac{1}{2}at - zt - \frac{1}{2}as + xs = 0$; ubi si posuero t habere ad s rationem quamcunque [numeri tamen ad numerum, ut, uno arcu dato, alter geometrice construi possit,] semper habebo æquationem, quæ, litteris t & s eliminatis, relationem ipsius z ad x patefaciet; nempe, si $t = 2s$, fiet $z = \frac{1}{4}a + \frac{1}{2}x$; si $t = 3s$, habetur $z = \frac{2}{6}a + \frac{1}{3}x$; si $t = 4s$, erit $z = \frac{3}{8}a + \frac{1}{4}x$, & sic perpetuo in eadem progressione ([a]). Cumque etiam ex data recta HK, sinu nempe complementi arcus AM, pervulgata analysi reperiri possit sinus complementi arcus dupli, tripli, quadrupli, &c. poterit adhuc z in aliis terminis inveniri; nempe si $t = 2s$; erit $z = (2xx - aa) : a$; si $t = 3s$, $z = (4x^3 - 3aax) : aa$; si $t = 4s$, $z = (8x^4 - 8aaxx + a^4) : a^3$, &c. ([b]) qui valores cum superioribus, singuli cum singulis, collati, novas porro æquationes subministrabunt, per quas ipsa quoque x, seu HK, determinabitur.

Atque ad eundem modum infinita alia spatia quadrabilia detegi pos-

([a]) Nam cum ponatur $\frac{1}{2}at - zt - \frac{1}{2}as + xs = 0$, vel $(a - 2z)t = (a - 2x)s$, si fiat $t = ns$ [n denotante numero quovis integro] erit $(a - 2z)n = a - 2x$, unde est $z = (n-1)a : 2n + x : n$, hoc est, si $n = 2$, $z = \frac{1}{4}a + \frac{1}{2}x$; si $n = 3$, $z = \frac{2}{6}a + \frac{1}{3}x$; si $n = 4$, $z = \frac{3}{8}a + \frac{1}{4}x$, &c.

([b]) Vide Num. XCVII. Jam vero $\frac{1}{4}a + \frac{1}{2}x = z = (2xx - aa) : a$, dat $4xx - ax = \frac{5}{2}aa$, vel $x = (1 + \sqrt{41})a : 8$. Et $\frac{1}{3}a + \frac{1}{3}x = z = (4x^3 - 3aax) : aa$ dat $12x^3 - 10aax - a^3 = 0$, &c.

possunt. Sic reperiri potest, ex. gr. sector quadrabilis D A B rectis AB, AD comprehensus, vel zona BDLM, arcu cycloidali BD & circulari LM intercepta, quæ quidem perpetuo sectoris dupla est ([c]). Existente namque HK seu $x = \frac{1}{8}a + \frac{1}{8}a\sqrt{33}$, vel $x = a\sqrt{\frac{5}{6}}$, vel $32x^4 - 32aaxx - a^3x + 4a^4 = 0$; &c. & assumto arcu AL vel duplo, vel triplo, vel quadruplo, &c. ipsius AM, erit subinde sector BAD = triang. HAL — triang. HAM, & zona differentiæ triangulorum dupla ([d]). No.XCII.

Methodum vero tam facilem haud alia fini pandere volui, quam ut Frater, exemplo meo, ad paria præstanda incitatus, mei quoque Problematis Isoperimetrici promissam analysin tandem aliquando nobis impertiat.

Videatur Nus. XCV.

([c]) Nam sector B A D = segm. ADBA — segm. A D A, & zona B D L M = sp. A B L M A — sp. ADM. Est autem sp. ABLMA duplum segm. A D B A, & sp. A D M duplum segm. A D A. Etenim sp. ABLMA = A N B I — ANBDA — AMLI = ANBI — 2AMLI [quia A N B D A = A M L I] = $(a - z)(t + q) - at + qz = aq - tz$. Sed segment. A D B A = A N B — sp. A N B D A = ANB — AMLI $= \frac{1}{2}aq - \frac{1}{2}tz$. Pariter spat. ADM $= ap - sx$, & segm. ADA $= \frac{1}{2}ap - \frac{1}{2}sx$. Ideo zona BDLM $= aq - tz - ap + sx$, & sector ABD $= \frac{1}{2}aq - \frac{1}{2}tz - \frac{1}{2}ap + \frac{1}{2}sx$. Illa igitur istius dupla.

([d]) Ut tam zona quam sector sint quadrabiles, pone terminos $-tz + sx$, quos ingrediuntur t & s, æquales nihilo, & erit $tz = sx$, vel, si fiat $t = ns$, $z = x : n$, nec non sector $= \frac{1}{2}aq - \frac{1}{2}ap = \frac{1}{2}$HAL — $\frac{1}{2}$HAM. Sit $n = 2$, erit $\frac{1}{2}x = z = (2xx - aa) : a$, unde est $4xx - ax - 2aa = 0$, cujus radix $x = \frac{1}{8}a + \frac{1}{8}a\sqrt{33}$. Sit $n = 3$, est $\frac{1}{3}x = z = (4x^3 - 3aax) : aa$, unde habetur $12x^3 = 10aax$, vel $x = a\sqrt{\frac{5}{6}}$. Fac $n = 4$, erit $\frac{1}{4}x = z = (8x^4 - 8aaxx + a^4) : a^3$, seu $32x^4 - 32aaxx - a^3x + 4a^4 = 0$, &c.

N°. XCIII.

N°. XCIII.

JACOBI BERNOULLI SOLUTIO PROPRIA PROBLEMATIS ISOPERIMETRICI,

Propositi in Actis Lipſ. menſ. Maio 1697. *pag.* 214. (a)

Acta Erud. Lipſ. 1700. Jun. p. 261.

CUm genuina ſolutio hujus Problematis nondum a quoquam fuerit exhibita, eam hic, donec ſuo tempore ſequatur analyſis, curioſo Lectori in ſequente Tabella contemplandam ſiſto, in

(a) Problematis iſtius, quod inter præſtantiſſimos Geometras BERNOULLIOS agitatum eſt ſatis diu, Solutionem communicavit *Johannes* cum LEIBNITIO, menſe *Junio* 1698, cumque Noſter iſtam ſuam Solutionem a°. 1700 publici juris feciſſet, Alter ad *Acad. Reg. Pariſinam* Solutionem ſuam tranſmiſit, Jan. 1701, ſub ſigillo, tum demum aperiendo, cum Frater analyſim dediſſet. Hanc vide N°. XCV; *Johannis* vero Solutionem in *Actis Acad. Pariſ.* 1706. Deinde TAYLORUS in *Methodo increm.* a°. 1715, idem Problema ſuo more ſolutum dedit. Sed a°. 1718 *Joh.* BERNOULLI iſtud argumentum reſumens, multo elegantius & ſimplicius rem expoſuit; quam eodem fere tempore, eadem prope methodo tractavit HERMANNUS. Tandem EULERUS, an. 1732 & 33, in *Comm. Acad. Petrop.* Tom. VI. hoc idem Problema latiſſime acceptum ſolvit, & in Tom. VIII, qui dum hæc ſcribimus ad nos defertur, idem exequitur, facillima uſus methodo, cujus ſpecimen dederamus N°. LXXV, Nota a, pag. 770, quamque ideo, quia præoccupavit, accep-

in qua litteras a & b pono designare quantitates constantes, x & y coordinatas curvæ quæsitæ, t ipsam curvam, p quantitatem quamcunque datam per x, & q quantitatem datam per t: (b). N. XCIII.

Si

acceptam ipsi referendam agnoscimus. Nunc satis erit, si æquationes Tabellæ sequentis, quanta poterimus brevitate, demonstremus, secundum D. *Joh.* BERNOULLI methodum posteriorem.

(b) Etsi Problema quod N°. LXXV universaliter solutum est, cum Isoperimetrico aliquid habeat affinitatis, in eo tamen differunt, quod illud unicam complectatur conditionem, inveniendi scil. curvam, cujus functio aliqua proposita sit *Maximum*, vel *Minimum*: istud vero insuper exigat ut curva quæsita sit datæ longitudinis. Quare non satis est hic spectare duo curvæ elementa, ut N°. LXXV factum est: Non posset enim conditio ἰσοπεριμέτρου servari, cum nequeat esse [Vid. fig. A ibid.] CG + GD = CL + LD. Sed omnino consideranda sunt tria curvæ elementa, qualia sunt hic [fig. A & B] BC, CD, DE, quæ tribus infinite vicinis BF, FG, GE sint æqualia, & insuper talia, ut istorum functio proposita sit simili functioni illorum æqualis; quo fiet, ut hæc functio sit *Maximum*, *Minimum*ve. Id vero duplici ratione concipi potest: vel [fig. B] ut singula elementa BC, CD, DE singulis BF, FG, GE sint æqualia; fingendo nempe BC & ED circa polos B, E gyrari incipere, & venire in situm BF, EG, talem ut sit FG = CD: Vel [Fig. A], ut æqualibus manentibus abscissarum [vel ordinatarum] elementis QR, RS, ST, fingantur puncta C & D fluere in F & G, juxta rectas RO, SP; adeo ut, quanto breviores sunt rectæ BF, EG rectis BC, ED, tanto recta FG longior sit recta CD. In utraque autem hypothesi, binæ conditiones, isoperimetri altera, altera functionis maximæ, dabunt binas æquationes, exprimentes relationem inter CF & DG [Fig. A], vel inter Ca & Gb, vel Fa & Db [Fig. B], ex quarum æquationum comparatione deducetur æquatio curvæ ABCDE.

Inquiramus itaque statim quid ferat conditio isoperimetri, & primum in secunda hypoth. [Fig. A]. Si centris B, K, E describantur arcus Fa, Cc, Dd, Gb, & ex æqualibus BCDE = BFGE auferantur æqualia Ba + KC + KD + Eb = BF + Kc + Kd + EG, remanebunt æqualia Ca + Db = Fc + Gd; unde est Fc — Ca = Db — Gd. Sed, si CF sumatur pro sinu toto, erunt Fc, Ca sinus angulorum FCc, CFa, vel CDO, BCN, & Fc — Ca differentia horum sinuum. Et, si DG sumatur pro sinu toto, erunt Db, Gd sinus angul. DGb, GDd, vel DEP, CDO, & Db — Gd differentia horum sinuum. Ergo quoniam Fc — Ca = Db — Gd, erit

N. XCIII.

	Si	erit quantitas
1.	$dy = p\,dx : \sqrt{(aa - pp)}$	$\int p\,dy$ Maximum & $\int(dt:p)$ Minimum
2.	$dy = (a - p)\,dx : \sqrt{(2ap - pp)}$	$\int p\,dy$ Minimum
3.	$dy = ap\,dx : \sqrt{((bb - aa)\,pp - 2aabp + a^4)}$	$\int(dt:p)$ Maxim.

4.

erit productum ex CF in diff. sinuum angul. BCN, CDO æquale producto ex DG in diff. sinuum ang. CDO, DEP, quæ producta servant uniformitatis legem; eundem enim situm habet lineola CF inter angulos BCN & CDO, quam lineola DG inter angulos CDO, DEP. Quamobrem, cum positis abscissis AQ, AR, &c. $= x$, ordinatis QB, RC, &c. $= y$, curva AB, ABC, &c. $= t$, fit CF $= ddy$, sinus ang. BCN vel CDO $= dy : dt$, & differentia sinuum ang. BCN, CDO $= d\frac{dy}{dt}$; conditio isoperimetri dabit, positis dx constantibus, $ddy . d\frac{dy}{dt} =$ constanti.

Et similiter, positis dy constantibus, habebitur $ddx . d\frac{dx}{dt} =$ constanti.

Sed in prima hypothesi elementi dt constantis [fig. B], si centro K describantur arcus Cc, Gg; cum sit CD $=$ FG, erit quoque Fc $=$ Dg. Igitur triangula Fdc, Deg, quæ similia sunt, ut liquet, erunt æqualia, ideoque Fd $=$ De, seu ab $-$ aF $=$ bD $-$ be. At, si sumatur Ca pro sinu toto, erunt ad, aF tangentes angulorum aCd, aCF, vel ipsis æqualium CDO, BCN, & ad $-$ aF est harum tangentium differentia. Sed, si sumatur Gb pro sinu toto, erunt bD, be tangentes angul. bGd, bGe, aut ipsis æqualium DEP, CDO, & bD $-$ be harum tangentium differentia. Igitur, propter ad $-$ aF $=$ bD $-$ be, erit productum ex Ca in diff. tangentium ang. BCN, CDO æquale producto ex Gb in diff. tangentium ang. CDO, DEP. Itaque cum sit Ca $= ddy$, & tangens anguli BCN vel CDO $= dy : dx$, atque differentia tangentium $= d\frac{dy}{dx}$; conditio isoperimetri dabit, positis dt constantibus, $ddy \times d\frac{dy}{dx} =$ const.

Et similiter ostendi posset, ex eadem figura, quod, positis pariter dt constantibus, sit $ddx . d\frac{dx}{dy} =$ const.

Inquiramus nunc, quid ferat conditio

4.	$dy = adx : \sqrt{(pp - aa)}$	$\int(dy:p)$ Maxim. & $\int p\,dt$ Minim.	N. XCIII.
5.	$dy = (p-a)dx : \sqrt{(2ap - aa)}$	$\int(dy:p)$ Minim.	
6.	$dy = adx : \sqrt{(bb - 2bp + pp - aa)}$	$\int p\,dt$ Max.	

Ttttt 2 7.

ditio altera functionis cujuspiam maximæ vel minimæ, percurrendo casus omnes in Tabella Autoris enumeratos.

I. Si *Max.* vel *Min.* debeat esse $\int pdy$, seu summa functionis cujusvis p abscissæ [fBH] ductæ in elem. BN vel HI ordinatæ; erit [fig. A] ex natura *Maximi*, fBH. HI$+f$CI. IL$+f$DL. LM$=f$BH. Hi$+$ fFi. il$+f$Gl. lM, seu, demptis utrinque communibus (fBH $-$ fCI). Ii$=$(fCI$-f$DL). Ll, quæ æquatio uniformitatis legem servat, cum Ii eodem modo se habeat respectu BH & CI, ac Ll respectu CI & DL. Est autem fBH $-$ fCI$=dp$, & Ii$=ddy$. Quare conditio proposita dat $ddy.\,dp =$ constanti, positis nempe dx constantibus. Sed in eadem hyp. conditio isoperimetri dabat $ddy.\,d\frac{dy}{dt} =$ const. Data est igitur ratio inter $ddy.\,dp$ & $ddy.\,d\frac{dy}{dt}$, seu inter dp & $d\frac{dy}{dt}$. Sit ratio hæc a : 1. Ergo $ad\frac{dy}{dt} = dp$, & integrando $ady : dt =$ $p+c$, seu $ady = (p+c)\,dt$. Quod si mavis æquationem inter elementa coordinatarum dx & dy, quadrando habebis $aady^2 = (p+c)^2 dt^2 =$ $(p+c)^2 dx^2 + (p+c)^2 dy^2$, seu $\pm dy = (p+c)\,dx : \sqrt{(aa - (p+c)^2)}$. In qua formula universali, si ponas constantem arbitrariam $c = 0$, habebis 1^{am}. æquat. Tabellæ. Si vero ponas $c = -a$, habebis 2^{am}. Utrum Curva inventa det $\int pdy$ *Maximum* vel *Minimum*, [præstat enim utrumque pro diversa ratione a ad c] quomodo agnoscatur docet Noster N°. XCVI. Probl. I.

Inde etiam derivantur æq. 4 & 5 Tabellæ. Nam si $\int(dy:p)$ debeat esse *Max.* vel *Min.* pone $aa:p =$ p, & erit $\int pdy$ *Max.* aut *Min.* atque ideo $\pm dy = (p+c)\,dx : \sqrt{(aa - (p+c)^2)} = (aa : p+c)\,dx :$ $\sqrt{(aa - (aa:p+c)^2)} = (a+pc)\,dx : \sqrt{(pp - (a+pc)^2)}$. Quæ, ponendo $c = 0$, dat æq. 4; sed 5, ponendo $c = -1$.

II. Si *Maxim.* vel *Minim.* debet esse $\int p\,dt$, seu summa functionis fBH ductæ in BC elem. curvæ; erit ex natura *maximi*, fBH. BC$+f$CI. CD$+f$DL. DE$=f$BH. BF$+$ fFi. FG$+f$Gl. GE, seu, demptis communibus fBH. Ca$-f$CI. Fc$=$ fCI. Gd$-f$DL. Db. Sed sunt Ca$=$ BN

N. XCIII.

7.	$dy = q\,dt : \surd(aa + qq)$	$\int q\,dy$ Maxim. & $\int ydq$ Min. *vel* Max.
8.	$dy = (a - q)\,dt : \surd(bb - 2aq + qq)$	$\int q\,dy$ Min. & $\int ydq$ Max. *vel* Min.

9.

$\frac{BN}{BC}$CF, FC $= \frac{CO}{CD}$ CF, G D $= \frac{CO}{CD}$GD, & Db $= \frac{DP}{DE}$ GD, quibus substitutis habetur æquatio uniformis & ordinata $(\frac{BN}{BC}\int BH - \frac{CO}{CD}\int CI)$ $CF = (\frac{CO}{CD}\int CI - \frac{DP}{DE}\int DL)GD$. Est autem CF $= ddy$, & $\frac{BN}{BC}\int BH = \frac{pdy}{dt}$, atque $\frac{BN}{BC}\int BH - \frac{CO}{CD}\int CI = d\frac{pdy}{dt}$. Quare conditio proposita dabit $ddy.\ d\frac{pdy}{dt} =$ const. Sed isoperimetri conditio dat $ddy.\ d\frac{dy}{dt} =$ const. Data igitur ratio est inter $d\frac{pdy}{dt}$ & $d\frac{dy}{dt}$. Sit ratio hæc $b : 1$, & erit $bd\frac{dy}{dt} = d\frac{pdy}{dt}$, atque integrando, constante addita, $bdy : dt = pdy : dt + a$, vel $bdy - pdy = adt$; quadrando $(b - p)^2 dy^2 = aadt^2 = aadx^2 + aady^2$, unde fit $\pm dy = adx : \surd((b - p)^2 - aa)$, quæ est æquatio 6, degenerans in 4, si facias $b = 0$.

Inde vero fluunt æq. 3. & 1. Nam si $\int(dt : p)$ debeat esse *Max.* vel *Min.*, pone $aa : p = p$, & erit $\int pdt$ *Max.* vel *Min.* ideoque $\pm dy = adx : \surd((b - p)^2 - aa) = adx : \surd((b - aa : p)^2 - aa) = apdx : \surd((bp - aa)^2 - aapp)$, quæ est æq. 3, degenerans in 1, ubi fit $b = 0$.

Ubi tamen notandum æquationes 3 & 6, non ad Maxima $\int pdt$ & $\int(dt : p)$, sed ad Minima pertinere.

III. Si *Max.* vel *Min.* debeat esse $\int qdy$, id est, summa functionis cujusvis q arcus AB [$\int$AB] ductæ in elem. BN ordinatæ, erit [fig. B] ex natura *Maximi*, $\int$AB. BN + $\int$ABC. CO + $\int$ABCD. DP $= \int$AB. Bn + $\int$ABF. Fo + $\int$ABFG. Gp, seu $\int$AB. (BN — Bn) + $\int$ABC. (CO — Fo) + $\int$ABCD. (DP — Gp) $= 0 = \int$AB. Ca — $\int$ABC. (Ca + Gb) + $\int$ABCD. Gb, aut denique ($\int$ABC — $\int$AB). Ca $=$ ($\int$ABC — $\int$ABCD). Gb, quæ est æquatio ad legem uniformitatis ordinata. Hæc vera, quia Ca $= ddy$, & $\int$ABC — $\int$AB $= dq$, dat $ddy.dq =$ const. positis nempe dt constantibus. Sed, in eadem hyp. conditio isoperimetri dat $ddy.\ d\frac{dy}{dx} =$ const.

Quare

N. XCIII.

9.	$dy = a\,dt : \sqrt{(aa + qq)}$	$\int (dy : q)$ Max. & $\int x\,dq$ Min. *vel* Max.
10.	$dy = (aq - bb)\,dt : b\sqrt{(bb - 2aq + qq)}$	$\int (dy : q)$ Min.
11.	$dy = adt : \sqrt{(aa + bb - 2bq + qq)}$	$\int x\,dq$ Max. *vel* Min.

Ut solutiones reddantur generalissimæ, observandum, in (e) omnibus istis æquationibus litteras p & q augeri minuive posse

Ttttt 3 quan-

Quare data ratio est inter dq & $d\frac{dy}{dx}$. Sit hæc $a : 1$. Igitur $a\,d\frac{dy}{dx} = dq$, vel integrando, constante addita, $ady : dx = q + c$, vel $ady = qdx + cdx$. Hæc æquatio simplicissima complectitur 7 & 8. Nam, quadrando, est $aady^2 = (q+c)^2 dx^2 = (q+c)^2 dt^2 - (q+c)^2 dy^2$. Igitur $\pm dy = (q+c)\,dt = \sqrt{(aa + (q+c)^2)}$. Quæ, si facias $c = 0$, abit in 7, & in 8 si facias $c = -a$, & $aa + cc = bb$.

Et ex 7 derivatur 9, pro q substituendo $aa : q$, atque 8 reducitur ad 10, scribendo $bb : q$ pro q.

IV. Si *Max.* vel *Min.* debet esse $\int y\,dq$, hoc est, summa producti ex AH [y] in dq, differentiale functionis cujusvis arcus AB [$d\int$AB], erit [fig. B] ex natura *Maximi*, AH. $d\int$AB + AI. $d\int$ABC + AL. $d\int$ABCD = AH. $d\int$AB + Ai. $d\int$ABF + Al. $d\int$ABFG, seu [quia ABC = ABF, & ABCD = ABFG, demtis utrinque communibus] Ca. $d\int$ABC = Gb. $d\int$ABCD, hoc est [quia Ca $= ddy$, & $d\int$ABC $= dq$] ddy. $dq =$ const. positis dt constantibus. Sed in eadem hyp. conditio isoperimetri dat $ddy.\ d\frac{dy}{dx} =$ const.

Itaque data est ratio inter dq & $d\frac{dy}{dx}$.

Sit hæc $a : 1$. Ergo $dq = a\,d\frac{dy}{dx}$; atque integrando, addita constante, $q + c = ady : dx$ vel $qdx + cdx = ady$, quæ eadem est ac superior. Unde est quod æq. 7 & 8 dant, non modo $\int q\,dy$, sed & $\int y\,dq$ *Max.* vel *Min.*

Pariter vero, si scribas x pro y, invenies curvam, cujus functio $\int xdq$ est *Max.* vel *Min.* designari per æquationem $qdy + cdy = adx$, quæ complectitur 9 & 10 Tabellæ. Nam quadrando $(q+c)^2 dy^2 = aadx^2 = aadt^2 - aady^2$ vel $\pm dy = adt : \sqrt{(aa + (q+c)^2)}$, quæ est 9, si $c = 0$, 11 vero si $c = -b$.

(e) Id non satis universaliter verum esse jam dudum animadvertit D. *Joh.* BERNOULLI. Æquatio, v. g.

N. XCIII. quantitate quacunque constante c; eaque ratione id effici, ut curva inventa non tantum conditioni præscriptæ satisfaciat, sed datæ quoque fiat longitudinis: exempli gratia, loco primæ æquationis $dy = pdx : \sqrt{(aa - pp)}$ substitui potest $dy = (p + c)dx : \sqrt{(aa - pp - 2cp - cc)}$ vel etiam ista, $dy = (p - c)dx : \sqrt{(aa - pp + 2cp - cc)}$; quibus curvæ denotantur, quæ Maximum $\int pdy$ comprehendunt, insuperque determinatam longitudinem, eamque pro quantitate litteræ c majorem minoremve, obtinent.

Sciendum etiam est, reperiri posse æquationes curvarum, quarum $\int pdy$, $\int qdy$, &c. est *Maximum Minimumve*, cum quantitates, quæ litteris p & q designantur, non tantum simpliciter datæ sunt per x vel t, sed etiam promiscue ex x & y, vel t & y compositæ. Hoc fini sumo differentiale ipsius p [considerando y instar constantis] quod voco mdx, facioque $r = \int mdx$ & denique $dy = rdx : \sqrt{(aa - rr)}$; quo pacto habebo æquationem curvæ, cujus $\int pdy$ est *Maximum.* ([d]) Similiter si differentiale ipsius

g. quam primæ substituit Noster, $dy = (p + c)dx : \sqrt{(aa - (p + c)^2)}$, dabit quidem $\int pdy$ *Maximum* vel *Minimum*; non vero $\int (dt : p)$, cui convenit $dy = apdx : \sqrt{((bp - a^2)^2 - a^2p^2)}$ a priori diversa, nisi quando illic c, hic b sunt $= 0$. Dedimus autem, in Nota superiore, pro singulis casibus æquationes completas.

([d]) Si p sit functio ipsarum x & y quam designabimus sic ƒAH & HB, tunc, ubi $\int pdy$ debet esse *Max.* vel *Min.* erit [fig. A] ex natura *Maximi*, ƒAH & HB. HI + ƒAI & IC. IL + ƒAL & LD. LM = ƒAH & HB. Hi + ƒAi & iF. il + ƒAl & lG. lM, quod reducitur, demptis communibus, ad (ƒAi & iF − ƒAH & HB). Ii − (ƒAi & iF − ƒAI & IC). IL = (ƒAl & lG − ƒAi & iF). Ll − (ƒAl & lG − ƒAL & LD). LM, quæ debitam servat uniformitatem. Itaque cum ƒAi & iF − ƒAH & HB sit differentiale functionis p, si dp ponatur $= mdx + ndy$ [quia p datur in x & y] erit (ƒAi & iF − ƒAH & HB). Ii $= (mdx + ndy)\,ddy = mdxddy + ndyddy$. Sed (ƒAi & iF − ƒAI & IC). IL designat productum ex IL [dy] in differentiale functionis p ita sumptum, ut x manente [est enim IC = iF] y augeatur quantitate ddy [Nam Ai dum sit AI, incrementum est Ii $= ddy$], hoc est (ƒAi & iF − ƒAI & IC). IL $= nddy.\, dy = ndyddy$. Quare, id

ipsius q [sumta semper y constante] vocetur ndt, fiatque $v = \int ndt$, ac $dy = vdt : \sqrt{(aa + vv)}$, prodibit curva, cujus $\int qdy$ est *Maximum*. ([e]) Esto, exempli gratia, $p = \sqrt{(xx + yy)}$, hoc est, supponendum sit in fig. * applicatam PZ vel GH æquari chordæ BF, erit differentia ipsius p, $xdx : \sqrt{(xx + yy)}$. Curva igitur, cujus $\int dy \sqrt{(xx + yy)}$ est *Maximum*, fit $dy = [rdx :$ N.XCIII. * Vid. Fig. 1. N. LXXXII. Tab. XXXVI

$$\sqrt{(aa - rr)} =]\ dx \int \frac{xdx}{\sqrt{(xx+yy)}} : \sqrt{\left(aa - \left(\int \frac{xdx}{\sqrt{(xx+yy)}}\right)^2\right)};$$

nihilque ad omnimodam Problematis resolutionem deest, præter artificium separandi quantitates indeterminatas a se invicem, quod prosequi instituti nostri non est. Dantur vero etiam casus, ubi nec opus est separatione, nempe cum littera y non amplius ingre-

id quod constanti æquale ponendum est, est $mdxddy + ndyddy - ndyddy = mdxddy$. Ergo, cum conditio isoperimetri det $ddy. d\frac{dy}{dt} =$ const., erit inter mdx & $d\frac{dy}{dt}$ ratio constans, quæ si dicatur $a:1$, habebimus $mdx = ad\frac{dy}{dt}$ & integrando $r\ [\int mdx] = ady : dt$, vel $ady = rdt$, atque quadr. $aady^2 = rrdt^2 = rrdx^2 + rrdy^2$, ac denique $dy = rdx : \sqrt{(aa - rr)}$.

([e]) Pariter si q designet $\int$AB&AH, sitque $\int qdy$ *Max.* vel *Min.*, erit [fig. B] ex natura Maximi, ($\int$AB&AH). HI + ($\int$ABC&AI). IL + ($\int$ABCD&AL).LM = ($\int$AB&AH). Hi + ($\int$ABF&Ai). il + ($\int$ABFG&Al).lM, quæ æquatio reducitur ad ($\int$ABC&AI — $\int$AB&AH). Ii — ($\int$ABC&AI — $\int$ABF&Ai). IL = ($\int$ABCD&AL — $\int$ABC&AI).Ll — ($\int$ABCD&AL — $\int$ABFG&Al). LM, quæ uniformis est in utroque membro. Analytice autem redditur sic. Quoniam $\int$AB&AH $= q$ data in t & y, erit ($\int$ABC&AI — $\int$AB&AH). Ii $= dq. ddy = (mdy + ndt)\, ddy = mdyddy + ndtddy$, atque ($\int$ABC&AI — $\int$ABF&Ai). IL $= mddy. dy = mdyddy$. Quare id quod constans ponendum est, nempe ($\int$ABC&AI — $\int$AB&AH). Ii — ($\int$ABC&AI — $\int$ABF&Ai.) IL, erit $= mdyddy + ndtddy - mdyddy = ndtddy$. Sed conditio isoperimetri dat $ddy. d\frac{dy}{dx} =$ const. Erit itaque data ratio [$a:1$] inter $ndtddy$ & $ddy. d\frac{dy}{dx}$, vel inter ndt & $d\frac{dy}{dx}$. Unde est $ndt = ad\frac{dy}{dx}$ & integrando $v = ady : dx$, vel $ady = vdx$. Quadrando $aady^2 = vvdx^2 = vvdt^2 - vvdy^2$, atque tandem $dy = vdt : \sqrt{(aa + vv)}$.

N. XCIII. ingreditur differentiale ipsius p; velut si ponatur $p = (xx + yy) : a$ vel $= (xx + yy - by) : a$, &c. hoc enim in casu æquatio curvæ non erit diversa ab ipsa $dy = xxdx : \sqrt{(a^4 - x^4)}$; sic ut hinc concludamus, eandem curvam BFN Problemati satisfacere, sive applicatam PZ quadrato applicatæ PF, sive quadrato chordæ BF, aut infinitis aliis modis proportionari supponamus; pariterque etiam in aliis. Obiter hic noto, quod *Frater* mentione hujus curvæ facta in *Ephem. Gall.* (f) asserit, *illam esse, quam refert linteum a pondere liquidi expansum, quam ego quoque mea Elasticæ attribuam.* Dicendum potius fuisset, *esse Elasticam, quam ego quoque asseram figuræ lintei*; quandoquidem, post demonstrationem a me in *Actis Lips.* (g) exhibitam de Elastica, nemo dubitare possit; cum contra de figura lintei id aliter hucusque non constiterit, nisi quod illud sæpe numero affirmaverim in *Actis*, eo jam tempore, quo *Frater* adhuc longe diversum sentiebat. Sed gaudeo, Geometris veritatem asserti mei paulatim agnosci.

Quod *Minima* concernit, quæ Tabulæ inserui, hoc noto peculiare; quod quamquam eadem sit curva, quæ Maximum $\int p\,dy$ & Minimum $\int (dt : p)$ suppeditat, ista tamen curva priore prærogativa in genere duntaxat figurarum Isoperimetrarum, altera vero in ordine ad omnes omnino curvas potitur, (h). Secus se res habet cum Maximo $\int p dy$ & Minimo $\int (dt : p)$: præterquam enim quod non datur Maximum $\int (dt : p)$, quod tale sit in ordine ad omnes curvas, hoc quod tale tantum est inter figuras Isoperimetras,

(f) N°. LXXXII. pag. 816.

(g) N°. LXVI. pag. 640. seq.

(h) Quia scil. in æquatione universali pro $\int (dt : p)$ Minimo vel Maximo, $dy = ap\,dx : \sqrt{((bp - aa)^2 - aapp)}$, facta est $b = 0$ ut degeneret in $dy = pdx : \sqrt{(aa - pp)}$. Sed $b : 1$ erat ratio inter $d\frac{dy}{pdt}$ & $\frac{dy}{dt}$ [Vid. Not. b. Art. II] Idem igitur factum est, ac si posuissemus simpliciter $d\frac{dy}{pdt} = 0$, vel $\frac{dy}{pdt} =$ const. id quod juxta Reg. N^{i}. LXXV, Not. a, pag. 771, suppeditat curvam quæ inter omnes dat $\int (dt : p)$ Minimum.

tras, eidem curvæ non competit, cui *Minimum* quadrat $\int p\,dy$, ut ex Tabella liquet. Quemadmodum etiam non existimandum est, curvam illam, quæ uno in situ *Minimum* $\int p\,dy$ subministrat, in alio exhibere *Maximum*, sive, duas priores Tabulæ hujus æquationes designare positiones tantum diversas unius ejusdemque curvæ; quanquam in casu $p = x$ utraque conveniat circulo. Ratio est, quod si per p potentia quædam intelligitur ipsius x, pro exponente habens fractionem, cujus numerator est unitas, denominator numerus quilibet n, curva æquationis $dy = (1 - p)\,dx : \sqrt{(2p - pp)}$ perpetuo mechanica est & a quadratura circuli dependet [solo, quem dixi, casu excepto, ubi $n = 1$,] cum, observante Fratre (i), illa, quæ æquationi $dy = p\,dx : \sqrt{(1 - pp)}$ respondet, fit alternatim algebraica: reperio (k) enim si $n = 2$, applicatam y alterius curvæ fore $= (p+1)\sqrt{(2p - pp)} - \int(dp : \sqrt{(2p - pp)})$; si $n = 3$, y fore $(pp + p + 3)\sqrt{(2p - pp)} - \int(3\,dp : \sqrt{(2p - pp)})$; si $n = 4$, $y = (p^3 + pp + \frac{5}{2}p + \frac{15}{2})\sqrt{(2p - pp)} - \int(\frac{15}{2}\,dp : \sqrt{(2p - pp)})$, & ge-

(i) N°. LXXXII. pag. 817.

(k) Etenim, si $p = x^{1:n}$, erit $x = p^n$ & $dx = np^{n-1}\,dp$, quo substituto, erit $y\,[\int((1 - p)\,dx : \sqrt{(2p - pp)})] = n\int((p^{n-1} - p^n)\,dp : \sqrt{(2p - pp)})$. Sed (A) $n\int(p^n\,dp : \sqrt{(2p - pp)}) = p^{n-1}\sqrt{(2p - pp)} - (2n - 1)\int(p^{n-1}\,dp : \sqrt{(2p - pp)})$, ut facile liquet. Ergo $y = n\int(p^{n-1}\,dp : \sqrt{(2p - pp)}) + p^{n-1}\sqrt{(2p - pp)} - (2n - 1)\int(p^{n-1}\,dp : \sqrt{(2p - pp)})$ seu (B) $y = p^{n-1}\sqrt{(2p - pp)} - (n - 1)\int(p^{n-1}\,dp : \sqrt{(2p - pp)})$. In æquat. B, pro ultimo termino, substitue valorem ejus deductum ex æq. A, in hac scribendo $n - 1$ pro n, & habebis (C) $y = (p^{n-1} + p^{n-2})\sqrt{(2p - pp)} - (2n - 3)\int(p^{n-2}\,dp : \sqrt{(2p - pp)})$. Hic iterum mutando terminum ultimum juxta æquat. A, habebis (D) $y = (p^{n-1} + p^{n-2} + \frac{2n-3}{n-2}p^{n-3})\sqrt{(2p-pp)} - \frac{2n-3 . 2n-5}{n-2}\int(p^{n-3}\,dp : \sqrt{(2p - pp)})$. Atque ita pergendo, invenies eandem Seriem, quam hic tradit Noster.

N. XCIII. & generaliter $y = (p^{n-1} + p^{n-2} + ap^{n-3} + bp^{n-4} + cp^{n-5} +$ &c. usque ad $+ e)\sqrt{(2p - pp)} - \int(edp : \sqrt{(2p - pp)})$, sumendo nempe $a = \frac{2n-3}{n-2}$, $b = \frac{2n-3.2n-5}{n-2.n-3}$, $c = \frac{2n-3.2n-5.2n-7}{n-2.n-3.n-4}$ & $e = \frac{2n-3.2n-5.2n-7\ldots\ldots 3}{n-2.n-3.n-4\ldots\ldots 1.}$

Instituta jam collatione inter æquationem $dy = dx\int\frac{pdx}{x} : \sqrt{(1 - (\int\frac{pdx}{x})^2)}$ a Fratre mens. *Dec.* 1697 ([1]) exhibitam, & meam $dy = pdx : \sqrt{(1 - pp)}$ hic traditam; facile est animadvertere, utrique convenire non posse, nisi cum p simplicem potestatem denotat ipsius x, qui quidem ipsissimus ille casus est, quem ego initio proposueram: adeo ut si ejus solutione *Frater* acquievisset, neque extendere Problema latius voluisset, cæteraque dissimulasset, quod concernit arcum *BF*, sive *Maximum* $\int q\,dy$, nunquam certe in paralogismi suspicionem apud me incidisset; quandoquidem solo hoc superpondio, quo suam Solutionem generaliorem efficere voluit, vitium methodi suæ mihi prodidit; sicque etiam iis, quæ in se alias proba erant, pretium ademit.

Dico dissimulandam fuisse omnino partem Problematis, quæ spectat arcum *BF*; quippe quæ de illa profert generaliter fallunt, neque æquatio legitima huc pertinens est $dy = dx\int\frac{qdx}{x} : \sqrt{(1 - (\int\frac{qdx}{x})^2)}$; uti per verba sua, *D'où il est évident, &c.* innuere velle videtur; nec etiam $dy = qdx : \sqrt{(1 - qq)}$; sed potius juxta Tabulam æq. 7. $dy = qdt : \sqrt{(1 + qq)}$, quæ ab illis non modo plane diversa est, etiam quando per q simplex denotatur potestas ipsius t, verum quoque curvas repræsentat, quæ

([1]) N°. LXXXII. pag. 818.

quæ primam mechanicarum claſſem nunquam excedunt, qualiſ- N.XCIII.
cunque ſtatuatur relatio algebraica inter t & q ([m]); præterquam quod omnes rectificationem admittunt, tangensque anguli, quem ipſæ cum ſuis applicatis conſtituunt, quantitati q ſemper proportionatur ([n]). In ſpecie obſervare poſſumus, ſi q potentiam denotat ipſius t, cujus index eſt fractio pro numeratore habens unitatem, & pro denominatore quemvis numerum n, conſtructionem curvæ ope ſolius Logarithmicæ perfici poſſe, una coordinatarum x & y ſemper exiſtente algebraica & altera mechanica; idque alternatim juxta ordinem numerorum 1, 2, 3, 4, &c. quos litera n ſignificare poteſt. Reperio enim, ([o]) ſi hæc deno-

Vuuuu 2

([m]) Etenim, quamadmodum ex æq. $ady = (q+c)\,dx$, deduximus Nota b, Art. III, $dy = (q+c)\,dt : \sqrt{(aa+(q+c)^2)}$, pariter deducitur $dx = adt : \sqrt{(aa+(q+c)^2)}$. Igitur ſi ad abſciſſam communem t, deſcribantur duæ curvæ, quarum ordinatæ ſint $(q+c) : \sqrt{(aa+(q+c)^2)}$, & $a : \sqrt{(aa+(q+c)^2)}$ erit area prioris proportionalis ordinatæ y, poſterioris ordinatæ x curvæ quæſitæ.

([n]) Hæc tangens, quæ eſt $dy : dx$ æquatur quantitati $(q+c) : a$. Igitur, quia Noſter facit hic $c = 0$, tangens proportionatur ipſi c.

([o]) Etenim, ſi ſtatuas $t = q^n$, & $dt = nq^{n-1}\,dq$, erit $dy\,[qdt : \sqrt{(1+qq)}] = nq^n dq : \sqrt{(1+qq)}$. Sed eadem ratione qua uſi ſumus N°. LXXXII, pag. 817, Not. e, invenies y; ſeu $n\int(q^n dq : \sqrt{(1+qq)}) = q^{n-1}\sqrt{(1+qq)} - (n-1)\int(q^{n-2}dq : \sqrt{(1+qq)})$. Igitur y ſeu ſummatio ipſius $q^n dq : \sqrt{(1+qq)}$ pendet a ſummatione ipſius $q^{n-2}dq : \sqrt{(1+qq)}$, & eodem argumento hæc pendet a ſummatione ipſius $q^{n-4}\,dq : \sqrt{(1+qq)}$, &c. Quare tandem deveniemus vel ad $q\,dq : \sqrt{(1+qq)}$, quod integrabile eſt & $= \sqrt{(1+qq)}$, vel ad $dq : \sqrt{(1+qq)}$, quod pendet a Logarithmis ſeu quadratura Hyperbolæ. Iſtud accidit, ſi ſit n par; illud ſi impar. Ergo y algebraice reperitur ſi n impar, per Logarithmos ſi n par. Verum $x\,[adt : \sqrt{(1+qq)}] = nq^{n-1}dq : \sqrt{(1+qq)}$ pendet a Logarithmis, ſi n impar, quia tunc $n-1$ eſt par: algebraice vero determinatur, ſi n par, quia tunc $n-1$ eſt impar. Ceterum, eadem methodo, quam adhibuimus Nota k, Series Auctoris noſtri facillime inveſtigatur.

N. XCIII. denotet numerum imparem, fore $y = (q^{n-1} - aq^{n-3} + bq^{n-5} - cq^{n-7}$ &c. usque ad $\pm e) \surd (1 + qq)$. & si parem $y = (q^{n-1} - aq^{n-3} + bq^{n-5} - cq^{n-7}$ &c.... ..$\pm e) \surd (1 + qq) \mp \int (e\,dq : \surd (1 + qq))$, sumtis $a = \frac{n-1}{n-2}$, $b = \frac{n-1.\,n-3}{n-2.\,n-4}$, $c = \frac{n-1.\,n-3.\,n-5}{n-2.\,n-4.\,n-6}$, ... & $e = \frac{n-1.\,n-3.\,n-5 \ldots\ldots 2}{n-2.\,n-4.\,n-6 \ldots\ldots 1}$ pro priore hypothesi, vel $e = \frac{n-1.\,n-3.\,n-5 \ldots\ldots 3}{n-2.\,n-4.\,n-6 \ldots\ldots 2}$ pro posteriore; ne quid dicam de altera coordinatarum x, quæ eodem modo per q definietur. Sumta igitur recta quadam indeterminata, quæ vocetur q, perspicuum est inveniri per illam posse x & y, unam algebraice & per logarithmos alteram, longitudinemque curvæ t semper fore $= q^n$.

Memoratu porro digna sunt, ut alia præteream; Quod una eademque curva est, quæ (in diversis positionibus) simul & *Maxim.* $\int q\,dy$ & *Max.* $\int (dy : q)$ suppeditat (p); Quod eadem quoque exhibet *Minimum Maximum*ve $\int y\,dq$ vel $\int x\,dq$ (*Minimum*, si crescentibus x, y & t crescit q; *Maximum*, si decrescit:) & Quod denique *Catenaria* privilegio inter alia non contemnendo plura comprehendit *Maxima Minima*que; nempe *Maxima* $\int (dy : x)$, $\int t\,dy$, $\int (dy : t)$, $\int y\,dt$, $\int x\,dt$; *Minima* $\int t\,dy$, $\int x\,dt$, $\int y\,dt$, prout ex æquationibus 4, 7, 8, 9, 11 elucet, quæ omnes in casu $p = x$, & $q = t$ curvæ huic conveniunt (q). Cæte-

(p) Nempe cujus æquatio est $dy = q\,dt : \surd (aa + qq)$ sive $dx = a\,dt : \surd (aa + qq)$; aut $dy = a\,dt : \surd (aa + qq)$ sive $dx = q\,dt : \surd (aa + qq)$.

(q) Cujus æquationem N°. XXXIX ostendimus esse $dy = a\,dz : \surd (2az + zz)$, vel pro z scribendo $x - a$, $dy = a\,dx : \surd (xx - aa)$; aut etiam $dy = a\,dt : \surd (aa + tt)$, nec non $dx = t\,dt : \surd (aa + tt)$.

Cæterum non possum quin moneam, superfluam *Fratrem* operam impendisse quærendis radiis curvaturæ seu osculi suarum curvarum; quippe quod jam dudum in *Actis Lips.* a me factum fuerat; exscribenda tantum fuissent quæ habentur mens. Jun. 1694, p. 267. seq. ([1]) cum hæ curvæ nil sint nisi totidem diversæ species mearum Elasticarum. N.XCIII.

Hæc ad priorem Solutionem fraternam, quæ mens. Dec. 1697 ([2]) comparuit, notanda fuerunt. Quod alteram Solutionem, seu prioris potius correctionem mens. Apr. 1698 ([3]) insertam concernit, notum me rogasse *Fratrem*, ut illam iteratæ revisioni subjiceret, ipsum vero in hunc usque diem nondum exorari se passum. Quapropter ejus hic vices suppleo, Lectoresque nostros moneo, conjecturas has secundas, quoad *Maximum* $\int p dy$ recte quidem, at haud æque feliciter quantum ad *Maximum* $\int q dy$ cessisse; locoque æquationis dq [vocando q quod ipsi est v] $= ddy : (dt^2 - dy^2)$, scribendum fuisse $dq = addy : dx$, sumpto elemento non ipsius curvæ dt, sed ordinatæ dx pro constanti; quod ex æquatione 7ma. Tabulæ meæ facile ostenditur: Æquatio est $dy = qdt : \sqrt{(aa + qq)}$; hinc fit dx [$\sqrt{(dt^2 - dy^2)}$] $= adt : \sqrt{(aa + qq)}$; adeoque $dy : dx = q : a$, hoc est $ady = qdx$, & differentiando $addy = dqdx$, sive $dq = addy : dx$. Q. E. D.

([1]) N°. LVIII. pag. 582. & seq.
([2]) N°. LXXXII.
([3]) N°. LXXXIV.



N°. XCIV.

JACOBI BERNOULLI NOVA METHODUS

Expedite determinandi radios osculi, seu curvaturæ, in curvis quibusvis algebraicis.

Acta Erud. Lips. 1700. Nov. p. 508

Methodus hæc, nec in radicum æqualitate, nec in Theorematis nostris *Jun. Act.* 1694 * exhibitis fundata, sed singulari quadam eruta ratione †, radium curvaturæ in omni curva algebraica, citra ullum differentialium adminiculum, generaliter exhibet; idque tanta facilitate & promtitudine, ut nihil possit expeditius. Sufficit enim pro singulis æquationis terminis, e vestigio & nullo prævio calculo, alios quosdam substituere, prout e mox dicendis patebit.

Esto curvæ cujusvis algebraicæ [cujus utique tangens inventa supponitur] abscissa $AB = x$, applicata $BC = y$, & subnormalis $BD = z$, [quæ omnes datæ sunt, ob datum C punctum,] & sit inveniendus radius osculi, seu curvaturæ CE.

REGULA. Æquatione tota, quæ curvæ naturam exprimit, ad unam partem constituta; & deleto, si adsit, termino, quem neutra indeterminatarum x & y ingreditur; reliquorum singuli, in quibus reperitur sola x, repræsententur per fx^m; in quibus sola y, per gy^n, & in quibus reperiuntur junctim x & y, per $hx^r y^s$; deno-

* N°. LVIII. pag. 578. 579. † N°. CIII. Art. XXII. XXIII. XXIV.

denotantibus, nempe, litteris f, g, h, terminorum suorum co- N.XCIV.
efficientes, & literis m, n, r, s exponentes potestatum ipsarum x & y. Tum vero fiat fractio

in cujus . . . . numeratore . . . . denominatore

pro singulis	substituatur	
fx^m	$+mfx^{m-1}z$ . .	$+(m-mm)fx^{m-2}yy$
gy^n	$-ngy^n$	$+(n-nn)gy^{n-2}zz$
$hx^r y^s$	$+rhx^{r-1}y^s z$	$+(r-rr)hx^{r-2}y^{s+2}$
	$-shx^r y^s$	$+(s-ss)hx^r y^{s-2}zz$
		$-2rshx^{r-1}y^s z$

hoc est, loco datæ æquationis $fx^m + gy^n + hx^r y^s = 0$ [quæ forma est, ad quam omnes referuntur,] scribatur $(mfx^{m-1}z - ngy^n + rhx^{r-1}y^s - shx^r y^s) : (+(m-mm)fx^{m-2}yy + (n-nn) gy^{n-2}zz + (r-rr)hx^{r-2}y^{s+2} + (s-ss)hx^r y^{s-2}zz - 2rshx^{r-1}y^s z)$; quo facto, ut denominator fractionis ad ipsius numeratorem, sic erit CD ad radium osculi quæsitum.

Exempl. I. Æquatio pro Parabolis omnis generis est $x - y^n = 0$. Conferatur x cum fx^m, & $-y^n$ cum gy^n; erit $f = 1$, $m = 1$, $g = -1$, & $n = n$; quibus valoribus substitutis resultat fractio $(z + ny^n) : ((nn-n)y^{n-2}zz) = (z + nx) : ((nn-n)y^{n-2}zz) =$ [ob $ny^{n-2}z = 1$, ex natura Parabolarum] $(z + nx) : ((n-1)z)$; unde $(n-1)z : z + nx = CD : CE$, sive $z : z + nx = CD : (n-1)\,CE$; quod propter subtangentem Parabolæ $BF = nx$, hanc facillimam Constructionem suppeditat. Ex puncto F, ubi tangens CF secat axem, excitetur axi perpendicularis FG, cui

N. XCIV. cui occurrat producta DC in G, erit $DG = (n - 1) CE$; adeoque $CE = \frac{1}{n-1} DG$.

EXEMPL. II. Sit æquatio curvæ $y^3 + x^3 + xxy - xyy + a^3 - aay + aax - axx + ayy = 0$. Neglectis a^3 & collatis

$+y^3$ cum gy^n, habetur . . . . $g = 1$, & $n = 3$
$+x^3$ . . . . fx^m . . . . . $f = 1$ & $m = 3$
$+xxy$ . . . $hx^r y^s$ . . . . . $h = 1$, $r = 2$, $s = 1$
$-xyy$ . . . $hx^r y^s$ . . . . $h = -1$, $r = 1$, $s = 2$
$-aay$ . . . . gy^n . . . . . . $g = -aa$, $n = 1$
$+aax$ . . . fx^m . . . . $f = aa$, $m = 1$
$-axx$ . . . fx^m . . . . . $f = -a$, $m = 2$
$+ayy$ . . . . gy^n . . . . $f = a$, $n = 2$

quibus ubique surrogatis, exurgit fractio $(-3y^3 + 3xxz + 2xyz - xxy - yyz + 2xyy + aay + aaz - 2axz - 2ayy)$: $(-6yzz - 6xyy - 2y^3 - 4xyz + 2xzz + 4yyz + 2ayy - 2azz)$. Dico hujus denominatorem ad numeratorem se habere ut CD ad quæsitam CE.

OBSERV. I. Cum data sit relatio inter x, y, z, seu AB, BC, BD, CD; poterit, ejus ope, semper una pluresve harum quantitatum e fractione eliminari, eoque quæsitum in terminis plerumque simplicioribus exhiberi; ut supra, in *Exemplo* I, contigit.

OBSERV. II. Non opus est, ex data æquatione tollere prius fractiones & surditates, quando hæ simplices duntaxat potestates quantitatum x & y innuunt. Tantundem enim est, ex. gr. $aa:x$ atque aax^{-1}, $\sqrt{ax}$ atque $a^{1:2}x^{1:2}$, $\sqrt[3]{xyy}$ atque $x^{1:3}y^{2:3}$, &c.

OBSERV.

OBSERV. III. Imo nunquam illas tollere est opus, etiamsi N.XCIV.
signa radicalia binomia & multinomia involvant. Non minus enim assignari potest, quid pro talibus in fractione sit substituendum. Sic si habeatur, in æquatione, quantitas surda $\sqrt[n]{(x^m+a^m)}$, brevitatis causa, dicta p; ejus loco, in numeratore fractionis surrogo $(mx^{m-1}z):np^{n-1}$, in denominatore repono $+((m - mm)x^{m-2}yy):np^{n-1}+((n-1)mmx^{2m-2}yy):nnp^{2n-1}$, pariterque etiam in aliis.

OBSERV. IV. Haud absimili methodo, tangentibus inveniendis Regula præscribi potest, quanquam eadem vulgari quoque differentialium Calculo haud difficulter eliciatur. Sit rursum data æquatio $fx^m+gy^n+hx^ry^s+a=0$. Dico fore subnormalem $BD=(-mfx^{m-1}-rhx^{r-1}y^s):(+ngy^{n-2}+shx^ry^{s-2})$; subtangentem $BF=(-ngy^n-shx^ry^s):(+mfx^{m-1}+rhx^{r-1}y^s)$; segmentum axis $AF=(-ngy^n-shx^ry^s-mfx^m-rhx^{r-s}):(+mfx^{m-1}+rhx^{r-1}y^s)$; cui Regulæ similem in primo *Actorum* anno exhibuit Nob. D. TSCHIRNHAUS, nisi quod ipse, in ordinanda æquatione, ad maximam potestatem y respicere jubeat, quod hic non est necesse. Sufficit quod omnes termini æquationis ab una parte collocentur.

Atque hæc sunt, quæ publico hac vice impertiri lubuit. Eorum veritatem qui examinare velit, Regulam nostram tentet in variis curvis, de quorum radiis curvaturæ per alias methodos jam constat: qui vero in artificium inventionis ipsum curiosius inquirit, hoc sibi ad solvendum, velut ænigma, proponat; donec solutum dedero ipse.

Vide Num. CIII. Art. XXII. XXIII. XXIV.



N°. XCV.

JACOBI BERNOULLI QUADRATURA ZONARUM CYCLOIDALIUM PROMOTA;

Problema item centri gravitatis Sectoris solidi Cycloïdici solutum.

Confer. Num. XCII.

Acta Erud. Lipſ. 1700. Dec. p. 551.

QUemadmodum Problema ſectionis angularis in ratione determinata numeri ad numerum, algebraicum eſt (*); ſed indefinite in data ratione quacunque, tranſcendens: ita quoque Zonæ cycloïdales quadrabiles, qualis IKDB, [*Fig.* 1] algebraïce quidem determinantur, ſicubi ratio arcuum AM & AL datur in numeris; indefinite vero, & generaliter, nulla æquatione algebraica finita exhiberi poſſunt; quamvis interim Problema facillime conſtruere liceat, hoc modo: Sit AC portio cycloidis, A vertex, AH axis, AQ quadrans circuli genitoris, H centrum circuli. Fiat AP perpendicularis & æqualis ipſi AH, datoque in ea ubivis puncto G, biſecetur GP in R, ac junctæ HG ducatur parallela recta RS. Trajecta porro indefinite recta CEF parallela

(*) Vide Num. XCVII.

la ipsi HQ, quæ secet cycloïdem in C, circulum genitorem in E, & axem in F; abscindatur in HQ quarta proportionalis ad AH, AG & CE, quæ sit HT: centro T, radio circuli genitoris, describatur arcus circuli secans cycloïdem in duobus punctis, quorum remotius ab axe sit V, per quod transeat recta VN, parallela ipsi HQ & producta in O, ut sit NO = HF; erit O ad curvam quandam OSP, quæ rectam RS secabit in puncto optato S: hinc enim si demittatur in axem SK parallela HQ, eique abscindatur æqualis HI, ac per K & I agantur rectæ KD & IB, itidem parallelæ ipsi HQ, quæque secent cycloïdem in D & B, circulum genitorem in M & L, erit & zona IKDB quadrabilis, hoc est, æqualis triangulis rectilineis HAL — HAM + IAL — KAM; & arcus AM ad AL in ratione data AG ad AH, ut requirebatur, Demonstrationem, quæ intellecta nostra analysi p. 427, A. 1699, ([b]) neminem latere potest, addere supersedeo. Inventio porro sectoris solidi IBAD, [*Fig.* 2.] oriundi ex conversione sectoris plani SAB circa axem AI, qui centrum gravitatis habeat algebraice determinabile, calculum requirit prolixum magis, quam arduum. Salvo enim hujus errore, reperio No. XCV.

Xxxxx 2

([b]) Vide Num. XCII. Ex quo liquet Zonam IKDB esse quadrabilem, si arcu AM ad arcum AL existente ut 1 ad n, ratio ipsius HI [z] ad ipsam HK [x] exprimitur per æquationem $z = (n-1)a : 2n + x : n$. Utrumque autem hic exequitur noster. Primo enim, si ponas AG ad AH [a] ut 1 ad n, cum sit AH : AG = [$n : 1$] = CE : HT, erit HT = CE : n. Ductæ autem TV, HX, cum sint æquales radio atque adeo inter se, inter parallelas VN, CF, abscindent æquales VX, HT. Est igitur VX = CE : n. Sed, ex nat. Cycloidis, VX = arc. AX, & CE = arc. AE. Igitur AX : AE = 1 : n. Hæc igitur est curvæ PSO natura, ut sumpta HF = NO, sit arcus AE ad arcum AX ut n ad 1. Itaque cum sit HI = SK, erit AL ad AM ut n ad 1. Deinde cum sit AP = AH = a, & AG = $a : n$, erit PR = GR [semidifferentia ipsarum AP, AG] = $(n-1)a : 2n$. Et cum sit HA : AG [$= n : 1$] = HK [x] : KY, erit KY = $x : n$, adeoque SK = $(n-1)a : 2n + x : n$. Est autem SK = HI = z. Igitur $z = (n-1)a : 2n + x : n$.

Ergo, ex demonstr. N°. XCII, Zona IKDB quadrabilis est & æqualis $aq - \frac{1}{2}qz - ap + \frac{1}{2}px$ seu HA. IL — ½HI. IL — HA. KM + ½HK

No. XCV. rio quod, posita $AH = 1$, sumtaque $AK = \frac{1}{2} + \sqrt{\frac{1}{2}}$, & $KI = \frac{2}{3} + \frac{1}{3}\sqrt{2}$, distantia centri gravitatis Sectoris a vertice A, sit futura $(9 + 22\sqrt{\frac{1}{2}}) : (6 + 30\sqrt{\frac{1}{2}})$ (c).

$\frac{1}{2} HK.KM = 2HAL - HIL - 2HAM + HKM = HAL + IAL - HAM - AKM$.

(c) Vide Num. CIII. Art. XXXI.



N°. X

Q. D. O.

ANAL
MAGNI PRO
ISOPERIN

In Actis Erudit. Lip

prop

Sub p

JACOBI BE

Math. Prof. & Acad

publice

Sus

Joh. Jacobus E P I

Ipsis Calendis

Edita

BAS

17

Et in *Actis Erudit.* L

N°. 93.

Fig. A.

Fig. B.

Fig. 1.

N°. 95.

INCOMPARABILIS

VIRORUM QUADRIGÆ,

Dn. MARCHIONIS HOSPITALII,

Dn. GODOF. GUILIELMI LEIBNITII,

Dn. ISAACI NEWTONI,

Dn. NICOLAI FATII DUILLERII,


Principum Mathematicorum,

Nominibus illustrissimis,

Analysin suam devota mente inscribit,
æquissimis Censuris
demisse subjicit,

Præses.

ANA-



ANALYSIS MAGNI PROBLEMATIS ISOPERIMETRICI.

N. XCVI.



AGNUM Problema appello, non tam ob solvendi difficultatem, [etsi tantam, ut certare facile possit cum difficillimis,] quam quod ad provehendos Scientiæ fines, novasque regiones lustrandas viam nobis aperit. Cum enim cetera huc usque, seu in materia, seu in abstracto, proposita & agitata Problemata in primi secundique gradus differentialibus subsistant; hoc unum, limitibus quasi tam arctis circumscribi nescium, in altiorem penetrat elementorum classem. Neque Problematis natura pati videtur, ut via reperiatur, qua sine tertii gradus differentiis absolvi possit (a). Et quemadmodum æquatio simpliciter diffe-

(a) Vide tamen N°. XCIII, Nota b, pag. 875. seq.

N. XCVI. *differentialis exurgit, cum unius particulæ curvæ situs ad axem expenditur: nec non æquatio differentio-differentialis, cum duarum particularum mutua ad se invicem inclinatio consideratur, [quorum illud contingit, ubi data Curvæ affectio Tangentes duntaxat respicit; hoc, ubi Osculi seu Curvaturæ conditionem complectitur:] ita consentaneum est, ut ad tertias delabi differentias necessum sit, cum trium particularum curvæ inter se mutua relatio spectatur; tot enim, non pauciores, Isoperimetriæ conditio requirit: multiplicatis igitur objectis, perplexitatem augeri quid mirum? Hanc autem feliciter superaturis, arduique Problematis analysin methodice exhibituris, opera danda est ut generalia separentur a specialibus, illaque his, Theorematum lemmaticorum instar, præmittantur.*

Ad rem.

THEOREMA I.

In qualibet Curva, si plures applicatæ contiguæ se mutuo sequantur, quarum prima seu minima vocetur x', *vel* x *simpliciter, proxime major* x'', *tertia* x''', *quarta* x'''', &c. *erit* $x'' = x + dx$, $x''' = x + 2dx + ddx$, $x'''' = x + 3dx + 3ddx + dddx$, *numeris scil. terminorum ordine exprimentibus coefficientes potestatum binomii. Si vero applicatarum maxima dicatur* x, *proxime minor* x'', *sequens* x''', *&c. erit* $x'' = x - dx$; $x''' = x - 2dx + ddx$, $x'''' = x - 3dx + 3ddx - dddx$, *signis insuper* + *&* − *alternatim se excipientibus, ut in potestatibus apotomarum. Non secus si applicatarum differentiæ primæ ordine vocentur* dx' [*vel* dx], dx'', dx''', dx'''', *&c. erit* $dx'' = dx \pm ddx$, $dx''' = dx \pm 2ddx + dddx$, $dx'''' = dx \pm 3ddx + 3dddx \pm ddddx$. *Et si earundem differentiæ secundæ designentur per* ddx' [ddx], ddx'', ddx''', *&c. erit* $ddx'' = ddx \pm dddx$, $ddx''' = ddx \pm 2dddx + ddddx$. (*$\pm$ significat + in priore & − in posteriore hypoth.*)

DEMONSTRATIO.

$x'' = x \pm dx.$ $dx'' = dx \pm ddx.$ $ddx'' = ddx \pm dddx.$

$x''' = x'' \pm dx'' = x \pm 2dx + ddx.$ $dx''' = dx'' \pm ddx'' = dx \pm 2ddx + dddx$

$x'''' = x''' \pm dx''' = x \pm 3dx + 3ddx \pm dddx.$

Q. E. D.

Similimodo, si abscissæ ab applicatis portiones axis ordine vocentur y' [y], y'', y''', y'''', &c. ostenditur, fore $y'' = y \pm dy$, $y''' = y \pm 2dy + ddy$, $y'''' = y \pm 3dy + 3ddy \pm dddy$; ut & $dy'' = dy \pm ddy$, $dy''' = dy \pm 2ddy + dddy$. Et si resectæ portiones ipsius curvæ dicantur z' [z], z'', z''', &c. fore $z'' = z \pm dz$, $z''' = z \pm 2dz + ddz$, &c. nec non $dz'' = dz \pm ddz$, $dz''' = dz \pm 2ddz + dddz$, &c. Intellige, nisi forte differentiæ primæ quantitatis variabilis y vel z ponantur æquales; quo casu altiores ejus differentiæ omnes evanescunt.

Nota, supponi, quod crescente vel decrescente quantitate variabili, crescant vel decrescant simul omnes ejus differentiæ: quanquam enim plerumque secus accidit, id tamen calculum non turbat, nec aliud infert, quam differentias quasdam suppositionis nostræ esse negativas; cum negative crescere decrescere sit, & contra. Quæ autem differentiæ in quovis particulari Problemate negativæ sint, quæ positivæ, absoluta demum analysi definietur.

THEOREMA II.

Data sit positione recta AT, [Fig. 1] *extraque illam, in diversis distantiis, puncta quatuor* B, F, G, C, *per quæ transeant rectæ* BH, FK, GL, CI *perpendiculares, &* BX, FY, GZ *parallelæ ipsi* AT. *Tum, fixis manentibus extremis punctis* B *&* C, *reliqua* F, G *moveri incipiant super datis positione rectis* FK, GL; *hac tamen lege, ut summa trium jungentium rectarum* BF +

N.XCVI. FG + GC *maneat constans & eadem: erit fluxio momentanea puncti* F *ad fluxionem momentaneam puncti* G, *hoc est, incrementum vel decrementum rectæ* KF *ad decrementum vel incrementum rectæ* LG, *ut differentia inter duo priora ad differentiam inter duo posteriora trium solidorum sub* CZ, BF, FG; *sub* GY, BF, GC; *& sub* FX, FG, GC ([b]).

Ut Theorema exprimatur symbolice, sunto

$BX = l$	$FX = p$	$BF = s$
$FY = m$	$GY = q$	$FG = t$
$GZ = n$	$CZ = r$	$GC = u$

nec non $HB = b$	adeoque
$KF = f = b + p$	$df = dp$
$LG = g = b + p + q$	$dg = dp + dq$.

Dico, fore $df : -dg = rst - qsu : qsu - ptu$.

DEMONSTRATIO.

Partim propter triangula rectangula *BXF*, *FYG*, *GZC*; partim ob puncta fixa *B* & *C*, ac per hypothesin; habentur sequentes sex æqualitates:

$$BX^2 + FX^2 = BF^2. \text{ id est } ll + pp = ss$$
$$FY^2 + GY^2 = FG^2 \ldots\ldots mm + qq = tt$$
$$GZ^2 + CZ^2 = GC^2 \ldots\ldots nn + rr = uu$$

$BX + FY + GZ = \text{const.}$	$l + m + n = \text{const.}$
$FX + GY + CZ = \text{const.}$	$p + q + r = \text{const.}$
$BF + FG + GC = \text{const.}$	$s + t + u = \text{const.}$

unde,

([b]) Hoc Theorema idem est cum eo quod demonstravimus, N°.XCIII, Not. b, de conditione æqualis perimetri, juxta secundam hypothesin.

unde, differentiando, emergunt, pro fluxu indeterminato punctorum F, G, æquationes N. XCVI.

I. $ldl + pdp = sds$	IV. $dl + dm + dn = 0$
II. $mdm + qdq = tdt$	V. $dp + dq + dr = 0$
III. $ndn + rdr = udu$	VI. $ds + dt + du = 0$

pro quibus, in casu hujus Theorematis, ob fluxum punctorum F, G in rectis KF, LG [qui rectas BX, FY, GZ, seu l, m, n, invariatas relinquit, ipsasque proin dl, dm, dn cum tota æquatione IV evanescere facit] scribendæ,

I. $pdp = sds$	
II. $qdq = tdt$	V. $dp + dq + dr = 0$
III. $rdr = udu$	VI. $ds + dt + du = 0$

sic ut sex tantum differentialia & quinque æquationes remaneant, quarum beneficio quatuor ex illis omnifariam tolli, & reliquorum duorum ratio ad invicem inveniri potest. Nam ex. gr. per VI, habetur $du = -ds - dt$ & per V, $dr = -dp - dq$; qui valores in III loco dr & du substituti, faciunt $dt = (rdp + rdq - uds) : u$; & hic loco dt surrogatus in II, producit $ds = (rtdp + rtdq - qudq) : tu$; qui denique positus pro ds in I, exhibet $(ptu - rst)\,dp = (rst - qsu)\,dq$; unde $dp : dq = rst - qsu : ptu - rst$; nec non componendo $dp : dp + dq$ [hoc est, $df : dg$] $= rst - qsu : ptu - qsu$, seu, variatis signis secundi & quarti termini, $df : -dg = rst - qsu : qsu - ptu$. *Q. E. D.*

THEOREMA III.

Ponantur, quæ in præcedenti, rursumque summa rectarum BF + FG + GC *constanter maneat eadem; sed fluant puncta* F, G *in peripheriis circulorum super punctis fixis* B, C *descriptorum, secum*

N. XCVI. *ducentia rectas* KF, LG; *erit incrementum momentaneum rectæ* KF *ad decrementum momentaneum rectæ* LG, *aut vicissim decrementum illius ad incrementum hujus, ut differentia inter duo priora ad differentiam inter duo posteriora trium solidorum sub* BX, FY, CZ; *sub* BX, GZ, GY, & *sub* FY, GZ, FX ([c]).

Hoc est in symbolis, erit $df : -dg = lmr - lnq : lnq - mnp$.

Demonstratio.

Durante fluxu punctorum F, G in peripheriis circa B, C; cum invariatæ maneant singulæ BF, FG, GC, seu s, t, u; evanescantque adeo ds, dt, du, una cum æquatione VI Theorematis præced. cæteræ ibidem pro fluxu punctorum indeterminato repertæ æquationes ad has quinque reducuntur:

I. $l\,dl + p\,dp = 0$	IV. $dl + dm + dn = 0$
II. $m\,dm + q\,dq = 0$	V. $dp + dq + dr = 0$
III. $n\,dn + r\,dr = 0$	

Per V habetur $dr = -dp - dq$, & per IV, $dn = -dl - dm$; quibus valoribus substitutis in III, fit $dm = (-r\,dp - r\,dq - ndl) : n$; & hinc in II, $dl = (-mr\,dp - mr\,dq + nq\,dq) : mn$, indeque tandem in I, $(mnp - lmr)\,dp = (lmr - lnq)\,dq$; quare $dp : dq = lmr - lnq : mnp - lmr$; & componendo $dp : dp + dq$ $[df : dg] = lmr - lnq : mnp - lnq$; seu $df : -dg = lmr - lnq : lnq - mnp$. Q. E. D.

([c]) Redit hoc Theorema ad id quod demonstravimus de conditione isoperimetri, juxta primam hypothesim N°. XCIII, Nota b, pag. 876.

THEO-

THEOREMA IV.

Intelligantur in qualibet Curva ABD *quatuor ordinatim applicatæ contiguæ* HB, KF, LG, IC, *intervallulis æqualibus & infinite parvis* HK, KL, LI *discretæ, & intercipientes Curvæ portiunculam* BFGC; *quarumque [si vis] prima seu minima* HB *vocetur* x, *sicut* AH, y, *&* AB, z. *Tum vero mutetur paululum curvedo portiunculæ* BFGC *fluxu punctorum* F, G *super applicatis suis* KF, LG; *sic tamen ut longitudo particulæ inter extrema puncta fixa* B, C *non mutetur. Erit incrementum aut decrementum applicatæ* KF *ad decrementum vel incrementum applicatæ* LG, *ut* $+ dz^2ddx + dz^2dddx - dxddx^2$ *ad* $+ dz^2ddx + 2dxddx^2$.

DEMONSTRATIO.

Casus hic est specialis Theorematis secundi, a quo non differt, nisi quod hic, ob infinite propinqua puncta B, F, G, C rectæ BX, FX, BF, &c. seu *l*, *p*, *s*, cæteræque, considerentur ut infinite parvæ, abeantque respectu Curvæ in differentialia seu elementa *dy*, *dx*, *dz*, &c. Unde per Theorema I, quantitates hæ fient

BX seu $l = dy' = dy$
FY . . . $m = dy'' = dy + ddy$
GZ . . . $n = dy''' = dy + 2ddy + dddy$

FX seu $p = dx' = dx$
GY . . . $q = dx'' = dx + ddx$
GZ . . . $r = dx''' = dx + 2ddx + dddx$

BF seu $s = dz' = dz$
FG . . . $t = dz'' = dz + ddz$
GC . . . $u = dz''' = dz + 2ddz + dddz$

N. XCVI. Solida vero ex illis rst, qsu, ptu, quorum differentiæ, vi Theorematis secundi, quæsitum exhibent, multiplicatione inveniuntur, ut sequitur:

$$\begin{array}{l} r = dx + 2ddx + dddx \\ st = dz^2 + dzddz \\ \hline rst = dxdz^2 + 2dz^2ddx + dz^2dddx \\ \qquad + dxdzddz + 2dzddzddx \end{array}$$

$$\begin{array}{l} u = dz + 2ddz + dddz \\ qs = dxdz + dzddx \\ \hline qsu = dxdz^2 + 2dxdzddz + dxdzdddz \\ \qquad + dz^2ddx + 2dzddzddx \end{array}$$

$$\begin{array}{l} u = dz + 2ddz + dddz \\ pt = dxdz + dxddz \\ \hline ptu = dxdz^2 + 3dxdzddz + dxdzdddz \\ \qquad + 2dxddz^2 \end{array}$$

& facta substractione, eorum differentiæ:

$$rst - qsu = + dz^2ddx + dz^2dddx - dxdzddz - dxdzdddz \quad \Big| \quad qsu - ptu = dz^2ddx + 2dzddxddz - dxdzddz - 2dxddz^2.$$

ad quas abbreviandas eliminari possunt ddz & $dddz$, hoc pacto: Quoniam $dz^2 = dy^2 + dx^2$, atque, ob æquidistantes ex hypothesi applicatas, dy est constans; sumendo differentias habetur $dzddz = dxddx$; iterumque differentiando $dzdddz + ddz^2 = dxdddx + ddx^2$, hoc est, $dzdddz = dxdddx + ddx^2 - ddz^2 =$ [delendo ddz^2] $dxdddx + ddx^2 - dx^2ddx^2 : dz^2$; quibus valoribus in locum $dzddz$ & $dzdddz$, nec non dy^2 in locum $dz^2 - dx^2$ suffectis, exsurgit

$rst - qsu = + dy^2 ddx + dy^2 dddx - dxdy^2 ddx^2 : dz^2$ | $qsu - ptu = dy^2 ddx + 2dxdy^2 ddx^2 : dz^2$ N. XCVI.

unde consequitur, quod Increm. *KF*: Decr. *LG* [$= rst - qsu : qsu - ptu$, per Theor. II.] $= dy^2 ddx + dy^2 dddx - \frac{dxdy^2 ddx^2}{dz^2} : dy^2 ddx + \frac{2dxdy^2 ddx^2}{dz^2} =$ [facta communi multiplicatione per $\frac{dz^2}{dy^2}$] $dz^2 ddx + dz^2 dddx - dxddx^2 : dz^2 ddx + 2dxddx^2$, Q. E. D.

Nota, quantitates *r*, *s*, *t*, &c. earumque producta constare diversorum ordinum aut classium differentialibus, quorum posteriora prioribus gradatim sunt incomparabiliter minora; quocirca ne permisceantur, opera danda in sumendis solidis, ut, quæ sunt ejusdem ordinis, interque sese comparari possunt, in eodem sibi articulo respondeant. Pergendum autem est in operatione ad tertium usque ordinem, non ultra; cum primi & secundi ordinis quantitates omnes, in calculi progressu, se mutuo destruant; quæ vero tertium ordinem excedunt, ob contemnendam priorum respectu parvitatem, tuto negligantur; quemadmodum etiam supra factitatum videmus, ubi producta ex *dzddx* per *dddx*, ex *dzddx* & *dxddz* per *dddz* in calculo compendiose insuper habentur.

THEOREMA V.

Sunto in qualibet Curva quatuor applicatæ contiguæ HB, KF, LG, IC, *quarum rursum prima & minima* HB *vocetur* x, *uti* AH, y, *&* AB, z; *quæque intercipiant tres Curvæ particulas æquales & infinite parvas* BF, FG, GC. *Mutetur vero paululum curvedo harum partium rotatione extremarum* BF, GC *circa puncta fixa* B, C, *sic temperata, ut nec singula, nec universa longitu-*

N. XCVI. *gitudine varient. Erit incrementum vel decrementum applicatæ* KF, *ad decrementum vel incrementum applicatæ* LG, *ut* $dy^2ddx + dy^2dddx + dxddx^2$ *ad* $dy^2ddx - 2dxddx^2$.

DEMONSTRATIO.

Casus est Theorematis tertii; abeuntibus hic iterum rectis BX, FX, BF &c. seu l, p, s, cæterisque, in infinite parva seu differentialia dy, dx, dz, &c. Quapropter eorum solida lmr, lnq, mnp, & solidorum differentiæ, quæ per Theorema dictum quæsitam rationem manifestant, eodem modo reperiuntur, quo in præcedenti.

En operationem.

$$r = dx + 2ddx + dddx$$
$$lm = dy^2 + dyddy$$
$$lmr = dxdy^2 + 2dy^2ddx + dy^2dddx + dxdyddy + 2dyddxddy$$

$$n = dy + 2ddy + dddy$$
$$lq = dxdy + dyddx$$
$$lnq = dxdy^2 + 2dxdyddy + dxdydddy + dy^2ddx + 2dyddxddy$$

$$n = dy + 2ddy + dddy$$
$$mp = dxdy + dxddy$$
$$mnp = dxdy^2 + 2dxdyddy + dxdydddy + dxdyddy + 2dxddy^2.$$

atque adeo

$$lmr - lnq = + dy^2ddx + dy^2dddx - dxdyddy - dxdydddy \quad \Big| \quad lnq - mnp = + dy^2ddx + 2dyddxddy - dxdyddy - 2dxddy^2$$

Porro

Porro eliminari possunt ddy & $dddy$ hoc modo: Consideretur dy^2 N. XCVI.
$= dz^2 - dx^2$, ipsumque dz esse constans, ob æquales suppositas curvæ particulas; unde bis differentiando, fit primo $dyddy = -dxddx$, deinde $dydddy = -dxdddx - ddx^2 - ddy^2 =$ [sublato ddy^2] $-dxdddx - ddx^2 - dx^2ddx^2 : dy^2$; his namque in locum $dyddy$ & $dydddy$, ipsoque dz^2 in locum $dx^2 + dy^2$ succenturiatis, provenit

$$lmr - lnq = dz^2ddx + dz^2dddx + dxdz^2ddx^2 : dy^2 \quad \Big| \quad lnq - mnp = dz^2ddx - 2dxdz^2ddx^2 : dy^2$$

e quo colligitur, quod Increm. KF: Decrem. LG [$= lmr - lnq : lnq - mnp$, per Theor. III] $= dz^2ddx + dz^2dddx + \frac{dxdz^2ddx^2}{dy^2} : dz^2ddx - \frac{2dxdz^2ddx^2}{dy^2} =$ [æque multiplicando per $\frac{dy^2}{dz^2}$] $dy^2ddx + dy^2dddx + dxddx^2 : dy^2ddx - 2dxddx^2$. Q. E. D.

THEOREMA VI.

Si sint duæ quantitates indeterminatæ, minor f, *& hanc augmento infinite parvo superans* g; *rursumque aliæ duæ per has similiter expressæ, vel datæ,* F *&* G; *sitque* $adF = hdf$, *&* $adG = idg$: *Dico, fore* $i = h + dh$.

DEMONSTRATIO.

Ponatur, exempli gratia, $F = \sqrt{(aa + ff)}$, eique similis $G = \sqrt{(aa + gg)}$; erit $adF : df$, seu h, $= af : \sqrt{(aa + ff)}$, & $adG : dg$, seu i, $= ag : \sqrt{(aa + gg)}$. Patet autem, has quantitates $af : \sqrt{(aa + ff)}$, & $ag : \sqrt{(aa + gg)}$, cum & ipsæ similiter sint affectæ, eidem curvæ applicabiles esse, prout ejus abscissæ dicuntur f vel g: quoniam igitur f & g, ex hypoth. denotant abscis-

N. XCVI. ſas incremento infinite parvo differentes, erunt reſpectivæ earum applicatæ h & i ſibimet contiguæ & proximæ, ac proinde $i = h + dh$. Q. E. D.

THEOREMA VII.

Si curva ABD, *inter omnes ſibi Iſoperimetras iiſdemque punctis* A, D *interceptas curvas, privilegio cujuſdam* Maximi Minimi*ve* *potiatur, qualibet ejus particula* BFGC *eodem quoque, præ aliis omnibus, ſibi æqualibus, interque puncta* B, C *extenſis lineis, privilegio gaudebit.*

DEMONSTRATIO.

Gaudeat enim alia æqualis lineola BEC hoc privilegio, ut *Maximum* illud *Minimum*ve contineat vel producat: majus ergo vel minus continebit aut producet BEC quam BFGC, additoque communiter quod continetur vel producitur ab ipſis AB & CD, majus minuſve continebit aut producet tota ABECD quam tota ABFGCD. Non ergo huic competit privilegium *Maximi Mini-mi*ve; contra hypotheſin.

Nota. Senſus Theorematis vel Demonſtrationis ejus videtur paulo obſcurior, nec ſatis determinatus; ſed planior fiet infra ex applicatione: quod moneo, ne quis moroſior Propoſitionem ſtatim ſugillet, cui ſenſum fortaſſe ambiguum aut falſum affingi poſſe viderit.

Hactenus generalia,

Sequuntur nunc ipſa Problemata, ubi pro ſpecialibus ſingulorum æquationibus inveniendis nihil jam ſupereſt aliud, quam ut ratio incrementi vel decrementi rectarum KF, LG, ex ſpeciali cujuſque Problematis natura, in aliis adhuc terminis reperiatur; cui negotio facilitando, vel elementa dy, ſeu HK, KL; LI;

LI; vel elementa dz, seu BF, FG, GC ponenda sunt constantia N. XCVI.
& æqualia; prout in quovis Problemate hoc vel illud simplicius videbitur. Quanquam enim id rem ipsam spectando sit indifferens, sæpe tamen unum quam alterum operationem haud paulo faciliorem reddere potest.

PROBLEMA I.

Datis positione rectis normalibus AT, AM, *& curva quacunque* AN; *quæritur ex omnibus Figuris Isoperimetris super communi base* AT *& inter eadem puncta* A, D *constitutis, illa* ABD, *e cujus singulis punctis* B *si ducantur binæ rectæ* BHP, BMN, *normales ipsis* AT, AM; *ac statuatur pars prioris* HP = MN; *ut spatium inde ortum* ATV *omnium a cæteris Isoperimetris similiter genitorum spatiorum sit Maximum Minimumve.* ([d]).

ANALYSIS.

Sit curva optata ABD, & *Maximum Minimum*ve, quod ab illa producitur, faciendo ubique HP = MN, spatium ATV. Intelligantur in æqualibus interstitiolis HK, KL, LI, quorum singula dicantur l, quatuor applicatæ contiguæ, HB = b, KF = f, LG = g, IC = c, totidemque aliæ per has similiter expressæ, propterea que denotandæ per majusculas, HP = B, KR = F, LS = G, IQ = C. Erit, per Theor. VII, spatiolum PHIQ, hoc est $HK \times HP + KL \times KR + LI \times LS$, seu $lB + lF + lG$ = *Maximo Minimo*ve; adeoque ex natura *Maximi Minimi*que, ejus differentiale $l\,dF + l\,dG = 0$, seu, dividendo per l, $dF + dG = 0$. [Ob fluxum enim punctorum F, G, quem super rectis KF, LG fieri concipio, solæ applicatarum mediæ KF, LG, KR, LS, seu f, g, F, G, longitudinem mutant, extremis HB, IC, HP, IQ, seu b, c, B, C, constanter iisdem manentibus.]

Zzzzz 2 Pona-

([d]) Videsis N°. XCIII, Nota b, §. I, pag. 875 & seq.

N. XCVI. Ponatur $dF = hdf : a$, & $dG = idg : a$; erit $hdf + idg = 0$; unde proportio, $df : -dg = i : h =$ [per Theor. VI] $h + dh : h$, & quia, per Theor. IV, generaliter quoque habetur $df : -dg = dz^2 ddx + dz^2 dddx - dxddx^2 : dz^2 ddx + 2dxddx^2$, sequitur fore, $h + dh : h = dz^2 ddx + dz^2 dddx - dxddx^2 : dz^2 ddx + 2dxddx^2$, ac dividendo $dh : h = + dz^2 dddx - 3dxddx^2 : + dz^2 ddx + 2dxddx^2$; unde extremis & mediis in se invicem ductis [omisso tamen, quod cæterorum respectu evanescit, producto $2dhdxddx^2$] resultat æquatio specialis nostri Problematis $+ hdz^2 dddx - 3hdxddx^2 = + dhdz^2 ddx$, quæ, ut apparet, ad tertias usque differentias ascendit. Hanc autem ego porro ad secundas, indeque ad primas, sequente analysi reduco ([e]).

Primo, loco $dxddx$ restituo $dzddz$ [hoc fini, ut tot habeantur quantitates h, dz, ddx, una cum suis differentialibus dh, ddz, $dddx$, quot sunt æquationis membra] eritque $hdz^2 dddx - 3hdzddxddz = dhdz^2 ddx$; deinde transfero omnia ad unam partem, atque divido per dz, ut fit $hdzdddx - 3hddxddz - dhdzddx = 0$. Jam fingo æquationem $h^m dz^n ddx^r =$ const. elevatis tribus quantitatibus h, dz, ddx ad potestates ignotas, sed ex progressu determinandas, m, n, r; factaque differentiatione obtineo $rh^m dz^n ddx^{r-1} dddx + nh^m dz^{n-1} ddx^r ddz + mh^{m-1} dhdz^n ddx^r = 0$, quæ divisione per $h^{m-1} dz^{n-1} ddx^{r-1}$ contrahitur ad hanc, $rhdzdddx + nhddxddz + mdhdzddx = 0$; hæc vero terminotenus collata cum æquatione Problematis $hdzdddx - 3hddxddz - dhdzddx = 0$, exhibet $r = 1$, $n = -3$, & $m = -1$: unde loco fictæ æquationis $h^m dz^n ddx^r =$ const. habetur $ddx : hdz^3 =$ const. $=$ [ex lege homogeneorum & propter constans dy] $\pm 1 : aady$, æquatio nempe differentialis secundi gradus: ad quam ulterius deprimendam, pono rursum æquationem $adx = tdy$, e qua debite tractata fluunt sequentia.

ddx

([e]) Vid. infra N°. CIII, Art. XXXII.

$ddx = dtdy : a$, $aadx^2 = ttdy^2$, & [addito $aady^2$] $aadx^2 +$ N. XCVI.
$aady^2$, id est, $aadz^2 = (aa + tt) dy^2$, & $dz = dy \surd (aa + tt) : a$. Hi vero valores, loco ddx & dz, in æquatione inventa $ddx : hdz^3 = \pm 1 : aady$, substituti producunt $aadt : (aa + tt) \surd (aa + tt) = \pm hdy : aa = \pm hdx : at$, seu [instituta multiplicatione per $\pm t$] $\pm aatdt : (aa + tt) \surd (aa + tt) = hdx : a =$ [propter eandem f & x] $hdf : a =$ [per hyp.] dF; unde, facta summatione, acquiritur partim $aa : \surd (aa + tt)$, partim $a - aa : \surd (aa + tt) = F$ ([f]), hoc est, applicatæ KR, seu huic contiguæ HP aut MN; quam si deinceps vocare lubeat p, habebitur tum $p = aa : \surd (aa + tt)$, tum $p = a - aa : \surd (aa + tt)$; unde vicissim & $t = a \surd (aa - pp) : p$, & $t = a \surd (2ap - pp) : (a - p)$. Atque hi tandem valores, in posita æquatione $adx = tdy$, in locum t suffecti exhibent, partim $dy = pdx : \surd (aa - pp)$, partim $dy = (a - p) dx : \surd (2ap - pp)$, pro æquationibus simpliciter differentialibus curvarum, quæ Maximum Minimumve spatium ATV [$\int pdy$] suppeditant. Quod quidem principaliter inveniendum erat.

Utri vero harum curvarum Maximum, & utri Minimum $\int pdy$ conveniat, sic indagabimus: Prior æquatio est $dy = pdx : \surd (aa - pp)$; unde quadrando, $dy^2 = ppdx^2 : (aa - pp)$, & [addendo dx^2] $dy^2 + dx^2$, sive dz^2, $= aadx^2 : (aa - pp)$; & extrahendo radicem, $dz = adx : \surd (aa - pp)$; quare $dy : dz = p : a$; hoc est, sumta constante dz, dy proportionatur ipsi p. Ergo, si crescentibus x crescere supponantur p, crescent una quoque ipsa dy; quod indicium est, curvam æquationi huic respondentem versus axem AT cavam esse. Sit illa [*Fig.* 2] ABC, & rotetur circa chordam AC, gignens ex opposito aliam sibi Isoperimetron AEC, ac utrique communis applicetur ordinata BEF. Quoniam igitur, ex hypothesi, p majoris applicatæ x, seu BF, major est ipsa p minoris applicatæ EF; erit quoque pdy illius

 major

([f]) Non satis completa est hæc integratio. Potuisset enim scribi F vel $p = c \pm aa : \surd (aa + tt)$, unde haberetur $t = a \surd (a^2 - (c - p)^2) : (c - p)$, atque $dy = (c - p) dx : \surd (a^2 - (c - p)^2)$.

N. XCVI. major quam $p\,dy$ hujus; ac proinde omnia pdy seu $\int p\,dy$ curvæ ABC majora omnibus $p\,dy$ curvæ AEC; quo circa $\int p\,dy$ curvæ ABC non potest esse *Minimum*. Superest ergo, cum sit alterutrum, ut sit *Maximum*. Quod si crescentibus x decrescant p, decrescent quoque dy, & curva versus axem AT convexa erit: Sit hæc AEC, ejusque rotatu circa chordam AC gignatur ex adverso alia Isoperimetros ABC, & utrique applicetur BEF; unde cum nunc, ex hypothesi, p minoris applicatæ EF reciproce major sit ipsa p majoris applicatæ BF, erit quoque pdy illius major quam $p\,dy$ hujus; omniaque $p\,dy$ curvæ AEC majora omnibus $p\,dy$ curvæ ABC: quare $\int p\,dy$ curvæ AEC nequit esse *Minimum*; rursum igitur *Maximum* ut sit necesse. E quibus constat, quod curva prioris æquationis $dy = p\,dx : \sqrt{(aa - pp)}$ semper Maximum complectatur $\int p\,dy$, utcunque se habeat p respectu x. Eodemque etiam modo ostendi posset, quod curva posterioris æquationis $dy = (a + p)\,dx : \sqrt{(2ap - pp)}$ in omni vicissim casu Minimum $\int p\,dy$ continet. Sed cui Lectoris usui repetita crambe?

PROBLEMA II.

Quæritur ex omnibus Figuris Isoperimetricis, [Fig. 1] *super communi base* AT *&* *inter eadem puncta* A, D *constitutis*, *illa* ABD, *cujus singulis applicatis* BH *si respondeant alia* HP, *datam habentes relationem ad abscissas ipsius curvæ portiones* AB; *spatium hinc ortum* ATV *omnium a cæteris Isoperimetris similiter genitorum spatiorum sit Maximum Minimumve*. ([g]).

([g]) Videsis N°. XCIII. Nota b, §. III. pag. 875 & seq.

ANA

ANALYSIS.

Sit rursum, ut nuper, $HK = KL = LI = l$, insuperque

portio curvæ $AB = \beta$	adeoque
$AF = AB + BF = \beta + s \ldots = \varphi$	$d\varphi = ds$
$AG = AF + FG = \beta + s + t = \gamma$	$d\gamma = ds + dt$

& per has similiter datæ, $HP = B$, $KR = \Phi$, $LS = \Gamma$. Quoniam igitur spatium ATV ex hypothesi est *Maximum Minimumve*, erit quoque tale, per Theor. VII, ejus portio PHIQ, hoc est, $HK \times HP + KL \times KR + LI \times LS$ sive $lB + l\Phi + l\Gamma$; ac proinde, ex natura *Maximi Minimive*, ejus differentiale $ld\Phi + ld\Gamma = 0$, seu $d\Phi + d\Gamma = 0$ [concipiendo nempe rursum, mutari curvedinem fluxu punctorum F, G super applicatis KF, LG, quo solæ AF, AG, & per has datæ KR, LS mutantur, reliquis AB & HP non mutatis.] Ponatur $d\Phi = hd\varphi : a$ & $d\Gamma = id\gamma : a$, fiet $hd\varphi + id\gamma = 0$, seu $hds + ids + idt = 0$, sive [loco ds & dt introducendo dp & dq, per duas primas æquationes Theor. II,] $hpdp : s + ipdp : s + iqdq : t = 0$, sive, sublatis fractionibus, $hptdp + iptdp + iqsdq = 0$; &, æqualitate in proportionem versa, $dp : dq = -iqs : hpt + ipt$; componendoque, $dp : dp + dq$ [$= df : dg$] $= -iqs : hpt + ipt - iqs$, ac denique mutatis signis secundi & tertii termini, $df : -dg = iqs : hpt + ipt - iqs$. Surrogetur jam loco i, per Theor. VI, $h + dh$; & quantitates p, q, s, t vertantur, per Theor. I, in differentialia [ut factum in demonstr. Theor. IV, nisi quod in sumendis solidis ultra secundum differentialium ordinem nunc progredi non est necesse] hoc pacto:

$qs = dxdz + dzddx$	$pt = dxdz + dxddz$
$i = h + dh$	$h + i = 2h + dh$
$iqs = hdxdz + hdzddx + dhdxdz$	$hpt + ipt = 2hdxdz + 2hdxddz + dhdxdz$

&

N. XCVI. & facta subtractione

$$hpt + ipt - iqs = hdxdz + 2hdxddz - hdzddx$$

quocirca

$$df : -dg = hdxdz + hdzddx + dhdxdz : hdxdz + 2hdxddz - hdzddx$$

sed, per Theor. IV,

$$df : -dg = dz^2ddx + dz^2dddx - dxddx^2 : dz^2ddx + 2dxddx^2$$

quare

$$hdxdz + hdzddx + dhdxdz : hdxdz + 2hdxddz - hdzddx = dz^2ddx + dz^2dddx - dxddx^2 : dz^2ddx + 2dxddx^2$$

convertendoque

$$hdxdz + hdzddx + dhdxdz : + 2hdzddx - 2hdxddz + dhdxdz = dz^2ddx + dz^2dddx - dxddx^2 : + dz^2dddx - 3dxddx^2$$

seu [neglectis compendii gratia in primo & tertio termino differentialibus secundi ordinis, ceu nulli amplius usui futuris, cæterisque per dz divisis]

$$hdx : + 2hdzddx - 2hdxddz + dhdxdz = dzddx : + dz^2dddx - 3dxddx^2 ;$$

unde, ductis in se invicem extremis & mediis, resultat $hdxdz^2dddx - 3hdx^2ddx^2 = 2hdz^2ddx^2 - 2hdxdzddxddz + dhdxdz^2ddx$, hoc est; [compactis in unum secundo & quarto terminis, substitutione $dxddx$ loco $dzddz$,] $hdxdz^2dddx = 2hdz^2ddx^2 + hdx^2ddx^2 + dhdxdz^2ddx$; quæ est æquatio specialis hujus Problematis, ad tertias itidem differentias assurgens, quam simili qua

qua in præcedenti Problemate usus fui, analysi ad has duas æquationes simplices $dy = qdz : \sqrt{(aa + qq)}$. & $dy = (a - q) dz : \sqrt{(bb - 2aq + qq)}$ reduco ([h]). Operationem ipsam, ne tædio sim, omitto; sed veritatem asserti confirmabit omissæ analysi, haud ingrata nec inutili varietate, succenturianda synthesis. Meminerit solum Lector, dy rursum esse elementum constans, curvamque AB vel AF, quæ supra erat φ, jam vocari z; & datam per ipsam HP vel KR, quæ dicebatur Φ, nunc appellari q; sic ut, loco $d\Phi = hd\varphi : a$, deinceps habeatur $dq = hdz : a$. N. XCVI.

Æq. I. $dy = qdz : \sqrt{(aa + qq)}$.

Esto compendii gr. $\sqrt{(aa + qq)} = s$

$$dy = qdz : s$$
$$dz = sdy : q$$
$$dx = ady : q$$
$$dq = hdz : a = hsdy : aq$$
$$ds = qdq : s = hdy : a$$
$$ddx = -adydq : qq = -hsdy^2 : q^3$$

$$dddx = \left\{ \begin{array}{l} +3hsdy^2dq : q^4 \\ -hdy^2ds : q^3 \\ -sdy^2dh : q^3 \end{array} \right\} = \left\{ \begin{array}{l} +2hhssdy^3 : aq^5 \\ +ahhdy^3 : q^5 \\ -sdy^2dh : q^3 \end{array} \right.$$

quibus in æquatione inventa substitutis, fit

$$hdxdz^2dddx = \left\{ \begin{array}{l} +2h^3s^4dy^6 : q^8 = 2hdz^2ddx^2 \\ +aah^3ssdy^6 : q^8 = hdx^2ddx^2 \\ -ahs^3dy^5dh : q^6 = dhdxdz^2ddx \end{array} \right.$$

Æq. II. $dy = (a - q) dz : \sqrt{(bb - 2aq + qq)}$.

Sit brev. ergo $\sqrt{(bb - aa)} = c$, $a - q = r$, $\sqrt{(bb - 2aq + qq)} = s$

([h]) Generalius ad $dy (c \pm q) dz : \sqrt{(ac + (c \pm q)^2)}$ reduci poterat.

N. XCVI.

$$dy = r\,dz : s$$
$$dz = s\,dy : r$$
$$dx = c\,dy : r$$
$$dr = -dq = -h\,dz : a = h\,s\,dy : ar$$
$$ds = -r\,dq : s = -h\,dy : a$$
$$ddx = -c\,dy\,dr : rr = c\,h\,s\,dy^2 : ar^3$$

$$dddx = \left\{\begin{array}{l} -3chs\,dy^2\,dr : ar^4 \\ +ch\,dy^2\,ds : ar^3 \\ +cs\,dy^2\,dh : ar^3 \end{array}\right\} = \left\{\begin{array}{l} +2chhss\,dy^3 : aar^5 \\ +c^3hh\,dy^3 : aar^5 \\ +cs\,dy^2\,dh : ar^3 \end{array}\right.$$

quibus in æquatione inventa ſubſtitutis, fit

$$h\,dx\,dz^2\,dddx = \left\{\begin{array}{l} +2cch^3s^4dy^6 : aar^8 = 2h\,dz^2\,ddx^2 \\ +c^4h^3ss\,dy^6 : aar^8 = h\,dx^2\,ddx^2 \\ +cch^3dy^5\,dh : ar^6 = dh\,dx\,dz^2\,ddx. \end{array}\right.$$

Cum igitur utrobique in valores identicos deſinant quantitates $hdxdz^2dddx$ ab una, & tres reliquæ $2hdz^2ddx^2$, hdx^2ddx & $dhdxdz^2ddx$ ab altera parte inventæ æquationis; colligitur, curvas poſitarum æquationum $dy = qdz : \sqrt{(aa + qq)}$, & $dy = (a - q)\,dz : \sqrt{(bb - 2aq + qq)}$, illas ipſas eſſe quæ deſiderabantur, quibuſque Maximum Minimumve $\int qdy$ ineſt. Horum vero utrum utri curvæ tribuendum, eodem quo nuper ratiocinio perquiro: Primo enim conſidero, an creſcentibus z creſcant decreſcantve ipſa q; deinde, an curva verſus axem convexa ſit, an concava; ac tertio, ſi circa chordam ſuam rotetur curva propoſita, & ex adverſo producat aliam æqualem & ſimilem, an hæc majus habeat qdy, an minus: nam ſi majus, propoſitæ $\int qdy$ *Minimum* eſt, non *Maximum*; ſin minus, contra. Hoc pacto reperitur, Maximum $\int qdy$ ineſſe Curvæ $dy = qdz : \sqrt{(aa + qq)}$, & Minimum $\int qdy$ alteri $dy = (a - q)\,dz : \sqrt{(bb - 2aq + qq)}$. Quæ erant invenienda.

PRO-

PROBLEMA III.

Si Linea flexilis ABD *in tota sua longitudine ponderibus utcunque sit gravata, & ab extremitatibus suis* A, D *libere suspensa; quaritur inter infinitas curvedines, quas hac linea successive induere potest, illa qua faciat, ut centrum commune gravitatis ponderum a base* AT *plurimum minimumve distet, hoc est,* [*quia centrum commune gravitatis ponderum in se agentium naturaliter locum infimum affectat*] *quaruntur omnis generis Funicularia, seu Catenaria.* (1).

ANALYSIS.

Assumtæ intelligantur in curva quæsita ABD tres vicinæ particulæ æquales & infinite parvæ BF, FG, GC; & sint, ut supra, $HB = b$, $KF = f$, $LG = g$, nec non portio curvæ $AB = z$, & datum per z gravamen ejus $= q$; erit, per Theor. I, gravamen elementi $BF = dq$, elementi $FG = dq + ddq$, & elementi $GC = dq + 2ddq$ [omisso $dddq$, quod hic est superfluum] unde momenta horum pondusculorum, respectu rectæ $AT = bdq + f(dq + ddq) + g(dq + 2ddq)$. Moveantur paululum puncta F & G in peripheriis circa puncta fixa B, C; sic tamen ut BF, FG, GC maneant invariatæ longitudinis: manebunt quoque pondufcula iis appensa eadem, ut & applicata HB, solæque variabunt KF & LG; quod differentiale momentorum efficit $df(dq + ddq) + dg(dq + 2ddq)$. Sed hoc, ex natura *Maximi & Minimi*, debet æquari nihilo; cum enim distantia centri gravitatis ponderum a base AT, ob constantem ponderum summam, proportionetur summæ momentorum; sequitur, ex hypothesi, summam momentorum ponderum totius lineæ, adeoque & [per Theor. VII] partis lineæ cujuslibet BC, quoque fore

Aaaaaa 2 Maxi-

(1) Redit hoc Problema ad §. IV, Notæ b, Ni. XCIII, quem videsis.

N. XCVI. Maximam Minimamve. Habebitur itaque $df(dq+ddq)+dg(dq+2ddq)=0$, ac proinde $df:-dg$ [$=$ per Theor. V, $dy^2ddx+dy^2dddx+dxddx^2: dy^2ddx-2dxddx^2$] $=dq+2ddq: dq+ddq$; dividendoque $+dy^2dddx+3dxddx^2:+dy^2ddx-2dxddx^2=ddq: dq+ddq$, sive neglectis secundi & quarti termini quantitatibus superfluis, $+dy^2dddx+3dxddx^2:+dy^2ddx=ddq:dq$; unde multiplicando extrema & media, fit $dqdy^2dddx+3dqdxddx^2=dy^2ddqddx$; [surrogandoque $-dyddy$ loco $dxddx$, ac dividendo per dy] $dqdydddx-3dqddxddy-dyddqddx=0$; Æquatio scil. specialis hujus Problematis: quam primo, ope fictæ æquationis $dq^m dy^n ddx_r=$ const. in hanc differentio-differentialem $ddx:dqdy^3=\pm 1:adz^2$, ac deinde, ope hujus $ady=tdz$, in istas simpliciter differentiales, $dy=adz:\sqrt{(aa+qq)}$ & $dy=adz:\sqrt{(aa+bb-2bq+qq)}$ resolvo (k); quarum proin altera Maximum $\int xdq$, seu Maximam momentorum summam, Minimam altera suppeditabit. Utra vero utrum præstet, sic exploro: Juxta priorem Æquationem $dy=adz:\sqrt{(aa+qq)}$ habetur dx [$\sqrt{(dz^2-dy^2)}$] $=qdz:\sqrt{(aa+qq)}$; quare $dy:dx=a:q$, & sumta dy constante, dx proportionatur ipsi q. Cum igitur gravamen curvæ q crescat cum ejus longitudine z, sequitur etiam cum utroque crescere dx; atque adeo curvam basi AT convexitatem obvertere. Sit ergo curva hæc ADC, [*Fig.* 2] ac rotetur circa chordam AC, ut nascatur ex opposito alia Isoperimetros ABC. Statuatur etiam Chordæ normalis recta BD, abscindens ex utraque curva partes similes & æquales AB, AD, & denique ducantur applicatæ BF, DG. Quoniam igitur applicata DG, seu x, curvæ ADC minor est applicata BF, seu x, alterius curvæ ABC; erit quoque xdz [& hinc xdq] prioris curvæ minor, quam xdz [& xdq] posterioris; & consequenter $\int xdq$ illius minor, quam $\int xdq$ hujus. Curvæ igitur propositæ $dx=adz:\sqrt{(aa+qq)}$ ipsum $\int xdq$ non est Maximum; relinquitur ergo ut sit Minimum. Eodemque modo colligitur, quantitatem $\int xdq$ alterius Curvæ $dy=adz:\sqrt{(aa}$

(k) Prior æquatio in posteriore continetur, & ex ea nascitur faciendo $b=0$.

$\sqrt{(aa+bb-2bq+qq)}$ vicissim Maximam esse, non Minimam ([l]). Quæ erant determinanda. N. XCVI.

Notamus hic bonitatis Methodi nostræ argumentum in eo, quod quæ pro Funiculariis, seu Catenariis, ex alio fundamento per notiores methodos eruuntur curvæ, præcise cum nostris conveniant ([m]). Addimus, æquationem nostram priorem $dy = adz: \sqrt{(aa+qq)}$, inversas, verticibusque suis sursum spectantes, Catenarias referre; ambas autem coincidere cum curvis præcedentis Problematis, quæ Maximum Minimumque $\int qdy$ continent; nisi quod hic & ibi abscissæ cum applicatis appareant permutatæ.

Sed laboris denique hic nostri metam figimus; cum tria allata Exempla sufficere possint ad explicandum modum, quo uti convenit in aliis omnibus. Unicum hoc tacere nefas, quod eadem Methodus non ad solas Figuras Isoperimetras, sed & pluribus aliis modis affectas curvas, puta ad Figuras æqualium arearum, superficies conoidicas æquales, aut solida conoidea æqualia, &c. mutatis mutandis accommodari potest; ita nimirum, ut ex infinitis illis reperiatur una, quæ quidpiam optime præstet, seu quæ proprietatem quandam in eminenti gradu possideat ([n]): in quibus omnibus singularis quædam observatur reciprocatio. Quemadmodum enim ex. gr. inter omnes Figuras ejusdem perimetri

Aaaaaa 3 Cir-

([l]) Dicendum potius utramque curvam dare $\int xdq$ Maximum vel Minimum, prout in æquatione sumitur $+dy$, vel $-dy$, æquale sive $adz: \sqrt{(aa+qq)}$ sive $adz: \sqrt{(aa+bb-2bq+qq)}$.

([m]) Vide N°. XXXIX, Nota *. pag. 426, Col. 1.

([n]) Quærendo nimirum, in tribus elementis curvæ, primum quid per totam curvam constans detur ex conditione æqualis areæ, vel æqualis superficiei conoidicæ, aut æqualis solidi conoidei, eodem modo quo determinavimus N°. XCIII, quid constantis daret conditio isoperimetri: deinde quærendo quid constans prodeat ex altera conditione proprietatis quam in eminenti gradu curva possidere ponitur: ac denique rationem illorum productorum constantium æquando rationi constanti commode assumtæ, ut homogeneitas terminorum servetur. Quod generalissime executus est Celeb. EULERUS *Comm. Acad. Petrop.* Tom. VI, pag. 123, præsertim vero Tom. VIII, pag. 159.

N. XCVI. Circulus maximam possidet aream, Catenaria maximam conversione sui gignit superficiem, solidumque maximum Elastica; sic inter omnes vicissim Figuras, quæ aut æqualibus gaudent areis, aut æquales rotatione gignunt superficies, solidave æqualia, Circulus, Catenaria & Elastica minimo clauduntur ambitu; quod pariter procedit in omnibus aliis (°). Et latent profecto in istis, quæ novum speculandi campum amplissimum Geometris aperire valent. DEO autem immortali, qui imperscrutabilem inexhaustæ suæ sapientiæ abyssum leviusculis radiis introspicere, & aliquousque rimari concessit mortalibus, pro præstita nobis gratia, sit laus, honos & gloria in sempiterna secula.

(°) Ratio est, quia eodem modo solvitur v. g. Problema de invenienda, inter omnes curvas ejusdem perimetri, illa quæ maximam habeat aream, quo solveretur Problema de invenienda Figura, quæ, inter omnes ejusdem areæ, minimum haberet perimetrum. In utroque enim, considerando tria curvæ elementa, ponuntur constantes, tam trium simul sumtorum longitudo, quam magnitudo spatii ab iis elementis, ordinatis curvæ, & portione basis contenti. Hæc enim hypothesis non minus quadrat conditionibus æqualis perimetri & maximæ areæ, quam conditionibus æqualis areæ & minimæ perimetri.



N°. XCVII.



N°. XCVII.

SECTION INDEFINIE DES ARCS CIRCULAIRES,

en telle raison qu'on voudra;

Avec la maniére d'en déduire les Sinus, &c.

Par Mr. BERNOULLI, Professeur à Bâle.

Extraite d'une de ses lettres écrite de Bâle, le 13 Juillet 1702.

DAns ce que mon *Frére* donna des Segmens & des Secteurs cycloïdaux quarrables, au mois de Juillet des *Actes de Leipsic* de 1699, il dit qu'il avoit aussi l'art d'en trouver une infinité de Zones quarrables, dont il donnoit seulement quelques exemples, en supprimant sa méthode. J'y pensai, & le mois de Septembre suivant j'en donnai une très simple, dans les mêmes *Actes* *, laquelle fournit aussi une infinité de pareilles Zones quarrables, que je déterminai ensuite, [au mois de Décembre 1700 de ces *Actes* †] par le moien d'une courbe, laquelle

Histoire de l'Acad. des Sciences de Paris 1702. pag. 281, Ed. de Paris, & pag. 374, Edit. de Holl.

* Cy-dessus N°. XCII, pag. 871. † N°. XCV, pag. 892.

N.XCVII quelle [quoique méchanique] a cela de singulier, qu'outre la Cycloïde en question, elle n'exige pour sa construction que des lignes droites & circulaires; ce qui me parut résoudre le Problême tout aussi simplement, que le seroit un Problême solide par la seule régle & le compas, outre la Section conique qu'on y voudroit supposer.

Cependant, les mêmes vérités se pouvant trouver par des voies souvent très différentes, cette méthode n'étoit point celle de mon *Frére*. Il a marqué ensuite, au mois d'Avril des *Actes de Leipsic* de 1701, que la sienne consistoit dans une progression, telle que sont celles qu'il y donne. Mais prévoyant assez comment une telle progression se pouvoit aussi trouver par la méthode, qui m'a donné autrefois celles de Mr. LEIBNITZ pour la détermination des Sinus, &c. par le moyen des arcs donnés, j'en suis demeuré là; jusqu'à-ce qu'enfin Mr. HERMAN étant parvenu depuis, par une route très différente & très belle *, à une progression, qui peut servir de même à couper telle courbe qu'on voudra en raison donnée, il me prit envie d'essayer jusqu'où ma méthode me pouvoit conduire de ce côté là: & non seulement j'aperçûs aussi-tôt que la section indéfinie de l'arc circulaire, & l'invention de son Sinus, &c. tirée de cet arc lui-même, ne faisoient proprement qu'un même Problême; mais encore arrivai-je enfin à celle de Mr. HERMAN. Voici pour ce qui regarde la question présente.

LEMME.

Si l'on apelle f *la corde* CD [Fig. 1] *d'un arc quelconque d'un cercle, dont le rayon soit pris pour l'unité, l'on aura* $\sqrt{(4ff - f^4)}$ *pour la valeur de la corde* BD *d'un arc double de celui-là.*

* Voiez *Acta Erudit. Lips.* 1703, Aug. p. 345.

De

DEMONSTRATION

N.XCVII

En effet, si outre le diamétre BF & le rayon AC, l'on fait les droites BC & CF; l'on aura deux triangles isosceles que leurs angles égaux CDB & AFC rendront semblables; & qui par conséquent donneront AF: CF $[\sqrt{(BF^2 - BC^2)}] = CD$: BD, c'est-à-dire, $1 : \sqrt{(4 - ff)} = f : BD = \sqrt{(4ff - f^4)}$, ou $BD^2 = 4ff - f^4$. *Ce qu'il faloit démontrer.*

Il suit de là, que si dans le demi-cercle BCDF, on prend plusieurs arcs BG, BE, BC, BD, &c. en progression double; c'est-à-dire, dont le second BE soit double du premier BG pris à discrétion, le troisiéme BC double du second, le quatriéme BD double du troisiéme, &c. & dont les cordes étant aussi BG, BE, BC, BD, celle du premier BG soit appellée x; celle du dernier BD, a; & celle de son complément DF au demi-cercle, $b = \sqrt{(4 - aa)}$; Il suit, dis-je, du *Lemme* précédent que BE^2 [quarré de la corde de l'arc double de BG] est $= 4xx - x^4$; ce qui étant pris pour ff, l'on aura de même BC^2 [quarré de la corde de l'arc double de BE, ou quadruple de BG] $= 16xx - 20x^4 + 8x^6 - x^8$. Et en prenant encore cela pour ff, l'on aura encore de même BD^2 [quarré de la corde de l'arc double de BC, ou octuple de BG] $= 64xx - 336x^4$, &c. Et toûjours de même, comme dans la Table suivante.

Arcs multiples de BG.	Quarrés des Cordes de ces arcs.
1	xx
2	$4xx - x^4$
4	$16xx - 20x^4 + 8x^6 - x^8$
8	$64xx - 336x^4 + 672x^6 - 660x^8 + 352x^{10} - 104x^{12} + 16x^{14} - x^{16}$

N.XCVII Présentement pour trouver une expression générale de la corde d'un arc indéfiniment multiple d'un autre, il ne s'agit plus que d'observer, suivant quelle loi se fait la progression de coëfficiens de tous ces termes. Or je remarque que tous ces coëfficiens resultent de l'addition de nombres figurés entr'eux: Par exemple, les coëfficiens de la premiére rangée perpendiculaire, qui sont les quarrés 1, 4, 16, 64, &c. naissent de l'addition d'une double rangée de nombres triangulaires, c'est-à-dire, de nombres figurés du premier ordre; les coëfficiens de la seconde rangée perpendiculaire, qui sont 1, 20, 336, &c. résultent aussi de l'addition d'une double rangée de nombres triangulo-pyramidaux; c'est-à-dire, de nombres figurés du troisiéme ordre; les coëfficiens de la troisiéme rangée perpendiculaire, qui sont 8, 672, &c. se forment encore de même de l'addition d'une double rangée de triang-triang-pyramidaux, c'est-à-dire, de nombres figurés du cinquiéme ordre; Et ainsi à l'infini, comme on le voit dans la Table suivante.

	1. *Ord. Fig.*	3. *Ord. Fig.*	5. *Ord. Fig.*
1	1 + 0 = 1	0 + 0 = 0	0 + 0 = 0
2	3 + 1 = 4	1 + 0 = 1	0 + 0 = 0
3	6 + 3 = 9	5 + 1 = 6	1 + 0 = 1
4	10 + 6 = 16	15 + 5 = 20	7 + 1 = 8
5	15 + 10 = 25	35 + 15 = 50	28 + 7 = 35
6	21 + 15 = 36	70 + 35 = 105	84 + 28 = 112
7	28 + 21 = 49	126 + 70 = 196	210 + 84 = 294
8	36 + 28 = 64	210 + 126 = 336	462 + 210 = 672

C'est pourquoi la maniére de trouver tous les derniers termes de chaque rangée de nombres figurés, par le moyen du nombre de ceux qui les précédent, étant connuë; il est visible, que l'on aura aussi celle de trouver tous les termes de la progression dont il

il s'agit ici : Par exemple, si n est le nombre des termes, on trouvera N. XCVII

nn pour le dernier de la premiére rangée ;

$\frac{nn.(nn-1)}{3.\ 4}$ pour le dernier de la seconde ;

$\frac{nn.(nn-1).(nn-4)}{3.\ 4.\ 5.\ 6}$ pour le dernier de la troisiéme ;

$\frac{nn.(nn-1).(nn-4).(nn-9)}{3.\ 4.\ 5.\ 6.\ 7.\ 8.}$ pour le dernier de la quatriéme.

&c.

D'où l'on voit qu'en supposant l'arc BD indéfiniment multiple de BG, c'est-à-dire, comme valant l'arc BG, pris autant de fois qu'il y a d'unités dans n; l'on aura BD^2 [quarré de la corde BD] ou $aa =$

$$nnxx - \frac{nn.(nn-1)}{3.\ 4}x^4 + \frac{nn.(nn-1).(nn-4)}{3.\ 4.\ 5.\ 6}x^6 - \frac{nn.(nn-1).(nn-4).(nn-8)}{3.\ 4.\ 5.\ 6.\ 7.\ 8}x^8 + \&c.$$

Et DF^2 ou $bb = 4 - aa =$

$$4 - nnxx + \frac{nn.(nn-1)}{3.\ 4}x^4 - \frac{nn.(nn-1).(nn-4)}{3.\ 4.\ 5.\ 6}x^6 + \frac{nn.(nn-1).(nn-4).(nn-9)}{3.\ 4.\ 5.\ 6.\ 7.\ 8}x^8 - \&c.$$

Lesquelles valeurs donneront celles de a & de b, par le moyen des interpolations de Mr. WALLIS, ou en la maniére que voici.

Soyent deux progressions feintes $a = nx - px^3 + qx^5 - rx^7 + sx^9 - tx^{11} + \&c.$ Et $b = 2 - pxx + qx^4 - rx^6 + sx^8 - tx^{10} + \&c.$ qu'il faut ensuite quarrer pour avoir

$$\begin{array}{llllll} aa = nnxx & - 2npx^4 & + 2nqx^6 & - 2nrx^8 & + 2nsx^{10}. & \&c. \\ & & + pp & - 2pq & + 2pr & \\ & & & & + qq & \end{array}$$

$$\begin{array}{lllllll} \text{Et } bb = 4 & - 4pxx & + 4qx^4 & - 4rx^6 & + 4sx^8 & - 4tx^{10} & \&c. \\ & & + pp & - 2pq & + 2pr & - 2ps & \\ & & & & + qq & - 2qr & \end{array}$$

Lesquels quarrés comparés terme à terme avec les correspon-

 dans

N.XCVII dans des progressions qu'on vient de trouver, détermineront les valeurs des coëfficiens p, q, r, s, &c. & de cette maniére l'on aura $a =$

$$nx - \frac{n.(nn-1)}{4.6}x^3 + \frac{n.(nn-1).(nn-9)}{4.6.8.10}x^5 - \frac{n.(nn-1).(nn-9).(nn-25)}{4.6.8.10.12.14}x^7 + \&c.$$

Et $b =$

$$2 - \frac{nn}{4}.xx + \frac{nn.(nn-4)}{4.6.8}x^4 - \frac{nn.(nn-4).(nn-16)}{4.6.8.10.12}x^6 + \frac{nn.(nn-4).(nn-16).(nn-36)}{4.6.8.10.12.14.16}x^8 - \&c.$$

où la loi de la progression est très-facile à reconnoitre. Mais parce que dans la premiére 1, 9, 25, &c. expriment les quarrés de tous les nombres impairs, & que dans la seconde 4, 16, 36, &c. expriment aussi les quarrés de tous les nombres pairs, on voit que quelque nombre entier rationel que soit n, il y aura toûjours quelque terme qui s'évanoüira, avec ceux qui le suivent, dans l'une ou dans l'autre de ces progressions: de maniére qu'alors cette progression se changera en une équation algebraïque finie, laquelle disposée, comme l'on dispose d'ordinaire celle dont le premier terme n'est point affecté, se changera en celle-ci, $x^n - nx^{n-2} + \frac{n.(n-3)}{2}x^{n-4} - \frac{n.(n-4).(n-5)}{2.\ 3}x^{n-6}$ $+ \frac{n.(n-5).(n-6).(n-7)}{2.\ 3.\ 4}x^{n-7}$ . . . . . .

. . . . $\left\{\begin{matrix}\text{Si } n \text{ est impair, } \pm nx \mp a \\ \text{Si } n \text{ est pair, } \pm nnxx \mp 2 \pm b.\end{matrix}\right\} = 0$, laquelle donne tout d'un coup celle de telle Section déterminée qu'on voudra, en prenant n pour le nombre des parties requises: Par exemple, si l'on veut diviser un arc de cercle ou un angle en 3, 5, 7, ou en 6 parties égales; il faut prendre $n = 3, 5, 7$, ou 6, dans la précédente équation générale; & elle se changera en celles-ci pour les Sections requises, lesquelles sont précisément les mêmes qui se trouvent par la voie ordinaire.

$x^5 -$

N.XCVII

$x^3 - 3x + a = 0$
$x^5 - 5x^3 + 5x - a = 0$
$x^7 - 7x^5 + 14x^3 - 7x + a = 0$
$x^6 - 6x^4 + 9xx - 2 + b = 0$

Voila pour ce qui regarde la Section des arcs circulaires, ou des angles, en tel nombre de parties égales qu'on voudra. Présentement ces arcs étant donnés, voici la maniére d'en trouver les cordes, ou les sinus : le passage de l'un à l'autre est facile. Pour cela, concevons que la corde BG, [que nous avons appellée x] est infiniment petite ; de maniére qu'elle se confonde avec l'arc BG, & que le nombre n, [qui marque combien de fois cet arc BG est surpassé par l'arc BD] soit infini ; alors on aura l'arc BD [que j'appelle présentement f] $= nx$. Cela posé, les nombres 1, 9, 25, &c. de même que 4, 16, 36, &c. se trouvant nuls par rapport à nn, les équations $a = nx$, &c. & $b = 2 - \frac{1}{4}nnxx$ &c. qu'on vient de trouver, se changeront en celles-ci : $a = nx - \frac{n^3x^3}{4.6} + \frac{n^5x^5}{4.6.8.10} - \frac{n^7x^7}{4.6.8.10.12.14}$ &c. & $b = 2 - \frac{nnxx}{4} + \frac{n^4x^4}{4.6.8.} - \frac{n^6x^6}{4.6.8.10.12.} + \frac{n^8x^8}{4.6.8.10.12.14.16.}$ — &c. lesquelles [à cause de $nx = f$] se changent encore en $BD = a = f - \frac{f^3}{4.6} + \frac{f^5}{4.6.8.10} - \frac{f^7}{4.6.8.10.12.14} +$ &c. & en $DF = b = 2 - \frac{ff}{4} + \frac{f^4}{4.6.8} - \frac{f^6}{4.6.8.10.12} + \frac{f^8}{4.6.8.10.12.14.16.}$ — &c. C'est ainsi que l'arc BD étant donné, j'en ai autrefois déterminé la corde BD, & celle de son complément DF.

Si présentement on veut le sinus d'un arc proposé, soit cet arc BC [$\frac{1}{2}$BD $= \frac{1}{2}f$] $= g$, son sinus BH [$\frac{1}{2}$BD $= \frac{1}{2}a$] $= s$; AH [$\frac{1}{2}$DF $= \frac{1}{2}b$] $= c$; HC $= v$. A ce compte, l'on aura $a = 2s$, $b = 2c$, & $f = 2g$; lesquelles valeurs de a, b, f étant substituées en leurs places, dans les deux derniéres égalités précéden-

N.XCVII cédentes, l'on aura s [Sinus droit de l'arc BC] $= g - \frac{g^3}{2.3} + \frac{g^5}{2.3.4.5} - \frac{g^7}{2.3.4.5.6.7} +$ &c. c [Sinus du compl.] $= 1 - \frac{gg}{2} + \frac{g^4}{2.3.4} - \frac{g^6}{2.3.4.5.6} +$ &c. Donc v [Sinus verſe] $1 - c = \frac{gg}{2} - \frac{g^4}{2.3.4} + \frac{g^6}{2.3.4.5.6} - \frac{g^8}{2.3.4.5.6.7.8} +$ &c. leſquelles progreſſions ſont préciſément les mêmes que celles que Mr. LEIBNITZ a données dans les *Actes de Leipſic*, au mois d'Avril de 1691, pag. 179. Et de cette maniére l'on voit que nous avons donné la ſolution de deux Problêmes à la fois: ſavoir, la diviſion d'un angle ou d'un arc de cercle en raiſon donnée, & réciproquément le ſinus d'un arc circulaire, ou d'un angle donné quelconque. Au reſte il eſt à remarquer que Mr. NEWTON en reſolvant le premier de ces Problêmes, eſt tombé dans la même progreſſion que nous, comme on le voit dans la pag. 384 de l'*Algébre* de Mr. WALLIS imprimée à *Oxfort*, en 1693.

P. S.

Un des principes ſur leſquels Mr. HERMAN s'eſt fondé dans la recherche de la multiſection de l'angle, eſt la proprieté du quadrilatere inſcrit dans le cercle, dont le produit des diagonales eſt égal à la ſomme des produits des côtés oppoſés: ſur quoi j'ai trouvé que l'on peut auſſi déduire nôtre formule de cette même proprieté, en cherchant ſans interruption les cordes, ou les quarrés des cordes de l'arc, double, triple, quadruple, quintuple, &c. & non par ſauts, comme j'ai fait celles de l'arc double, quadruple, octuple, &c. par l'autre méthode. En voici la démonſtration.

Dans le quadrilatére inſcrit au cercle BGFC, [*Fig.* 2] ſoit BG $=$ FC $= x$, GF $= s$, BF ou GC $= t$, & BC $= v$; l'on aura, par la dite proprieté, $tt = xx + sv$; & par conſéquent $v =$

$tt -$

$(tt - xx) : s$, & $vv = (t^4 - 2ttxx + x^4) : ss$. Or si GF, ou s, est posée égale à BG, ou x; BF, ou t, sera la corde de l'arc double, & BC, ou v, la corde de l'arc triple de BG; & si s est la corde de l'arc double, t sera celle du triple, & v celle du quadruple de l'arc BG, & si s est celle du triple, t sera celle du quadruple, & v celle du quintuple, & ainsi de suite. Donc la corde de l'arc simple étant x, & celle du double $\sqrt{(4xx - x^4)}$ l'on connoitra par cette équation celle du triple, & de même par la corde de l'arc double, & par celle du triple, on trouvera celle du quadruple; & par celles des arcs triple & quadruple, l'on saura celle du quintuple, & ainsi de suite, comme l'on voit ici. N.XCVII

Quarrés des cordes.

1 | xx
2 | $4xx - x^4$
3 | $9xx - 6x^4 + x^6$
4 | $16xx - 20x^4 + 8x^6 - x^8$
5 | $25xx - 50x^4 + 35x^6 - 10x^8 + x^{10}$
6 | $36xx - 105x^4 + 112x^6 - 54x^8 + 12x^{10} - x^{12}$
&c.

Cordes elles-mêmes.

1 | x
2 | $x\sqrt{(4 - xx)}$
3 | $3x - x^3$
4 | $(2x - x^3)\sqrt{(4 - xx)}$
5 | $5x - 5x^3 + x^5$
6 | $(3x - 4x^3 + x^5)\sqrt{(4 - xx)}$

Où l'on remarque avec plaisir, que toutes les cordes, dont l'exposant du multiple est un nombre impair, deviennent rationnelles, pendant que les autres sont sourdes; mais toutes commensurables entr'elles, & divisibles par $\sqrt{(4 - xx)}$.

N°. XCVIII.



N°. XCVIII.

DEMONSTRATION GENERALE,

Du Centre de Balancement ou d'Oscillation, tirée de la Nature du Levier.

Par Mr. BERNOULLI, Professeur à Bâle.

Lettre du 13. Mars 1703.

Histoire de l'Acad. des Sciences de Paris 1703. pag. 78, Ed. de Paris, & pag. 96, Edit. de Holl.

bendo $dy^2 : ds^2$ pro $yy : tt$, $\int(ds : \sqrt[m]{y}) = m\int(dy^2 : ds\sqrt[m]{y})$.

(d) Nam $\int(ds : \sqrt[m]{y})$ tempus deſcenſus eſt multiplum, juxta exponentem m, ſummæ elementorum $[dy^2 : ds\sqrt[m]{y}]$ quæ ad tempuſcula $[ds : \sqrt[m]{y}]$ rationem habent duplicatam elementorum applicatæ [dy] ad elementa curvæ [ds].

(c Cum ſit $abx - bxx = ayy$; erit $xx - ax = -\frac{a}{b}yy$, atque $x = \frac{1}{2}a \pm \sqrt{(\frac{1}{4}aa - ayy : b)}$ & $dx = \pm\frac{a}{b}ydy : \sqrt{(\frac{1}{4}aa - ayy : b)}$, nec non $ds = dy\sqrt{\frac{abb + 4(a-b)yy}{abb - 4byy}}$. Igitur $\int(ds : \sqrt{y}) = \int dy \sqrt{((abb + 4(a-b)yy) : (abby - 4by^3))}$ & $2\int(dy^2 : ds\sqrt{y}) = 2\int dy\sqrt{((abb - 4byy) : (abby + 4(a-b)y^3))}$.

No.CIII. nec non CT $= \surd(LC^2 + LT^2) = \surd(yydp^2 : pp + a^4y^4dp^2 : p^6x^2) = - ydp\surd(a^4yy + p^4xx) : p^3x$. Jam, quoniam celeritas in I & O eadem, tanto plus requiret temporis I L quam O T ad deſcribendum, quanto IL major quam OT : idcirco (IL — OT) $\times 1 : \surd y$, ſeu $a^6yy.(2pp - yy). - dydp : p^5x^3\surd(a^4y^3 + p^4xxy)$ ſignificat exceſſum temporis, qui requiritur ad deſcribendum IL, ultra id quod requiritur ad deſcribendum OT, & propterea $\int(a^6yy(2pp - yy). - dydp : p^5x^3\surd(a^4y^3 + p^4xxy)) =$ toti differentiæ per AL [id eſt, per hypotheſin, per AC] = tempori per CT $=$ CT $\times (1 : \surd y) = - dp\surd(a^4y^3 + p^4xxy) : p^3x$, factaque diviſione per conſtantem $- dp$, habetur $\int(a^6yy(2pp - yy).dy : p^5x^3\surd(a^4y^3 + p^4xxy)) = \surd(a^4y^3 + p^4xxy) : p^3x$.

Eodem modo, ſi AIN, ABD ſint Parabolæ diverſorum graduum, & ſit AH $= x$, ſic ut $y = x^p$, fiet $\int((1 + lx)xxdy : py\surd(xxy + ppy^3)) = lx\surd(xx + ppyy) : \surd y$ (f). Juxta priorem modum fit $\int(dx\surd(xx + ppyy)x\surd y) = 2p^2(yydx : x\surd(xxy + ppy^3))$ (g).

(f) Cum ſit $y = x^p$, erit $ly = plx$, quod differentiatum, poſita x conſtante, dabit $dy : y = dplx$, vel [LC] $dy = ydplx$; poſita y conſtante, erit $dplx + pdx : x = 0$, adeoque [LT] $dx = - xdplx : p$; & denique poſita p conſtante, habebitur [GH] $dx = xdy : py$, unde fit IL $= \surd(dx^2 + dy^2) = dy\surd(xx + ppyy) : py$, ac differentiando, poſitis y & dy conſtantibus, IL — OT $= (1 + lx)xx. - dpdy : ppy\surd(x^2 + p^2y^2)$. Igitur $\int($IL — OT$) : \surd y) = - dp\int((1 + lx)xxdy : ppy\surd(x^2y + p^2y^3))$ cum æquale eſſe debeat C T $: \surd y$, ſitque CT $= \surd(LC^2 + LT^2) = \surd(yydp^2lx^2 + xxdp^2lx^2 : p^2) = - \frac{dplx}{p}\surd(x^2 + p^2y^2)$, erit, dividendo utrinque per $- dp : p$, $\int((1 + lx)xxdy : py\surd(x^2y + p^2y^3)) = lx\surd(x^2 + p^2y^2) : \surd y$.

(g) Cum ſit $ds = dx\surd(x^2 + p^2y^2) : x$, mutabitur æquatio $\int(ds : \surd y) = 2\int(dy^2 : ds\surd y)$, pag. 1018. demonſtrata in $\int(dx\surd(xx + p^2y^2) : x\surd y) = 2p^2\int(yydx : x\surd(xxy + ppy^3))$.

ARTI-

No. CIII.

ARTICUL. V.

Demonstratio posterioris Anagrammatis Ephemer. Paris. 11 Aug. 1698 ([a]) *inserti.*

$a^{45}\ b^{8}\ c^{16}\ d^{10}\ e^{50}\ f^{3}\ g^{7}\ h^{2}\ i^{40}\ l^{7}\ m^{15}\ n^{33}\ o^{7}\ p^{13}\ q^{4}\ r^{18}\ s^{33}\ t^{40}\ v^{30}\ x^{4}.$

cujus hic est sensus.

Tangens linea ex infinitis genere iisdem curvis æquales arcus abscindentis ita reperitur. Ductis per datum in abscindente punctum una ex infinitis, ejusque tangente & applicata; fiat, ut excessus hujus tangentis supra summam tertiorum proportionalium ad elementa abscissæ curvæ & elementa applicatæ ad ipsam tangentem ita subtangens ad quartam. Denotabit hæc portionem axis tangentibus utriusque curvæ, abscindentis & abscissæ, interceptam.

DEMONSTRATIO.

Curva GM [*Fig.* 2.] abscindit ex curvis genere iisdem AB, AC æquales arcus AG, AM: quæritur ejus tangens ME in dato puncto M.

Sunto FC $= p$	NM $= y$	NE $= q$
BC $= dp$	ML $= dy$	ND $= r$
AN $= x$	HG $= ds$	DM $= t$
LG $= dx$	LH $= dz$	

erit, ex natura curvarum AB, AC; FC $[p]$: BC $[dp]$ $=$ NM $[y]$:

([a]) N°. LXXXVII. pag. 839.

No. CIII. $[y] : MH\, [ydp : p] = ML + LH\, [dy + dz]$; adeoque $dy = (ydp - pdz) : p$; item $ML\, [dy] : LG\, [dx] = MN\, [y] : NE\, [q]$. Hinc fit $ydx : q = dy = (ydp - pdz) : p$, atque inde $dz = (qydp - pydx) : pq$. Sed $LH\, [dz] : LG\, [dx] = HN\, [y] : NP\, [r]$, unde $ydx : r = dz = (qydp - pydx) : pq$; indeque $dx = qrdp : (pr + pq)$; nec non $LG\, [dx] : GH\, [ds] = ND\, [r] : DH\, [t]$ unde $rds : t = dx = qrdp : (pr + pq)$; indeque $ds = qtdp : (pr + pq)$. Jam vero, supposita HI parallela & æquali ipsi PM; erit $DH\, [t] : HM\, [ydp : p] = GH\, [ds] : GI\, [ydpds : pt]$, & posita GR perpendiculari super HI, $DH\, [t] : HN\, [y] = GI\, [ydpds : pt] : IR\, [yydpds : ptt] =$ [propter $y : t = dz : ds$] $= dpdz^2 : pds = IH - GH = PM - GH$. Unde $\int (dpdz^2 : pds) = AP - AG = AP - AM = PM = ds = qtdp : (pr + pq)$; &, facta divisione per constantem $dp : p$, fit $\int (dz^2 : ds) = qt : (r + q)$ seu $q = r \int (dz^2 : ds) : (t - \int (dz^2 : ds))$, & $q + r = tr : (t - \int (dz^2 : ds))$. Q. E. D.

Solutio generalis pro quibusvis aliis curvis, quæ per communem æquationem parametro variabili gaudentem exprimuntur. (b)

Differentietur æquatio harum curvarum, tam juxta coordinatas x & y, quam juxta parametrum p, & emergat $fdx + gdy + hdp = 0$. Posita itaque x constante, fiet $dy\, [HM] = -hdp : g = ML + LH = ML + dz$; unde $ML = -dz - hdp : g = ydx : q$; indeque $dz = -hdp : g - ydx : q = ydx : r$, indeque $dx = -hqrdp : (gry + gqy) = rds : t$, & $ds = -hqtdp : (gry + gqy)$. Sed posito p constante, habebitur $dy\, [LH] = -fdx : g$, & $LH^2 = ffdx^2 : gg$, & $GH^2 = (LH^2 + GL^2) = dx^2 + ffdx^2 : gg$, & $GH = ds = dx \sqrt{(ff + gg)} : g$. Posita x & dx constante, differentientur $\sqrt{(ff + gg)} : g$, sitque $d(\sqrt{(ff + gg)} : g) = mdy + ndp$

(b) Vide Nº. LXXVIII. Notam f, pag. 792.

$+ndp =$ [quia dy est HM] $- hmdp:g + ndp$: quare dds seu No. CIII. PM — GH $= -(hmdpdx + gndpdx):g$; adeoque $\int((-hmdpdx + gndpdx):g) =$ AP — AG $=$ AP — AM $= ds = - hqtdp:(gry + gqy)$; factaque divisione per dp, $\int((gn - hm)dx:g) = - hqt:(gry + gqy)$. Unde fit $(q+r)$ seu DE $= tr:(t + \frac{gy}{h}\int((gn - hm)dx:g)) =$ [propter $t:r = \sqrt{(ff+gg)}:g$] $= hrx\sqrt{(ff+gg)}:(hr\sqrt{(ff+gg)} + ggy\int((gn - hm)dx)g) =$ [ob $y:r = dy:dx = f:-g$] $= hggyy\sqrt{(ff+gg)}:(-hgyf\sqrt{(ff+gg)} + ffggy\int((gn - hm)dx:g)) = -gy:f + ggy\int((gn - hm)dx:g):(-h\sqrt{(ff+gg)} + fg\int((gn - hm)dx:g)) = r + ggy$ &c. Unde dempto r, erit $q = -ggy\int((gn - hm)dx:g):(h\sqrt{(ff+gg)} - fg\int((gn - hm)dx:g))$.

ARTICUL. VI.

In Superficie Conoïdis ducere lineam omnium inter eosdem terminos brevissimam. (*)

Esto curva quæcunque ABC [*Fig.* 3.] rotata circa AD, quæ gignat Conoides ABCFDA, in cujus superficie ducenda sit linea BKH inter eosdem terminos brevissima. QF est arcus peripheriæ æquatoris; ABC, AKI, AHF tres meridiani; BN, KL arculi descripti a punctis B & K. Sunto autem B, H, C, I, F puncta data, K punctum indeterminatum in meridiano AKI, adeoque BG data, KP indeterminata. Sint

CD = ID = FD = a	KP = LP = g	BK = s	NK = p
BG = NG = f	CI = FI = m	KH = v	LH = q

Oooooo 3 Hisce

(*) Vid. N°. LXXX. Probl. I. pag. 796 seq.

No. CIII. Hisce positis, propter arcus similes CI, BN, fiet

$$CD : CI = BG : BN \quad \text{pariter} \quad ID : IF = KP : KL$$
$$a : m = f : (mf : a) \qquad a : m = g : (mg : a)$$

unde &

$$\sqrt{(BN^2 + NK^2)} = BK \qquad \sqrt{(KL^2 + LH^2)} = KH$$
$$\sqrt{(mmff : aa + pp)} = s \qquad \sqrt{(mmgg : aa + qq)} = v$$

Unde $\sqrt{(mmff : aa + pp)} + \sqrt{(mmgg : aa + qq)} =$ *Minimo.* Ergo differentiando habetur $pdp : s + mmgdg : aav + qdq : v = 0$. Sed, propter summam $p + q$ constantem, fit $dq = -dp$; itemque $dg : dp = g : t$ ([b]), adeoque $dg = gdp : t$; unde substituendo habebitur $pdp : s + mmggdp : aatv - qdp : v$; eliso dp, $p : s + mmgg : aatv - q : v = 0$, vel $q : v - p : s = mmgg : aatv$, adeoque $d(g : v) = mmgg : aatv$, hoc est $d(atdx : \sqrt{(aattdx^2 + x^4dy^2)}) = x^3dy^2 : at\sqrt{(aattdx^2 + x^4dy^2)}$ [ponendo KP $= g = x$, QC $= y$, CI $= m = dy$, KM $= dx$, unde fit q [LH] $= tdx : x$], hoc est $aattxddx + aatxdtdx = 3aattdx^2 + x^4dy^2$. Pone $tdx = zdy$, erit $tddx + dtdx = dzdy$, adeoque $aatxdzdy = 3aaz^2dy^2 + x^4dy^2$, seu $aatxdz = 3aazzdy + x^4dy =$ [loco dy ponendo $tdx : z$] $3aatzdx + x^4tdx : z$, &, multiplicando per $z : aatx$, $zdz = 3zzdx : x + x^3dx : aa$. Pone $zz = fx^m + gx^n$, fietque $zz = x^6 : aacc - x^4 : aa$, unde $z = \frac{xx}{aa}\sqrt{(xx - cc)}$, tandemque $dy = [tdz : z] = actdx : xx\sqrt{(xx - cc)}$.

Facilius idem obtinetur, si NK & LH supponantur æquales, quarum utraque dicatur p; adeoque BG & KP determinatæ, CI & IF vero indeterminatæ, quarum illa sit m, hæc n: hinc enim

CD:

([b]) Mirum Auctorem pervenisse ad conclusionem legitimam, per hypothesin fallacem. Non enim esse potest $dg : dp = g : t$, cum sint dg & p infinitesimales ejusdem ordinis, dp vero ordinis inferioris. Sed est $dg : p = g : t$; At posita $dg = pg : t$ non elideretur dp. Veram tamen esse conclusionem [$dy = actdx : xx\sqrt{(xx - cc)}$] ad quam devenit Auctor, per alterum, qui sequitur, modum evincitur.

$$CD:CI = BG:BN \quad \& \quad ID:IF = KP:KL$$
$$a:m = f:\frac{mf}{a} \qquad a:n = g:\frac{ng}{a}$$

adeoque

$$\sqrt{(BN^2+NK^2)} = BK \quad \& \quad \sqrt{(KL^2+LH^2)} = KH$$
$$\sqrt{(mmff:aa+pp)} = s \qquad \sqrt{(nngg:aa+pp)} = v$$

Quare $\sqrt{(mmff:aa+pp)} + \sqrt{(nngg:aa+qq)} =$ *Minimo*, & differentiata dabit $ffmdm:aas + ggndn:aav = 0$; unde quia $dn = -dm$ [propter $m+n =$ conſt.] habebitur $ffm:aas = ggn:aav$; hoc eſt, unum $ffm:aas$ æquale alteri $ffm:aas$; adeoque $ffm:aas =$ conſt. Sed quia jam antea facta fuerant $BG = f = x$, $QC = x$ &c. erit $BK = \sqrt{(mmff:aa+pp)} = s = \sqrt{(xxdy^2:aa+ttdx^2:xx)}$; unde $ffm:s = xxdy:\sqrt{(xxdy^2:aa+ttdx^2:xx)} = ax^3dy:\sqrt{(x^4dy^2+aattdx^2)} =$ conſtanti $= ac$: hoc eſt $aax^6dy^2 = aaccx^4dy^2 + a^4cctt dx^2$, ſeu $(aax^6 - aaccx^4)dy^2 = a^4cctt dx^2$, ſeu $dy^2 = aacctt dx^2:(x^6 - ccx^4)$, & $dy = actdx:xx\sqrt{(xx-cc)}$, ut ſupra.

ARTICUL. VII.

In Superficie Conoidum, quæ naſcuntur ex circumductu lineæ rectæ altero extremo in puncto ſublimi quieſcentis, ſuper data curva, ducere lineam breviſſimam inter data duo puncta.

Circumducatur linea recta AC [*Fig.* 4.], uno ſui termino quieſcens in A, circa datam curvam CDE, gignens hoc ſuo motu ſuperficiem conoidicam ACDE, in qua data ſint duo puncta

No. CIII. puncta L & N: Quæritur linea LMN brevissima inter puncta L & N.

Esto AB recta plano curvæ CDE, & ducantur rectæ ALC, ANE; sitque $AB = a$, $BE = x$, $CE = s$, eritque $AE = \surd(AB^2 + BE^2) = \surd(aa + xx)$, ejusque different. $EH = xdx : \surd(aa + xx)$, & $DH = \surd(DE^2 - EH^2) = \surd(ds^2 - xxdx^2 : (aa + xx)) = \surd(aads^2 + xxds^2 - xxdx^2) : \surd(aa + xx)$ [propter $DE : EG = FE : BE$, vel $ds : dx = t : x$] $= dx \surd(\frac{aatt}{xx} + tt - xx) : \surd(aa + xx)$.

Ponatur seorsim, centro a descriptus, radio $ac = b$, arcus circuli cdh; sitque angulus dah = DAH, erit AD [$\surd(aa + xx)$]: DH [$dx \surd(\frac{aatt}{xx} + tt - xx) : \surd(aa + xx)$] = ad [$b$] : dh [$bdx \surd(\frac{aatt}{xx} + tt - xx) : (aa + xx)$].

Factis ergo $B\chi$, $B\delta$, $B\epsilon$, æqualibus ipsis BC, BD, BE, applicetur indefinite $\delta\varpi = \frac{1}{2} bb \surd(\frac{aatt}{xx} + tt - xx) : (aa + xx)$, erit $\delta\varpi\rho\epsilon$ = Sectori circulari adh; ideoque totum spatium $\chi\psi\rho\epsilon$ = Sect. circul. ach. Fiat ergo Sector ach = spatio curvilineo $\chi\psi\rho\epsilon$, & abscindantur in radiis ac, ah partes al, an, æquales AL, AN, junganturque recta ln, tum rursus fiat indefinite Sector acd = $\chi\psi\varpi\delta$, ducto radio ad, secante rectam ln in m, ac abscindatur, in latere conoidis AD, pars AM = am, erit M punctum in curva quæsita LMN; cum enim singuli anguli dah æquentur singulis DAH, æquatur summa priorum, id est, angulus cah, summæ angulorum omnium parvorum comprehensorum in superficie conoidica CAE. Sector igitur circumplicatus superficiei huic congruet, sic ut punctum l cadat super L, n super N, m super M, totaque recta lmn super LMN: Est autem illa brevissima &c. Ergo & hæc. Q. E. D. & I. ([a])

([a]) Hujus Solutionis, quam non satis aperte exponit Auctor, ratio hæc

haec est. Complanata intelligatur superficies conoidica ACDE, hoc est explicata & in planum extensa fingatur, atque portio vertici A vicina sit sector ach; posito nempe angulo plano cah aequali angulo solido conico CAE. Ergo, si sumantur al, an, aequales ipsis AL, AN, & ducatur ln recta; cum haec sit in superficie plana sectoris cah linea brevissima, erit eadem brevissima LMN in superficie conoidica CAE. Ductis itaque AD & ad, sic ut angulus conicus CAD angulo plano cad sit aequalis, sumptaque AM = am, erit punctum M in linea quaesita LMN. Omne igitur negotium huc redit, ut angulis conicis CAH, CAD assignentur aequales cah, cad plani. Id vero sic conficitur ab Auctore nostro. Capiantur Bχ, Bδ, Bε aequales ipsis BC, BD, BE, & demissa AK normali in tangentem EF, sit semper ερ ad $\frac{1}{2}$Bε, in ratione composita ex duplicata ipsius ad [constantis ad libitum assumptae] ad AD, & ex simplici ipsius AK ad EK, fiatque sector cah aequalis spatio χψρε. Dico factum. Nam sumtis elementis adh, ερωδ sectoris & spatii aequalibus, seu $\frac{1}{2}$ ad × dh = ερ × εδ, erit $\frac{1}{2}$ ad × dh : $\frac{1}{2}$Bε × εδ = ερ × εδ : $\frac{1}{2}$Bε × εδ = ερ : $\frac{1}{2}$Bε = ad^2 : AD^2 + AK : EK, [per hyp.]. Sed $\frac{1}{2}$ ad × dh : $\frac{1}{2}$Bε × εδ = dh : εδ + ad : Bε = dh : εδ + ad : AE + AE : DE + DE : BE. Igitur ad^2 : AD^2 + AK : EK = dh : εδ + ad : AE + AE : DE + DE : BE. Atqui, ob sim. tr. EDH, EAK, est AE : DE = AK : DH, & ob sim. tr. EDG, EBK, est DE : BE = GE vel εδ : EK; quibus substitutis, habemus ad^2 : AD^2 + AK : EK = dh : εδ + ad : AE + AK : DH + εδ : EK = dh : εδ + εδ : EK + ad : AE + AK : DH = dh : EK + ad : AE + AK : DH = dh : DH + AK : EK + ad : AE vel AD; unde, demptis communibus, remanet ad : AD = dh : DH. Sunt igitur similes, vel aequales anguli elementares dah, DAH. Istorum igitur summa, quae est angulus conicus CAE, illorum summae, hoc est, angulo plano cah, aequatur. Quare &c. No. CIII.

Haec autem methodus in casu simplicissimo coni recti locum non habet. Nam cum sint BC, BD, BE, sive Bχ, Bδ, Bε inter se aequales, curva ψωρ non describitur, & cadente AK super AE, EK evanescit, fitque ερ infinita. En igitur aliam solutionem superiori saepe simpliciorem. Cape χδ, χε, aequales arcubus CD, CE, sitque semper ερ ad $\frac{1}{2}$AK in duplicata ratione ad ad AD, fiatque spatio χψρε aequalis sector cah. Dico factum. Nam, si sint aequalia elementa dah & ερωδ, seu ad × $\frac{1}{2}$dh = ερ × εδ, erit ερ : $\frac{1}{2}$dh = ad : εδ = ad^2 : ad × εδ. Sed $\frac{1}{2}$AK : ερ = AD^2 : ad^2. Quare, ex aequo est AK : dh = AD^2 : ad × εδ. Verum, ob sim. tr. EDH, EAK, est DH : AK = ED vel εδ : AE vel AD. Quare, iterum ex aequo, DH : dh = AD : ad; unde rursus constat aequales esse angulos elementares DAH, dah, atque ideo summas eorum CAE, cah.

Existente ACDE cono recto; AK, AD coincidunt, suntque constantis magnitudinis, latus nempe coni. Est

No. CIII. Est igitur $\sigma\rho$ constans, dimidium scil. tertiæ proportionalis ad AD, a d. Pone; simplicitatis gratia, a d = AD, eritque $\sigma\rho = \frac{1}{2}$ a d. Igitur, cum esse debeat cad = $\chi\psi\omega\delta$, erit cd = $\chi\delta$ = CD. Vide Ni. LXXX. Notam b, pag. 799. sq.

ARTICUL. VIII.

Analysis ejusdem Problematis alia instituta methodo, non supponendo superficiem gibbam continue complanam posset.

Esto centro A [*Fig.* 5] descriptus arcus PQR. Sunto autem puncta data infinite propinqua L & N, & GM = HN. Hinc positis

$AB = AP = a$, $BD = g$, $AH = m$, $PQ = p$
$BC = f$, $AG = l$, $GM = HN = n$, $QR = q$,

fiet AP : PQ = AL : LG; item AQ : QR = AM : MH

$$a : p = l : \frac{lp}{a} \qquad a : q = m : \frac{mq}{a}$$

$LM = \sqrt{(LG^2 + GM^2)} = \sqrt{(llpp : aa + nn)}$, & $MN = \sqrt{(mmqq : aa + nn)}$. Quare $\frac{\sqrt{(llpp + aann)} + \sqrt{(mmqq + aann)}}{a}$ = *Minimo*, cujus differentialis [existentibus l, m, n, a constantibus] $\frac{llpdp}{\sqrt{(llpp + aann)}} + \frac{mmqdq}{\sqrt{(mmqq + aann)}} = 0$; hoc est, quia $dp = -dq$, [propter $p + q$ = const.] $llp : \sqrt{(llpp + aann)} = mmq\sqrt{(mmqq + aann)}$, hoc est unum $llp : \sqrt{(llpp + aann)}$ æquale alteri $mmq : \sqrt{(mmqq + aann)}$, adeoque $llp : \sqrt{(llpp + aann)}$ = constanti. Sit jam porro

porro BC $= f = x$, SD $= dx$, AL $= l = y$, GM $= n = dy$, & CF $= t$; erit BC $[x]$: CF $[t]$ $=$ SD $[dx]$: DC $[tdx:x]$; AC $= \sqrt{(AB^2 + BC^2)} = \sqrt{(aa + xx)}$, DT [diff. AC] $= xdx : \sqrt{(aa+xx)}$, CT $= \sqrt{(DC^2 - DT^2)} = \sqrt{(ttdx^2 : xx - xxdx^2 : (aa+xx))} = dx\sqrt{(tt:xx - xx:(aa+xx))} = dx\sqrt{(aatt + ttxx - x^4)} : x\sqrt{(aa+xx)}$, ac tandem AC $[\sqrt{(aa+xx)}]$: CT $[dx\sqrt{(aatt+ttxx-x^4)} : x\sqrt{(aa+xx)}]$ $=$ AP $[a]$: PQ $[p]$; unde $p = adx\sqrt{(aatt + ttxx - x^4)} : (aax + x^3) = zdx:a$, & $llp : \sqrt{(llpp + aann)} = yyzdx : \sqrt{(yyzzdx^2 + a^4dy^2)} =$ constanti c; hoc est $y^4zzdx^2 = ccyyzzdx^2 + a^4ccdy^2$, seu $a^4ccdy^2 = (y^4zz - ccyyzz)dx^2$, & $aacdy = yzdx\sqrt{(yy-cc)}$, & $acdy : y\sqrt{(yy-cc)} = zdx : a = adx\sqrt{(aatt + ttxx - x^4)} : (aax + x^3)$. Longitudo lineæ curvæ invenitur esse $\sqrt{(yy-cc)}$ ([a]). No. CIII.

CONSTRUCTIO.

Cæteris positis ut in priore modo, nempe ac $= b$, & sectore circuli acd $=$ sp. χψωδ; sit rqp [*Fig. 6*] arcus circuli descriptus centro a, radio ar $= c =$ rs: per punctum s & asymptotis ar, at, descripta sit Hyperbola svw; demittatur in ar perpendicularis qzv, erit zv $= y =$ am $=$ AM. *Q. E. F.* ([b]).

([a]) Est LM $= \sqrt{(LG^2 + GM^2)}$ Atqui LG $=$ AL. PQ : AP $= py : a = cdy : \sqrt{(yy-cc)}$, quoniam $p = zdx : a = acdy : y\sqrt{(yy-cc)}$; & GM $= dy$. Igitur LM $= \sqrt{\left(\frac{ccdy^2}{yy-cc} + dy^2\right)} = ydy : \sqrt{(yy-cc)}$, cujus integralis, seu curvæ longitudo est $\sqrt{(yy-cc)}$.

([b]) Cum sit acd $=$ χψρs $= \int((\frac{1}{2}bb\sqrt{(aatt+ttxx-x^4)}:(aax+x^3))$, sitque arq : acd $= ar^2 : ac^2 = cc : bb$, erit sector arq $= \int((\frac{1}{2}cc\sqrt{(aatt+ttxx-x^4)} : (aax+x^3))$ & dividendo per $\frac{1}{2}$ar $= \frac{1}{2}c$, arcus rq $= \int((cdx\sqrt{(aatt+ttxx-x^4)} : (aax+x^3)) = ccdy : y\sqrt{(yy-cc)} =$ [posito $y = cc:u$] $- cdu : \sqrt{(cc-uu)} =$ arcui, cujus cosinus est u. Ergo az cosinus arcus rq, erit $= u$. Sed ex Hyperbolæ svw natura, est zv $=$ ar × rz : az $= cc : u = y$. Igitur zv $=$ AM.

No. CIII.

ARTICUL. IX.

QUÆSTIO

Num Elastrum tensum, sublata subito vi tendente, eodem tempore in omnibus suis partibus in rectitudinem se restituat: an vero in aliis partibus citius, in aliis tardius?

RESOLUTA.

Esto AEC [*Fig.* 7] curva tensionum (a); AB, AF vires tendentes, BC, FG tensiones; hoc est, fibra datæ longitudinis a vi AB tendatur per BC, & a vi AF per FG. Quæritur quanto tempore BC & FG resorbeantur. Sit *MN* tempus quo tota resorbetur, & *PQ* celeritas quam obtinet fibra cum ad DE contracta est, & *TQ* incrementum celeritatis, quod ei accedit tempusculo constanti *RP* a vi residua AD, quam obtinet fibra cum ad DE contracta est. Exponetur ergo fibra BC per spatium *MNO*, & fibra DE per spatium *PNOQ* (b). Sit itaque DE vel $PNOQ = ap$ & $AD = t$, $MP = x$, $PQ = y$. Hinc quia *TQ* ipsi AD proportionatur, erit $ady = tdx$, nec non differentiale spatii *PNOQ*, hoc est, $-adp = RQ$ seu ydx. Hinc primo fit $aydy = -atdp$, & $yy = 2\int(-tdp)$, & $y = \sqrt{\int(-2tdp)}$, id est *PQ* proportionalis radici spatii CHKE.

Sint itaque duæ fibræ BC & FG; dividatur utraque [hoc est AH, AI] in æquales numero partes, quarum Kk, Vv sint ordine eædem; ductaque AGγ, fiat $\gamma\lambda$ curva similis ipsi GL. Sic tem-

(a) Vide Nos. LVIII, LXVI, & CII.

(b) Est enim fibræ DE longitudo spatium percurrendum, quod cum singulis momentis *RP* fit in ratione composita ex tempore *RP* & velocitate *RS*, hoc est, cum sit ut rectang. *RPTS*, erit in tempore *PN* ut area *PNOQ*.

tempus per Kk : tempus per Vv = Kk : Vv [= HK : IV = No. CIII. propter similitudinem figurarum γHKL & GIVL, √γHKL : √GIVL] + √GIVL : √CHKE = √γHKL : √CHKE (c) = minus ad majus, cum curva AEC est concava; aut majus ad minus, cum curva est convexa versus axem : & similiter cæteræ particulæ fibræ BC vel citius, vel tardius resorbentur particulis fibræ FG; unde sequitur, si ea sit tensionum natura, ut tensiones crescant in ratione minore quam vires tendentes, fibram magis tensam citius restitui minus tensa (d); si crescant tensiones in ratione majore quam vires, minus tensam citius restitui (e); si denique crescant in eadem, eodem quoque tempore omnes fibras restitui (f). Unde sequitur, arcum citius restitui in partibus quæ majori curvedine gaudent, siquidem certum sit experientia, tensiones crescere in minore ratione quam vires (g). Hinc ille forte tremulus motus in extremitate elastri sese restituentis.

Aliter & concinnius ita demonstratur.

Sit celeritas fibræ BC, cum ad BM seu DE contracta est, MX = y; absumpta fibræ pars CM = x, & MN = dx; manente, ut supra, AD = t, erit tempusculum quo elementum MN absumitur, [quippe in ratione directa elementi & reciproca celeritatis] $dx : y$. Sit porro tempusculum constans $dx : a$, & hoc tempusculo absumtum elementum RT; unde cum longitudines

Pppppp 3 iisdem

(c) Hoc est, tempus per Kk ad tempus per Vv, in ratione composita ex directa spatiorum & inversa velocitatum. Sunt autem spatia Kk : Vv, ut HK : IV, propter divisionem proportionalem, & HK : IV, propter simil. curv. GL, γλ, sunt ut √γHKL : √GIVL. Hæc igitur est ratio spatiorum. Velocitates vero ostensæ sunt ut √CHKE : √GIVL; quæ ratio si invertatur & cum priori componatur, nascitur ratio √γHKL : √CHKE.

(d) Tunc enim AGC curva versus AB concava est.

(e) Tunc AGC versus AB convexa.

(f) Tunc AGC recta est, & coincidunt CHKE, γHKλ.

(g) Vide Num. CII, pag. 981.

No. CIII. iisdem celeritatibus emensæ sint ut tempora, erit $\frac{dx}{y} : \frac{dx}{a} =$ NM vel QX : RT = QS : RS = dy : RS [$ydy : a$] incrementum celeritati additum in dato tempusculo, quod incrementum cum proportionari debeat vi retrahenti, hoc est, tendenti AD [t], habebitur $ydy : a = tdx : a$, adeoque $\frac{1}{2}yy = \int tdx$, & $y = \sqrt{2\int tdx}$ & $dx : y = dx : \sqrt{2\int tdx}$, tempusculum quo elementum NM absorbetur; quod proin est in ratione composita ex directa particulæ NM, & reciproca radicis spatii CHKE, ut supra repertum; unde cætera sequuntur, ut ibi.

NB. Si tensiones viribus tendentibus sint proportionales, id est, si AEC sit linea recta, fiat centro B, radio BC, quadrans circuli (B) XP: erit MX celeritas fibræ ad BM contractæ, & arcus CX tempus contractioni insumtum. Nam positis AB = BC = a, erit t = AD = DE = BM = BC — CM = $a - x$, unde $2tdx = 2adx - 2xdx$, & $\int 2tdx = 2ax - xx$, & $y = \sqrt{2\int tdx} = \sqrt{(2ax - xx)}$ = MX, ex natura circuli: unde tempusculum quo MN absumitur $dx : \sqrt{2\int tdx} = dx : \sqrt{(2ax - xx)}$ = elemento arcus SX, & tempus quo tota CM absorbetur = CX. Sequitur, tempus quo prior medietas fibræ BC resorbetur esse duplum ejus, quo posterior absumitur.



ARTI-

ARTICUL. X.

Demonstratio Theorematis de radiorum osculi usu in reducendis secundis differentiis ad primas.

THEOREMA.

R*Adiis osculorum reciproca recta super curva in rectam extensa applicata spatium circulabile efficiunt* ([a]).

DEMONSTRATIO.

Esto curva quævis ABCD [*Fig.* 8], cujus axis AI vel DF, abscissa AH, vel IH, vel DE, vel FE $= x$; applicata HC, vel EC $= y$; curva AC vel DC $= z$; radius osculi BG, vel CG $= s$, BK $= dx$, CK $= dy$, BC $= dz$. Esto etiam quadrans circuli PLQ, cujus radii LM, LN ipsis GB, GC; PL ipsi AI, vel DF; NR ipsi EH, & MO ipsi BK parallelæ; ipse vero radius LM sit $= a$, abscissa LR $= m$, applicata RN $= n$; quibus positis, habentur primo, ex similitudine Triangulorum BKC, MON, & NRL, sequentes tres analogiæ

I. BK [dx] : KC [dy] $=$ NR [n] : RL [m]
II. BK [dx] : BC [dz] $=$ NR [n] : NL [a]
III. CK [dy] : BC [dz] $=$ LR [m] : LN [a]

Deinde, ob similitudinem triangulorum BGC & MLN, habetur

([a]) Vid. Num. LXVI, pag. 641.

No. CIII. betur BG [s] : BC [dz] = LM [a] : MN [$adz : s$], unde ½ MN × ML = sectori MLN = ½ $aadz : s$; totusque adeo sector PNL, vel MLQ = $\int (aadz : 2s)$ = omn. $(aa : 2s) \times dz$. Quod est Theorema.

Hoc ut utamur in reducendis æquationibus differentialibus secundi generis, fiat tertio

$$\left.\begin{array}{l} LR : LN = NO : MN \\ m : a = dn : \frac{adn}{m} = \frac{adz}{s} \\ NR : LN = MO : MN \\ n : a = dm : \frac{adm}{n} = \frac{adz}{s} \end{array}\right\} \text{unde fiet} \left\{\begin{array}{l} s = \frac{mdz}{dn} \\ \\ s = \frac{ndz}{dm} \end{array}\right.$$

Sed per Theoremata, quæ habentur in *Act. Lips.* 1694, pag. 264 (b), est quoque,

posita constante dx ---- dy ---- dz

$$s = \left\{\begin{array}{ccccc} \frac{dz^3}{dxddy} & -- & \frac{dz^3}{dyddx} & --- & \frac{dxdz}{ddy} \\ \\ \frac{dydz^2}{dxddz} & -- & \frac{dxdz^2}{dyddz} & --- & \frac{dydz}{ddx} \end{array}\right\} = \text{alterutri } \frac{mdz}{dn} \text{ vel } \frac{ndz}{dm}$$

e quorum collatione oritur

$ddy = dndz^2 : mdx$	$ddx = dndz^2 : mdy$	$ddy = dndx : m$
$ddy = dmdz^2 : ndx$	$ddx = dmdz^2 : ndy$	$ddy = dmdx : n$
$ddz = dndydz : mdx$	$ddz = dndxdz : mdy$	$ddx = dndy : m$
$ddz = dmdydz : ndx$	$ddz = dmdxdz : ndy$	$ddx = dmdy : n$

Jam vero, juxta æquationem propositam, quæratur quoque valor

(c) Num. LVIII, pag. 578.

valor ipsius ddx, ddy vel ddz, & habebitur nova æquatio constans ex puris differentialibus primi generis, e qua porro per tres superiores analogias semper bina rursum elementa, vel dx & dy, vel dx & dz, vel dy & dz tolli possunt: sed cavendum ut talia tollantur, quorum integralia in æquatione non reperiuntur: si vero nullius elementi integrale reperiatur, perinde est quænam tollantur, adeoque res variis modis confici potest; atque ita tandem obtinebitur æquatio, in qua nonnisi una harum x, y, & z, cum sua differentiali reperitur, quæque semper separari possunt, si æquatio nonnisi duo membra habuerit; & sæpe si plura, propter $m = \sqrt{(aa - nn)}$, vel $n = \sqrt{(aa - mm)}$. No. CIII.

EXEMPLA.

I. In *Velaria* [Vid. *Act. Lips.* 1692, pag. 202, & 1695, pag. 546 (c)] posita dz constante, æquatio est $adzddx = dy^3$; eliminato ddx, habetur $adzdmdy : n = dy^3$, hoc est, per I & II analogiam, $aadm : mm = dx$, & facta integratione $aa : m = x$ (d), seu $m = aa : x$, & tandem, per I analogiam, $dx : dy = n : m = \sqrt{(aa - mm)} : m = \sqrt{(aa - \frac{a^4}{xx})} : \frac{aa}{x} = \sqrt{(xx - aa)} : a$; unde $dy = adx : \sqrt{(xx - aa)}$.

II. In *Elastica* [Vid. *Act. Lips.* 1694, pag. 272, & 1695, pag. 538 (e)] æquatio est $xs = \frac{1}{2} aa$, hoc est, deleto s, $xndz : dm = \frac{1}{2} aa$, hoc est, per II analogiam, $xdx = \frac{1}{2} adm$, & $xx = am$, unde $m = xx : a$; atque, per I analogiam, $dx : dy = n : m = \sqrt{(aa - mm)} : mm = \sqrt{(a^4 - x^4)} : xx$; quare $dy = xxdx : \sqrt{(a^4 - x^4)}$.

(c) N. XLVIII, pag. 485. Not. e, & LXVI, pag. 654.

(d) Aut generalius, $c - aa : m = x$; unde, deducitur $dy = adx : \sqrt{((c - x^2) - aa)}$, quæ eandem curvam designat ac $dy = adx : \sqrt{(xx - aa)}$ abscissis solum ab alia origine computatis.

(e) N°. LVIII, pag. 589, & LXVI, pag. 641.

No. CIII. III. In *curva lintei*, ostendi potest perveniri ad $dy : dz = \frac{1}{2} xx : xs$, unde fit $xdz = 2sdy =$ [deleto s] $2ndydz : dm$, seu $xdm = 2ndy =$ [per I analogiam] $2mdx$, adeoque $dm : m = 2dx : x$; unde fit $m = xx : a$; adeoque, per I analogiam, $dx : dy = \sqrt{(aa - \frac{x^4}{aa})} : \frac{xx}{a} = \sqrt{(a^4 - x^4)} : xx$; quare $dy = xxdx : \sqrt{(a^4 - x^4)}$, eadem cum Elastica.

ARTICUL. XI.

Filum ACDEFGB [Fig. 9] *extremitatibus suis* A *&* B *suspensum ab infinitis potentiis* C, D, E, F, G, *juxta directiones quasvis* HC, HD, IE, KF, LG *agentibus extenditur. Quaeritur fili curvatura, ejus directio media* LP, *& vis, qua secundum* LP *impellitur?*

Producatur infima fili particula AC in tangentem AP, ut & reliquae DE, EF, FG, GB in tangentes EM, FN, GO, BP, quae secent AP in M, N, O, P. Juxta MH erit directio media portionis ACDE (*), producta MH & EI concurrant in I & jungatur NI, erit haec directio media ACDEF. Concurrant NI & FK in K, erit juncta OK directio media portionis ACDEFG. Concurrant OK & GL in L, erit juncta PL directio media portionis ACDEFGB.

Et HIKL est linea mediarum directionum, quam videl. formant

(*) Potentiis HD, HC opponuntur tensiones filorum CA, DE, & cum illis sunt in aequilibrio. Ergo potentia aequipollens ipsis HD, HC, aequalis est & opposita potentiae aequipollenti ipsis CA, DE. Illius autem directio transit per punctum H; hujus vero directio per punctum M. Itaque directio media, tam tensionum CA, DE, quam potentiarum HC, HD, est MH.

mant interfectionibus suis directiones particulares MH, NI, OK, PL, & patet principium ejus H coincidere cum principio curvæ, quam formarent directiones potentiarum CH, DH, EI, FK, GL, hoc est, [in linteo a fluido inflato, ubi directiones hæ linteo perpendiculares sunt,] cum initio evolutæ. Sintque OV, PT arcus centris L & G descripti, & No. CIII.

$AQ = x$, $GQ = y$, $AEG = s$, $AW = b$
$FR = dx$, $GR = dy$, $FG = ds$, $QW = b - x = v$

Radius osculi in $G = z$
Potentia tendens filum in puncto $G = p$
adeoque potentia tendens universam particulam $GF = pds$

Sinus totus - - - - - $= a$	Sin. ang. GPL $= m$	Sin. ang. GLP $= u$
Sinus fili BG & directionis GL - - - - - - - $= r$	Sin. ang. APL $= n$	Sin. ang. PLO $= t$

Firmitas fili in A semper constans $= aa$
Vis qua filum impellitur per directionem mediam $LP = aq$

Sin. ang. BGF [PGO] : Sin. ang. LGF $= pds$: firmit. fili in B

$$\frac{ads}{z} : r = pds : \frac{prz}{a}$$

Firm. fili in A : firm. fili in B = Sin. ang. BPL : Sin. ang. APL

$$aa : \frac{prz}{a} = m : n$$

unde fit $a^3 n = mprz$, ÆQUATIO I^a.

Firm. fili in A : Potent. in P = Sin. ang. BPL : Sin. ang. BPA [PGR vel OGR]

$$aa : aq = m : \frac{adx}{ds}$$

unde fit $aadx = mqds$, ÆQUATIO II^a.

Pot. in P : Pot. in G = Sin. ang. GLO : Sin. ang. PLO

$$aq : pds = u : t$$

unde fit $aqt = puds$, ÆQUATIO III^a.

Qqqqqq 2 FR

No. CIII. FR $[dx]$:FG $[ds]$ = AQ $[x]$: PG $[\frac{xds}{dx}]$ & $z:ds = \frac{xds}{dx}$[PG]$:\frac{xds^2}{zdx}$ = PT,

&, ob similia triangula FGR; POT, est

FR : FG = PT : PO, Sin.tot.: Sin. ang. OPV = PO : OV

$dx : ds = \frac{xds^2}{zdx} : \frac{xds^3}{zdx^2}$, $a : n = \frac{xds^3}{zdx^2} : \frac{nxds^3}{azdx^2}$

In triangulo LGP

Sin.ang.GLP:Sin.ang.LGP=PG: PL, Sin.tot.Sin.ang.PLO=PL:OV

$u : r = \frac{xds}{dx} : \frac{rxds}{ndx}$. $a : t = \frac{rxds}{ndx} : \frac{nxds^3}{azdx^2}$

unde fit $trzdx = nnds^2$, ÆQUATIO IV^a.

Ex Sinibus angulorum APL, BPL, nempe m & n, reperitur ([b]) Sinus anguli compositi ex ipsis, ABP seu FGR, id est, $adx : ds$, unde fit $m\sqrt{(aa - nn)} + n\sqrt{(aa - mm)} = aadx : ds$, ÆQUATIO V^a.

Similiter ex r & m Sin. ang. BGL & GPL invenitur Sinus differentiæ ipsorum GLP seu u, unde fit $r\sqrt{(aa - mm)} - m\sqrt{(aa - rr)} = au$, ÆQUATIO VI^a.

Jam habentur sex æquationes, & quinque tantum litteræ m, n, u, q, t sunt eliminandæ. Posset haberi natura curvæ ex solis p & r, quæ ex hypothesi semper dantur: Sed, quia per II^{am} & III^{am} æquationem prima æquatio jam determinatur, hinc illarum quinque litterarum non nisi quatuor eliminari possunt, quinta vero semper ex cognita natura curvæ invenitur.

([b]) Vid. Notæ tumult. in CARTES. No. LXVII, pag. 668.

nempe

nempe (c)

$$m = \frac{a^4 dx}{\sqrt{(a^6 ds^2 - 2a^3 przdyds + pprrzzds^2)}} = [\text{pos. } prz = aaf] = \frac{aadx}{\sqrt{(aads^2 - 2afdyds + ffds^2)}}$$

$$n = \frac{aprzdx}{\sqrt{(a^6 ds^2 - 2a^3 przdyds + pprrzzds^2)}} = \text{- - - - -} = \frac{afdx}{\sqrt{(aads^2 - 2afdyds + ffds^2)}}$$

$$aq = \frac{\sqrt{(a^6 ds^2 - 2a^3 przdyds + pprrzzds^2)}}{ads} = \text{- - - - -} = \frac{a\sqrt{(aads^2 - 2afdyds + ffds^2)}}{ds}$$

$$u = \frac{\pm a^3 rdy \mp prrzds - a^3 dx\sqrt{(aa - rr)}}{\sqrt{(a^6 ds^2 - 2a^3 przdyds + pprrzzds^2)}} = \text{- - -} = \frac{-ardy + frds - adx\sqrt{(aa - rr)}}{\sqrt{(a^2 ds^2 - 2afdyds + ffds^2)}}$$

$$u : m = PG\left[\frac{xds}{dx}\right] : GL = \frac{a^4 xds}{\pm a^3 rdy \mp prrzds - a^3 dx\sqrt{(aa - rr)}} = \frac{aaxds}{-ardy + frds - adx\sqrt{(aa - rr)}}$$

(c) Æquat. 5, $m\sqrt{(aa - nn)} + n\sqrt{(aa - mm)} = aadx : ds$, quadrando & transponendo, dabit $2mn\sqrt{(a^4 - a^2m^2 - a^2n^2 + m^2n^2)} = a^4dx^2 : ds^2 - a^2m^2 - a^2n^2 + 2m^2n^2$, & quadrando iterum $4a^4m^2n^2 - 4a^2m^4n^2 - 4a^2m^2n^4 + 4m^4n^4 = (a^4dx^2 : ds^2 - a^2m^2 - a^2n^2)^2 + 4a^4m^2n^2dx^2 : ds^2 - 4a^2m^4n^2 - 4a^2m^2n^4 + 4m^4n^4$ adeoque, demptis communibus, $(a^4dx^2 : ds^2 - a^2m^2 - a^2n^2)^2 = 4a^4m^2n^2 - 4a^4m^2n^2dx^2 : ds^2 = 4a^4m^2n^2(1 - dx^2 : ds^2) = 4a^4m^2n^2(ds^2 - dx^2) : ds^2 = 4a^4m^2n^2dy^2 : ds^2$, & radice extracta, $a^4dx^2 : ds^2 - a^2m^2 - a^2n^2 = 2a^2mndy : ds$, vel, quia ex Æquat. I. $n = przm : a^3$, $a^4dx^2 : ds^2 - a^2m^2 - p^2r^2z^2m^2 : a^4 = \pm 2przm^2dy : ads$, unde $m^2 = a^8dx^2 : (a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + p^2r^2z^2ds^2)$, vel $m = a^4dx : \sqrt{(a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + p^2r^2z^2ds^2)}$.

Et quoniam ex Æquat. 1, $n = przm : a^3$, est $n = aprzdx : \sqrt{(a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + p^2r^2z^2ds^2)}$.

Et, quia Æquat. 2 dat $aq = a^3dx : mds$, habebitur $aq = \sqrt{(a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + p^2r^2z^2ds^2)} : ads$.

Et, substituto pro m valore ejus $a^4dx : \sqrt{(a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + p^2r^2z^2ds^2)}$, in Æquat. 6, $r\sqrt{(aa - mm)} - m\sqrt{(aa - rr)} = au$, prior terminus $r\sqrt{(aa - mm)}$ fit $r\sqrt{\left(aa - \frac{a^8dx^2}{a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + pprrzzds^2}\right)} = r\sqrt{(a^8ds^2 - a^8dx^2 \pm 2a^5przdyds + aapprrzzds^2)} : \sqrt{(a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + pprrzzds^2)} = r\sqrt{(a^8dy^2 \pm 2a^5przdyds + aapprrzzds^2)} : \sqrt{(a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + pprrzzds^2)} = r(a^4dy \pm aprzds) : \sqrt{(a^6ds^2 \pm 2a^3przdyds + pprrzzds^2)}$; posterior vero terminus est $a^4dx\sqrt{(aa - rr)} : \sqrt{(a^6dy^2 \pm 2a^3przdyds + pprrzzds^2)}$. Igitur illorum summa divisa per a, quæ est $u = (a^3rdy \pm prrzds + a^3dx\sqrt{(aa - rr)}) : \sqrt{(a^6dy^2 \pm 2a^3przdyds + pprrzzds^2)}$.

No. CIII. Ad inveniendam porro naturam curvæ, confiderandum eft, effe [NB. $\int$HCD, $\int$HCA, &c. defignant finus angulorum HCD, HCA, &c.]

$$\left.\begin{array}{l}\text{Firm.fili AC : firm.fili CD} = \int \text{HCD} : \int \text{HCA} \\ \text{Firm.fili CD : firm.fili DE} = \int \text{HDE} : \int \text{HDC} \\ \text{Firm.fili DE : firm.fili EF} = \int \text{IEF} : \int \text{IED} \\ \text{Firm.fili EF : firm.fili FG} = \int \text{KFG} : \int \text{KFE} \\ \text{Firm.fili FG : firm.fili GB} = \int \text{LGB} : \int \text{LGF}\end{array}\right\} \text{Ergo componendo}$$

Firm.fili AC : firm.fili GB $=\int$HCD, HDE, IEF, &c : $\int$HCA, HDC, IED, &c.

$aa : \frac{prz}{a} =$ Prod. omn. fin. ang. finiftr: Prod. omn. fin. ang. dextror.

$= r.\, r.\, r.$ &c. : $r + \frac{ds\sqrt{(aa - rr)}}{z}$. &c.

Nam [*Fig.* 10] BG $[a]$: GV $[\sqrt{(aa - rr)}] =$ BS $[\frac{ads}{z}]$: ST $[\frac{ds\sqrt{(aa - rr)}}{z}]$, unde ST + TV, feu SV, finus anguli SGL, feu anguli dextri LGF $= r + ds\sqrt{(aa - rr)} : z$. Igitur Log. $aa -$ Log. $\frac{prz}{a} = \int lr - \int l(r + \frac{ds\sqrt{(aa - rr)}}{z})$, atque Log. $\frac{prz}{a^3}$ $= \int (l(r + \frac{ds\sqrt{(aa - rr)}}{z}) - lr)$.

Ad reducendam æquationem, fiant duæ curvæ $\beta\pi$, $\delta\rho$, tales ut, exiftente $A\gamma = AG$, $\gamma\beta$ fit $=$ TV $= r$, & $\gamma\delta =$ SV $= r + ds\sqrt{(aa - rr)} : z$, adeoque $\beta\delta =$ ST $= ds\sqrt{(aa - rr)} : z$. Ducantur rectæ $\beta\iota$, $\delta\eta$ parallelæ $A\gamma$, & fecantes Logarithmicam $\eta\iota$, in η & ι; erit $A\varkappa =$ Log. $\varkappa\iota$ vel $\gamma\beta$, & $A\theta =$ Log. $\theta\eta$ vel $\gamma\delta$, hoc eft, $A\varkappa = lr$, & $A\theta = l(r + \frac{ds\sqrt{(aa - rr)}}{z})$, & $\theta\varkappa$,

feu

ſeu $rs = l(r + \frac{ds\sqrt{(aa-rr)}}{z}) - lr$. Sed, [ex natura Logarith- No. CIII.
micæ], $xs[r] : x\lambda[a] = m[\frac{ds\sqrt{(aa-rr)}}{z}] : rs$, ſeu $l(r+\frac{ds\sqrt{(aa-rr)}}{z}) - lr = \frac{ads\sqrt{(aa-rr)}}{rz}$. Quare Log. $\frac{prz}{a^3}$ [$= \int(l(r + \frac{ds\sqrt{(aa-rr)}}{z}) - lr)$] $= \int\frac{ads\sqrt{(aa-rr)}}{rz}$, & differentiando $prdz + pzdr + rzdp = pds\sqrt{(aa-rr)}$ (d), ſeu $prz = \int pds\sqrt{(aa-rr)} + a^3$, vel $\frac{prz}{a} - aa = \int\frac{pds\sqrt{(aa-rr)}}{a}$, hoc eſt, differentia firmitudinum fili in B & A, æqualis ſummæ tertiarum proportionalium ad GB, GV, & *pds*.

Notandum, ſi analyſis inſtituatur reſolvendo *pds* in motum horizontalem & verticalem (e), aliæ prodeunt æquationes; omnia enim M inveniuntur æquari $\frac{1}{a}\int(prdy + pdx\sqrt{(aa-rr)})$ & omnia N, $\frac{1}{a}\int(prdx - pdy\sqrt{(aa-rr)})$ (f). Unde fit

Vis

(d) Nam differ. Log. $\frac{prz}{a^3} = \frac{a.d(prz:a^3)}{prz:a^3} = \frac{a.d(prz)}{prz} =$ differ. $\int\frac{ads\sqrt{(aa-rr)}}{rz} = \frac{ads\sqrt{(aa-rr)}}{rz}$. Quare $\frac{a.d(prz)}{prz} = \frac{ads\sqrt{(aa-rr)}}{rz}$, vel $d(prz) = pds\sqrt{(aa-rr)}$.

(e) Quemadmodum factum eſt No. XXXIX, Not. pag. 425.

(f) Eſt enim, per princ. Mech., potentia abſoluta *pds* ad potent. horizontalem, & verticalem, in quovis curvæ puncto, ut ſinus totus *a* ad ſinum & coſinum anguli quem comprehendit directio GL potentiæ abſolutæ cum linea verticali. Is autem angulus eſt differentia angulorum quos capit curvæ portiuncula GB cum directione GL & cum verticali. Horum angulorum ſinus ſunt *r*, & *ady : ds*, & differentiæ eorum ſinus eſt $(r\sqrt{(a^2-a^2dy^2:ds^2)} - \frac{ady}{ds}\sqrt{(aa-rr)}) : a = (ar\sqrt{(ds^2-dy^2)} - ady\sqrt{(aa-rr)}) : ads = (rdx - dy\sqrt{(aa-rr)}) : ds$, coſinus vero

(*ady*

No. CIII. Vis in G : Vim in A — N $=$ Sin. APR : Sin. RPG

$$\frac{prz}{a} : aa - \frac{1}{a}\int(prdx - pdy\sqrt{(aa-rr)}) = ds : dy$$

nec non, Vis in G : Potentiam M $=$ Sin. APR : Sin. APG

$$\frac{prz}{a} : \frac{1}{a}\int(prdy + pdx\sqrt{(aa-rr)}) = ds : dx$$

Habemus igitur tres æquationes, per quarum semper singulas quæsitum invenire licet, quanquam plerumque facilius per unam quam per aliam

I. $prz = \frac{a^3 ds}{dy} - \frac{ds}{dy}\int(prdx - pdy\sqrt{(aa-rr)})$

II. $prz = \frac{ds}{dx}\int(prdy + pdx\sqrt{(aa-rr)})$

III. $prz = a^3 + \int(pds\sqrt{(aa-rr)})$

Demonstratur id ita, $prz = a^3 + \int(pds\sqrt{(aa-rr)})$ hoc est, $\frac{prdyds}{ddx} = a^3 + \int(pds\sqrt{(aa-rr)})$, vel $prdyds = a^3 ddx + ddx\int(pds\sqrt{(aa-rr)})$, & $prdyds + pdxds\sqrt{(aa-rr)} = a^3 ddx + ddx\int(pds\sqrt{(aa-rr)}) + pdxds\sqrt{(aa-rr)}$, & integrando $ds\int(prdy + pdx\sqrt{(aa-rr)}) = a^3 dx + dx\int(pds\sqrt{(aa-rr)})$, vel $\frac{ds}{dx}\int(prdy + pdx\sqrt{(aa-rr)}) = a^3 + \int(pds\sqrt{(aa-rr)}) = prz$. Q. E. D.

Appli-

$(\frac{ady}{ds} r + \sqrt{(aa - aady^2 : ds^2)}\sqrt{(aa-rr)}) : a = (rdy + \sqrt{(dy^2 - ds^2)}\sqrt{(aa-rr)}) : ds = (rdy + dx\sqrt{(aa-rr)}) : ds$. Igitur Sin. tot. $a : \frac{rdx - dy\sqrt{(aa-rr)}}{ds} =$ $pds : \frac{prdx - pdy\sqrt{(aa-rr)}}{a} =$ potentiæ horizontali, & Sin. tot. $a : \frac{rdy + dx\sqrt{(aa-rr)}}{ds} =$ $pds : \frac{prdy + pdx\sqrt{(aa-rr)}}{a} =$ potentiæ verticali.

No. CIII.

Applicatio.

I. Si $r = a$, quem casum motus fluidorum observat [e], habetur, per tertiam æquationem,

$$pz = aa$$
$$\frac{pdxds}{-ddy} = aa$$
$$pdxds = -aaddy$$
$$ds\int pdx = aads - aady$$
$$aady = aads - ds\int pdx$$
$$a^4dy^2 = (aa - \int pdx)^2 \times (dx^2 + dy^2)$$
$$(a^4 - (aa - \int pdx)^2)dy^2 = (aa - \int pdx)^2 dx^2$$
$$dy = \frac{(aa - \int pdx)dx}{\sqrt{(a^4 - (aa - \int pdx)^2)}}$$
$$dy = \frac{(aa - \int pdx)dx}{\sqrt{(2aa\int pdx - (\int pdx)^2)}}$$

$$pz = aa$$
$$\frac{pdyds}{ddx} = aa$$
$$pdyds = aaddx$$
$$ds\int pdy = aadx$$
$$a^4dx^2 = (dx^2 + dy^2)(\int pdy)^2$$
$$(a^4 - (\int pdy)^2)dx^2 = dy^2(\int pdy)^2$$
$$dx = \frac{dy\int pdy}{\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)}}$$

Intelligimus ubique per $\int pdx$, vel $\int pdy$, omnia pdx, aut pdy pertinentia ad partem curvæ inferiorem AG.

Sit ex gr. Curva lintei, ubi $p = QW = b - x = v$, erit $\int pdx = -\int vdv = \frac{1}{2}bb - \frac{1}{2}vv$, unde, posito $aa = \frac{1}{2}bb$, erit $dy = (aa - \int pdx)dx : \sqrt{(2aa\int pdx - (\int pdx)^2)} = -vvdv : \sqrt{(b^4 - v^4)}$, nempe Elastica.

Sit deinde $p = a$, erit $\int pdy = ay$, unde $dx = dy\int pdy : \sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)} = aydy : \sqrt{(a^4 - aayy)} = ydy : \sqrt{(aa - yy)}$, & facta summatione, $x = a - \sqrt{(aa - yy)}$, seu $yy = 2ax - xx$, unde constat curvam quæsitam esse circulum.

Quod si p detur per plures simul indeterminatas, ut si sit $p =$

[e] Quia, nempe, pressio fluidi exercetur secundum perpendicularem.

No. CIII. $ady^2 : ds^2$, quemadmodum fit in Velaria ([h]), æquationes repertæ $dy = (aa - \int pdx)\, dx : \sqrt{(2aa\int pdx - (\int pdx)^2)}$ & $dx = dy\int pdy : \sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)}$ nihil prodesse possunt: quare anteriorum aliqua sumenda, puta $pdyds = aaddx$, hoc est, $(ady^2 : ds^2) \times dyds = aaddx$, seu $dy^3 = adsddx$, eaque resolvatur, ponendo $tdy = adx$, &c. ([i]); unde fit $dy = adx : \sqrt{(xx - aa)}$, nempe Funicularia.

II. Si ponatur $r = ady : ds$, quem casum observant omnis generis Funiculariæ, in quibus directiones ponderum, tum inter se, tum axi AW parallelæ sunt; habetur, per primam Æquationem, $prdy : ds = aads : dy$ ([k]), & per tertiam $prdy : ds = aa + \int pdx$; unde fit $aads : dy = aa + \int pdx$; $aads = aady + dy\int pdx$; $aads = (aa + \int pdx)\, dy$; $a^4ds^2 = (aa + \int pdx)^2\, dy^2$; $a^4dx^2 + a^4dy^2 = (aa + \int pdx)^2\, dy^2$; $((aa + \int pdx)^2 - a^4)\, dy^2 = a^4dx^2$; & $dy = aadx : \sqrt{(2aa\int pdx + (\int pdx)^2)}$.

Si p detur per y, ponatur $adx = tdy$, $aadx^2 = ttdy^2$, $aads^2 = (aa + tt)\, dy^2$; $ads = dy\sqrt{(aa + tt)}$; $pdx = ptdy : a$; unde loco $aads = aady + dy\int pdx$, habemus $ady\sqrt{(aa + tt)} = aady + dy\int(ptdy : a)$; $a\sqrt{(aa + tt)} = aa + \int(ptdy : a)$; $atdt : \sqrt{(aa + tt)} = ptdy : a$; $aadt : \sqrt{(aa + tt)} = pdy$; $\int pdy = \int(aadt : \sqrt{(aa + tt)})$ = sectori hyperbolico, cujus applicata t.

Si p detur per s, differentietur $aads : dy = aa + \int pdx$, habebitur

([h]) Vide N[r]. XLVIII, Notam e, pag. 445.

([i]) $adx = tdy$ dat $ads = [a\sqrt{(dx^2 + dy^2)}] = dy\sqrt{(aa + tt)}$, cujus differentiale $ddy\sqrt{(aa + tt)} + tdtdy : \sqrt{(aa + tt)}$ debet esse constans, propter ds constantem. Ergo $ddy = -tdtdy : (aa + tt)$ & $addx\, [= tddy + dtdy] = -ttdtdy : (aa + tt) + dtdy = aadtdy : (aa + tt)$, atque $dy^3\, [= adsddx] = adtdy^2 : \sqrt{(aa + tt)}$, vel $dy\, [= adx : t] = adt : \sqrt{(aa + tt)}$, unde fit $dx = tdt : \sqrt{(aa + tt)}$, & integrando $x = \sqrt{(aa + tt)}$ vel $xx - aa = tt = aadx^2 : dy^2$, ac tandem $dy^2 = aadx^2 : (xx - aa)$, vel $dy = adx : \sqrt{(xx - aa)}$.

([k]) Evanescit enim terminus $\int(prdx - pdy\sqrt{(aa - rr)})$. Nam $\sqrt{(aa - rr)} = \sqrt{(aa - aady^2 : ds^2)} = \frac{a}{ds}\sqrt{(ds^2 - dy^2)} = adx : ds$. Igitur $prdx - pdy\sqrt{(aa - rr)} = padydx : ds - padxdy : ds = 0$.

tur $-aadsddy : dy^2 = pdx$; ponatur $ady = tds$, & invenietur No. CIII.
$-a^4dt : tt\sqrt{(aa-tt)} = pds$ (1), & $\int pds = aa\sqrt{(aa-tt)} : t$; ideoque $t = a^3 : \sqrt{(a^4+(\int pds)^2)}$ & $dy = aads : \sqrt{(a^4+(\int pds)^2)}$, quæ eadem eſt cum figura lintei ABCD [*Fig.* 10] Vid. *NB.* paginæ 1047. Unde ſequitur, ſive velum latitudinis inæqualis BC a vento inflectur, ſive funis gravetur ponderibus ipſis BC proportionalibus curvaturam utrinque eandem fore.

III. Si p & r dantur per s, habetur, per tertiam Æquationem, univerſaliter $prdyds : ddx = a^3 + \int(pds\sqrt{(aa-rr)})$. Pone $adx = tds$, $addx = dtds$; $aadx^2 = ttds^2 = ttdx^2 + ttdy^2$; $(aa-tt)dx^2 = ttdy^2$; $dy = dx\sqrt{(aa-tt)} : t = ds\sqrt{(aa-tt)} : a$, & $dyds : ddx = ds\sqrt{(aa-tt)} : dt$; unde $prdyds : ddx = prds\sqrt{(aa-tt)} : dt = a^3 + \int(pds\sqrt{(aa-rr)})$, tandemque $prds : (a^3 + \int pds\sqrt{(aa-rr)}) = dt\sqrt{(aa-tt)}$; quare t invenietur per s, indeque & $x = \int tds : a$, & $y = \int ds\sqrt{(aa-tt)} : a$ per s.

Habita natura curvæ, habentur & m, n, aq, u & GL, per æquationes pag. 1039., nempe

I. Si $r = a$, erit (m)

(1) Ex $ady = tds$, fluunt $addy = dtds$, & $dx = \sqrt{(ds^2-dy^2)} = ds\sqrt{(aa-tt)} : a$; quibus ſubſtitutis, æquatio $-aadsddy : dy^2 = pdx$, mutatur in $-a^3dt : tt = pds\sqrt{(aa-tt)} : a$, vel in $-a^4dt : tt\sqrt{(aa-tt)} = pds$.

(m) Ubi $r = a$, eſt $pz = aa$ [pag. 1043.] & $aaf = prz = a^3$, atque $f = a$. Igitur m vel n, quod eſt æquale $aadx$ vel $afdx$ diviſ. per $\sqrt{(aads^2 - 2afdyds + ffds^2)}$ [pag. 1039.] $= aadx : \sqrt{(2aads^2 - 2aadyds)} =$ [quia $aady = aads - ds\int pdx$, ac conſequenter $aadx = ds\sqrt{(2aa\int pdx - (\int pdx)^2)}$] $= ds\sqrt{(2aa\int pdx - (\int pdx)^2)} : \sqrt{(2aads^2 - 2aads^2 + 2ds^2\int pdx)} = \sqrt{(2aa\int pdx - (\int pdx)^2)} : \sqrt{2\int pdx} = \sqrt{(aa - \frac{1}{2}\int pdx)}$.

Vel quoniam $aadx = ds\int pdy$, & conſequenter $aady = ds\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)}$, erit m vel $n =$ [$aadx : \sqrt{(2aads^2 - 2aadyds)} =$] $ds\int pdy : \sqrt{(2aads^2 - 2ds^2\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)})} = \int pdy : \sqrt{(2aa - 2\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)})} = \int pdy : (\sqrt{(aa + \int pdy)} - \sqrt{(aa - \int pdy)})$.

Iiſdem poſitis $aq = a\sqrt{(aads^2 - 2afdyds + ffds^2)} : ds = a\sqrt{(2aads^2 - 2aadyds)} : ds =$ [ſcribendo $aads - ds\int pdx$ pro $aady$] $a\sqrt{(2aads^2 - 2aads^2}$

No. CIII. m vel $n = \sqrt{(aa - \frac{1}{2}\int pdx)} = \int pdy : (\sqrt{(aa + \int pdy)} - \sqrt{(aa - \int pdy)})$
$aq = a\sqrt{2\int pdx} = a\sqrt{(aa + \int pdy)} - a\sqrt{(aa - \int pdy)}$
$u = \sqrt{\frac{1}{2}\int pdx} = \frac{1}{2}\sqrt{(aa + \int pdy)} - \frac{1}{2}\sqrt{(aa - \int pdy)}$
$GL = aax : \int pdx = aax : (aa - \sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)})$.
Firmitas fili in B $= aa$

II. Si $r = ady : ds$, erit (*) posito nempe $\int pdy = \int (aadt : \sqrt{(aa + tt)})$]

$m =$

$- 2aads^2 + 2ds^2\int pdx) : ds = a\sqrt{(2\int pdx)}$, vel, scribendo $ds\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)}$ pro $aady$, $aq = a\sqrt{(2aa - 2\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)})} = a\sqrt{(aa + \int pdy)} - a\sqrt{(aa - \int pdy)}$.

Sed u, propter $f = a$, & $r = a$, ideoque $\sqrt{(aa - rr)} = 0$, reducitur ad $(- aady + aads) : \sqrt{(2a^2ds^2 - 2aadyds)} = \sqrt{(aads - aady)} : \sqrt{2ds}$, vel pro $aady$ scribendo $aads - ds\int pdx$, ad $\sqrt{\frac{1}{2}\int pdx}$; aut pro $aady$ scribendo $ds\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)}$, ad $\sqrt{(\frac{1}{2}aa - \frac{1}{2}\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)})} = \frac{1}{2}\sqrt{(aa + \int pdy)} - \frac{1}{2}\sqrt{(aa - \int pdy)}$.

Et GL, quod est $= aaxds : (- aady + aads)$; fiet, [si scribas $aads - ds\int pdx$ pro $aady$] $= aax : \int pdx$, vel [si scribas $ds\sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)}$ pro $aady$] $= aax : (aa - \sqrt{(a^4 - (\int pdy)^2)})$.

$+ aads^4 : dy^2) = \frac{ads}{dy}\sqrt{(ds^2 - dy^2)} = adsdx : dy$.

Quo posito, $m = [aadx : \sqrt{(aads^2}$ &c.] $= aadx : (adsdx : dy) = ady : ds$. Sed [pag. 1044. lin. 12.] habebatur $aads : dy = aa + \int pdx$. Ergo $m = a^3 : (aa + \int pdx) = aa : \sqrt{(aa + tt)}$ quoniam $a\sqrt{(aa + tt)} = aa + \int ptdy : a = aa + \int pdx$.

Verum $n = [afdx : \sqrt{(aads^2}$ &c.)] $= \frac{aadsdx : dy}{adsdx : dy} = a$.

Sed $aq = [a\sqrt{(aads^2}$ &c.): ds] $= \frac{aadsdx : dy}{ds} = \frac{aadx}{dy} = \sqrt{(2a\int pdx + (\int pdx)^2)} = [$quia $dx : dy = t : a]$ at.

Est autem $u = - ardy + frds - adx\sqrt{(aa - rr)}$ divisum per $\sqrt{(aads^2}$ &c.). Sed $- ardy = - aady^2 : ds$, & $frds = aads$ & $- adx\sqrt{(aa - rr)} = - aadx^2 : ds$. Horum summa est $aa(ds - (dy^2 + dx^2) : ds) = aa(ds - ds) = 0$. Igitur $u = 0$.

Atqui $GL = aaxds : (- ardy + frds - adx\sqrt{(aa - rr)}) = aaxds : 0 = \infty$.

Firmitas autem fili in B, quae est prz:

(*) Ubi $r = ady : ds$, evanescit terminus ultimus Æq. I. $prz = a^3ds : dy - \frac{ds}{dy}\int (prdx - pdq\sqrt{(aa - rr)})$. Vid. Not. k, pag. 1044. atque ideo fit $aaf = prz = a^3ds : dy$. Ergo $f = ads : dy$. Igitur $\sqrt{(aads^2 - 2afdyds + ffds^2)} = \sqrt{(aads^2 - 2aads^2}$

No. CIII.

$m = a^3 : (aa + \int p\,dx) = aa : \sqrt{(aa + tt)}$.
$n = a \qquad = a$
$aq = \sqrt{(2aa\int pdx + (\int pdx)^2)} = at$
$u = 0 \qquad = 0$
$GL = \infty \qquad = \infty$

Firmitas fili in B $= aa + \int pdx = a\sqrt{(aa + tt)}$

III. Si p & r dantur per s (°), erit [posito videlicet $f = a + \int pds\sqrt{(aa - rr)} : aa$ & $dt : \sqrt{(aa - tt)} = prds : aaf = ds : z$]

$m = at : \sqrt{(aa - 2f\sqrt{(aa - tt)} + ff)}$
$n = ft : \sqrt{(aa - 2f\sqrt{(aa - tt)} + ff)}$
$aq = \sqrt{(aa - 2f\sqrt{(aa - tt)} + ff)}$
$u = (fr - r\sqrt{(aa - tt)} - t\sqrt{(aa - rr)}) : \sqrt{(aa - 2f\sqrt{(aa - tt)} + ff)}$
$GL = aax : (fr - r\sqrt{(aa - tt)} - t\sqrt{(aa - rr)})$

NB. Si linteum sit inæqualis latitudinis BC [*Fig.* 10], ita quidem ut BC ad longitudinem AB relationem datam habeat quamcunque; ejus a vento inflati curvatura AG sic invenitur. Quia potentia P tendens filum in puncto G componitur ex ratione simplici latitudinis fili BC, seu g, & duplicata elementi dy, erit $p = gdy^2 : ds^2$ (p), unde $pz = gzdy^2 : ds^2 = aa$ (q); $gds^3dy^2 : dyddxds^2 = aa$ (r); $gdsdy = aaddx$, $dy\int gds = aadx$, $dy^2(\int gds)^2 = a^4dx^2$. Ergo $(a^4 + (\int gds)^2)\,dy^2 = a^4ds^2$, unde $dy = aads : \sqrt{(a^4 + (\int gds)^2)}$, & $dx = ds\int gds : \sqrt{(a^4 + (\int gds)^2)}$. Ponatur $hh = \sqrt{(a^4 + (\int gds)^2)}$, & invenietur (s) m vel $n = a^3\int gds : h\sqrt{(2hh - 2aa)}$,

$prz : a = af = aads : dy = aa + \int pdx = a\sqrt{(aa + tt)}$.

(°) In æquationibus pag. 1039., pro dy scribe $ds\sqrt{(aa - tt)} : a$, & pro dx, scribe $tds : a$ [Vide pag. 1045. lin. 10 & 11.] & habebis æquationes quas hic affert Noster.

(p) Per Notam e, N[1]. XLVIII, pag. 445.

(q) Quia $r = a$. Vid. pag. 1043. lin. 2.

(r) Positis nempe dy constantibus, est $z = ds^3 : dyddx$.

(s) Propter $r = a$ est etiam $f = a$ [Not. m]. Igitur m vel $n = aadx : \sqrt{(2aads^2 - 2aadyds)} =$ [scri-

No. CIII. $-2aa)$, $aq = aa\sqrt{(2bb - 2aa)} : b$, $u = \sqrt{(\frac{1}{2}bb - \frac{1}{2}aa)} : b$; & $GL = bbx : (bb - aa)$.

Notandum hic occurrit $\int(dy : \int gds) = Max.$, & $\int(dx\int gds) = Max.$ (t) Et quia firmitas lintei in G secundum totam latitudinem ~~AD~~ BC accepti est æqualis firmitati ejus in A secundum latitudinem AD; sequitur unius fili firmitatem in G, ad unius fili firmitatem in A esse reciproce ut AD ad BC.

[scribendo $ds\int gds : bb$ pro dx, & $aads : bb$ pro dy] $= a^4 ds\int gds : bb \sqrt{(2aads^2 - 2a^4ds^2 : bb)} = a^3\int gds : b\sqrt{(2bb - 2aa)}$. Et $aq = a\sqrt{(2aads^2 - 2a^4ds^2 : bb)} : ds = aa\sqrt{(2bb - 2aa)} : b$. Sed $u = (-ardy + frds - adx\sqrt{(aa - rr)} : \sqrt{(2aads^2 - 2a^4ds^2 : bb)} = (-a^4ds : bb + aads - 0) : \sqrt{(2aads^2 - 2a^4ds^2 : bb)} = a\sqrt{(\frac{1}{2}bb - \frac{1}{2}aa)} : b$. Atque $GL = aaxds : (-ardy + frds - adx\sqrt{(aa - rr)}) = aaxds : (-a^4ds : bb + aads) = bbx : (bb - aa)$.

(t) Per N^i. XCIII Tabellam, lin. 17. curva cujus æquatio est $dy = qdt : \sqrt{(aa + qq)}$, Maximum habet $\int qdy$, quod N°. XCVI, Probl. II. demonstratur. Interpretemur dt per ds, & q per $\int a^3 : \int gds$, & curvæ, quæ maximum præbet $\int(a^3dy : \int gds)$ vel $\int(dy : \int gds)$, æquatio est $dy = \dfrac{a^3ds : \int gds}{\sqrt{(aa + a^6 : (\int gds)^2)}} = \dfrac{aads}{\sqrt{(a^4 + (\int gds)^2)}}$, qualis est curva lintei hic exhibita. Interpretemur rursus dy per dx, dt per ds, & q per $\int gds : a$; & curvæ, quæ Maximum habet $\int(dx\int gds : a)$ vel $\int(dx\int gds)$, æquatio est $dx = \dfrac{ds\int gds : a}{\sqrt{(aa + (\int gds)^2 : aa)}} = \dfrac{ds\int gds}{\sqrt{(a^4 + (\int gds)^2)}}$, qualis etiam hic occurrit.



ARTI-

ARTICUL. XII.

No. CIII.

Æquationem $dy = ayx^m dx + by^r x^v dx$ *construere, saltem per quadraturas*; hoc est, *separare in illa litteras indeterminatas cum suis differentialibus a se invicem.* (ᵃ)

LEMMA.

Posito ls significare logarithmum quantitatis s; & Ncx^p quantitatis cx^p, spectatæ instar logarithmi, numerum, erit diff. $Ncx^p = cpx^{p-1} Ncx^p . dx$.

Nam sit $s = Ncx^p$, erit $ls = cx^p$, & $dls = [ds : s =] . cpx^{p-1} dx$, & $ds = [dNcx^p =] cpx^{p-1} sdx = cpx^{p-1} . Ncx^p . dx$.

ANALYSIS.

Sit jam $y = t . Ncx^p$, unde $dy = Ncx^p . dt + t d Ncx^p = Ncx^p dt + cptx^{p-1} . Ncx^p . dx = by^r x^v dx + ayx^m dx = bt^r x^v (Ncx^p)^r dx + atx^m . Ncx^p . dx$. Ponantur membra postrema $cptx^{p-1} . Ncx^p . dx$, & $atx^m . Ncx^p . dx$ se destruere, ut fiat $p = m + 1$, & $c = a : p = a : (m + 1)$, & reliqua adæquentur sibi invicem, erit $Ncx^p . dt = bt^r x^v . (Ncx^p)^r dx$; hoc est, $dt : t^r = bx^v . (Ncx^p)^{r-1} . dx = bx^v . N(c . (r-1) x^p) dx = bx^v . N(\frac{a(r-1)}{m+1} x^{m+1}) dx$; & integrando $\pm g - 1 : (r-1) t^{r-1} = \int (bx^v . N(\frac{a(r-1)}{m+1} x^{m+1}) dx)$, seu $\pm (r-1) gt^{r-1} - 1 = (r-1) t^{r-1} \int (bx^v$ &c.$)$, seu $(r-1) t^{r-1} \times (g - \int (bx^v$ &c.$)) = 1$, seu $t^{r-1} = 1 : (r-1) \times (g - \int (bx^v$ &c.$))$, seu

(ᵃ) Conf. Nⁱ. LXXII, pag. 731, & LXXVII, pag. 782.

No. CIII. seu denique $t = 1 : \sqrt[r-1]{((r-1) \times (g - \int(bx^v . N(\frac{a(r-1)}{m+1} x^{m+1})}$ $dx))$; adeoque $y = t \times N(\frac{a}{m+1} x^{m+1}) = N(\frac{a}{m+1} x^{m+1}) :$ $\sqrt[r-1]{(r-1) \times (g - \int(bx^v . N(\frac{a(r-1)}{m+1} x^{m+1}) dx))}$.

ALITER.

Si m *&* r $= 0$, *hoc est*, *si* $ady = ydx + bx^u dx$, *&* u *numerus integer.*

Fiat $y + bx^u = t$, seu $y = t - bx^u$, erit $ady = adt - abux^{u-1}dx = tdx$
hoc est, $adt = tdx + abux^{u-1}dx$

Fiat $t + abux^{u-1} = s$ - - - - erit $adt = ads - aabu(u-1)x^{u-2}dx = sdx$
hoc est, $ads = sdx + aabu(u-1)x^{u-2}dx$

Fiat $s + a^2bu(u-1)x^{u-2} = z$ - - erit
$ads = adz - a^3bu(u-1)(u-2)x^{u-3}dx = zdx$
hoc est, $adz = zdx + a^3bu(u-1)(u-2)x^{u-3}dx$

Fiat $z + a^3bu(u-1)(u-2)x^{u-3} = p$ - - erit
$adz = adp - a^4bu(u-1)(u-2)(u-3)x^{u-4}dx = pdx$
hoc est, $adp = pdx + a^4bu(u-1)(u-2)(u-3)x^{u-4}dx$

hoc est, si ponamus $u = 4$, $adp = pdx + 4.3.2.1.a^4bdx$, seu $dx = adp : (p + 4.3.2.1.a^4b)$.

Sed $p = z + a^3bu(u-1)(u-2)x^{u-3} = s + a^2bu(u-1)x^{u-2} + a^3bu(u-1)(u-2)x^{u-3} = t + abux^{u-1} + a^2bu(u-1)x^{u-2} + a^3bu(u-1)(u-2)x^{u-3} = y + bx^u + abux^{u-1} + a^2bu(u-1)x^{u-2} + a^3bu(u-1)(u-2)x^{u-3}$, adeoque $y = p - bx^u - abux^{u-1} - a^2bu(u-1)x^{u-2} - a^3bu(u-1)(u-2)x^{u-3}$, &c. . . , $- a^{u-1}bu(u-1)(u-2) \ldots 2.x$;

& ita

& ita si $n = 4$, erit $y = p - bx^4 - 4abx^3 - 3.4a^2bx^2$ No. CIII. $- 2.3.4a^3bx$. (b).

Aliter.

Sit $y = p - ex - fx^2 - gx^3 - hx^4$, &c. erit $[ady =]\ adp - aedx - 2afxdx - 3agxxdx - 4ahx^3dx$ &c. $= pdx - exdx - fx^2dx - gx^3dx - hx^4dx$, &c. $+ bx^ndx = [ydx + bx^ndx]$. Ponantur ita

$$ady = adp - aedx - 2afxdx - 3agx^2dx - 4ahx^3dx \text{ \&c.}$$
$$- ydx = \ldots - pdx + exdx + fx^2dx + gx^3dx + hx^4dx \text{ \&c.}$$
$$- bx^ndx = \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots - bx_ndx$$

Positoque $n = 4$, collatisque terminis similibus, $h = b$; $g = 4ah = 4ab$; $f = 3ag = 3.4a^2b$; $e = 2af = 2.3.4a^3b$; unde erit $adp = pdx + aedx$, seu $dx = adp : (p + ae)$; atque $y = p - 2.3.4a^3bx - 3.4a^2bx^2 - 4abx^3 - bx^4$.

Nota 1°. Etiamsi nec m, nec r sit $= 0$, potest nihilominus æquatio ad hanc formulam $ady = ydx + bx^ndx$ reduci (c), adeoque per posteriorem modum resolvi, hoc modo. Pone $x^{m+1} = t$, fiet $x^mdx = dt : (1+m)$, & $x^ndx = \frac{1}{1+m}t^{(n-m):(m+1)}dt$.

Pone iterum $y = z^{1:(1-r)}$, & invenies $dz = \frac{a(1-r)}{1+m}zdt + \frac{b(1-r)}{1+m}t^{(n-m):(m+1)}dt$, quæ ejusdem est formulæ cum $ady = ydx + bx^ndx$; quare si $(n-m):(m+1)$ numerus est integer, &c.

2°. Omnis æquatio similis huic $ady = y^qdx + y^rx^ndx$ potest reduci ad hanc formulam $ady = yydx + y^rx^ndx$. Sit enim $y = z^h$, erit $dy = hz^{h-1}dz$, & $y^q = z^{hq}$, & $y^r = z^{hr}$; adeoque $ahz^{h-1}dz = z^{hq}dx + z^{hr}x^ndx$, seu $adz = \frac{1}{h}z^{hq-h+1}dx$

(b) Atque hinc fluit constructio Nr. LXXII, pag. 734.
(c) Vide Nr. LXXII Notam a, pag. 732.

No. CIII. $+\frac{1}{b} z^{br-b+1} x^n dx$; positoque $bq - b + 1 = 2$, ut sit $b = 1:(q-1)$, fiet $adz:(q-1) = zzdx + z^{(r+q-2):(q-1)} x^n dx$. Quare si in hac ultima separari possunt indeterminatæ, poterunt etiam separari in proposita ([d]).

3°. Problema ita potest proponi aliter [*Fig.* 11]. Data quavis curva AB [Ab], seu geometrica, seu mechanica, seu libera tantum manu formata [non tamen linea recta, ut Beaunius supponit in Problemate quod Cartesio proposuit] invenire lineam CD, cujus applicata DE ad subtangentem eam habeat rationem quam habet constans quædam ad DB vel Db. ([e])

4°. Si sit $dy = adx + ydx:x + byydx:xx + cy^3dx:x^3 + ey^4dx:x^4$ &c. Posito $y = xz$, erit $xdz + zdx = adx + zdx + bxzzdx + cz^3dx + ez^4dx$ &c. hoc est $dz = adx:x + bzzdx:x + cz^3dx:x + ez^4dx:x$ &c., hoc est $dz:(a + bzz + cz^3 + ez^4$ &c.$) = dx:x$ ([f]).

Pro-

([d]) Vide pag. seq. tentamen solutionis æquationis $dy = yydx + x^n dx$, quæ istius $dy = yydx + y^r x^n dx$ casus est. Non potuit autem æquatio $ady = y^q dx + y^r x^n dx$ reduci ad præcedentem $ady = ydx + by^r x^n dx$. Poni enim debuisset $bq - b + 1 = 1$, id quod dedisset $b = 0$, & $y = z^b = 1$.

([e]) Vide Num. LXXII, pag. 731, 732.

([f]) Sit $a + bzz + cz^3 + ez^4 +$ &c. $= (\alpha+z).(\beta+z).(\gamma+z).(\varepsilon+z)$ &c., & $dx:x = dz:(a + bzz + cz^3 + ez^4 +$ &c.$)$ reduci poterit ad $dx:x = Adz:(\alpha+z) + Bdz:(\beta+z) + Cdz:(\gamma+z) + Edz:(\varepsilon+z) +$ &c. atque integrando, $la^n + lx = Al(\alpha+z) + Bl(\beta+z) + Cl(\gamma+z) + El(\varepsilon+z)$ &c. aut $a^n x = (\alpha+z)^A.(\beta+z)^B.(\gamma+z)^C.(\varepsilon+z)^E.$ &c. Exponentium A, B, C, E, determinatio non est difficilis. Sit enim

$$\frac{1}{(\alpha+z).(\beta+z).(\gamma+z).(\varepsilon+z)\,\&c.} = \frac{A}{\alpha+z} + \frac{B}{\beta+z} + \frac{C}{\gamma+z} + \frac{E}{\varepsilon+z} + \&c.,$$

& multiplicando per $\alpha + z$, erit...

$$\frac{1}{(\beta+z).(\gamma+z).(\varepsilon+z)\,\&c.} = A + B\frac{\alpha+z}{\beta+z} + C\frac{\alpha+z}{\gamma+z} + E\frac{\alpha+z}{\varepsilon+z} + \&c.$$

Finge nunc $z = -\alpha$, ut sit $\alpha + z = 0$ erit;

Propositio principalis aliter.

$dy = ydx + bx^n dx$. Pone $y = pq$, erit $dy = pdq + qdp = pqdx + bx^n dx$. Pone $pdq = pqdx$, unde $dq : q = dx$, & $lq = x$, & $q = Nx$; unde $Nxdp = qdp = bx^n dx$; adeoque $dp = bx^n dx : Nx$, & $p = \int (bx^n dx : Nx)$, & $y = pq = Nx \int (bx^n dx : Nx)$ (g).

Tentamen resolutionis Æquationis

$$dy = yydx + x^n dx$$

Fiat $y = pq$, erit $dy = pdq + qdp = p^2 q^2 dx + x^n dx$. Pone $pdq = p^2 q^2 dx$, erit $dq : q^2 = pdx$, & $-1 : q = \int pdx$; $q = -1 : \int pdx$; ac $-dp : \int pdx = x^n dx$. Pone $z = \int pdx$; $dz = pdx$; $dz : dx = p$; $ddz : dx = dp$; $-ddz : zdx = -dp : \int pdx = x^n dx$; $-ddz : z = x^n dx^2$. Si generaliter $z^r ddz = x^n dx^2$, fiat hoc modo, $z = ax^m$; $dz = amx^{m-1} dx$; $ddz = (amm - am) x^{m-2} dx^2$; $a^r (amm - am) x^{rm+m-2} dx^2 = z^r ddz = x^n dx^2$. Ergo $n = rm + m - 2$, $m = (n+2) : (r+1)$; $a^{r+1} (mm - m) = 1$, &c. (h). Si sit generaliter $z^r dz^s ddz = x^n dx^3$, erit $a^{r+s+1} (m^{s+2} - m^{s+1}) x^{rm+sm+m-s-2} dx^3 = x^n dx^3$.

Posito $z = Nx$, erit $ddz : z = dx^2$.

 Aliter.

eritque $\left[\frac{1}{(\beta+z).(\gamma+z).(\delta+z)\&c.} =\right] \frac{1}{(\beta-\alpha).(\gamma-\alpha).(\delta-\alpha)\&c.} = A$. Et pariter, multiplicando primam æquationem per $\beta+z$, & fingendo $z = -\beta$, invenies $\frac{1}{(\alpha-\beta).(\gamma-\beta).(\delta-\beta)\&c.} = B$, &c. Vide quæ de hoc argumento scripsere Viri Cl. LEIBNITIUS, *Joh.* BERNOULLIUS, in *Act. Erud.* 1702, p. 210, & 1703, pag. 19. seq. atque MOIVREUS in *Miscell. Analyt.* Lib. II.

(g) Vid. N°. LXXII, pag. 733, Nota b.

(h) Sed in casu proposito, ubi $z^r dz = dz : z = z^{-1} dz$, est $r = -1$; adeoque $r + 1 = 0$ & $m = (n+2) : (r+1) = \infty$. Methodus itaque non succedit.

No. CIII.

Aliter.

Pone $y = -1 : lz$, erit $[dy =] dz : z(lz)^2 = dx : (lz)^2 + x^n dx = [yydx + x^n dx]$; hoc est, $dz = zdx + z(lz)^2 x^n dx$ (i).

Aliter.

Pone iterum $dz : z = dt$ (k), erit $dt = dx + ttx^n dx$.

In æquatione $dy = yydx + xxdx$, vel $-ddz : z = xxdx^2$; si ponatur $z = 1 - ax^4 + bx^8 - cx^{12} + ex^{16} - fx^{20}$ &c. invenitur $y = -dz : zdx = (+\frac{x^3}{3} - \frac{x^7}{3.4.7} + \frac{x^{11}}{3.4.7.8.11} - \frac{x^{15}}{3.4.7.8.11.12.15} + \frac{x^{19}}{3.4.7.8.11.12.15.16.19}$ &c.$) : (+1 - \frac{x^4}{3.4} + \frac{x^8}{3.4.7.8} - \frac{x^{12}}{3.4.7.8.11.12} + \frac{x^{16}}{3.4.7.8.11.12.15.16}$ &c.), seu $y = \frac{x^3}{3} + \frac{x^7}{3^2.7} + \frac{2x^{11}}{3^3.7.11} + \frac{13x^{15}}{3^4.5.7.7.11}$ &c. (l)

(i) Sed quo ducat hæc transmutatio, non video.

(k) Vel $y = -1 : t$, & $yy = 1 : tt$; ac $dy = dt : tt$. His enim substitutis, abit æquatio $dy = yydx + x^n dx$, in hanc $dt = dx + ttx^n dx$.

(l) Semper facile est valorem ipsius y invenire per Seriem infinitam; & hunc in finem plures dederunt methodos Analystæ. V.gr. quoniam æquationis $dy = xxdx$ integrale esset $y = \frac{1}{3}x^3$, pone $y = \frac{1}{3}x^3 + p$, & $dy = xxdx + dp$, atque $yy = \frac{1}{9}x^6 + \frac{2}{3}px^3 + pp$; quibus substitutis, æquatio $dy = yydx + xxdx$ mutatur in $dp = \frac{1}{9}x^6 dx + \frac{2}{3}px^3 dx + ppdx$. Pone $p = \frac{1}{3^2.7}x^7 + q$, & substitutione facta habebis $dq = \frac{2}{3^3.7}x^{10}dx + \frac{1}{3^4.7^2}x^{14}dx + \frac{2}{3}qx^3 dx + \frac{2}{3^2.7}qx^7 dx + qqdx$. Pone itaque $q = \frac{2}{3^3.7.11}x^{11} + r$ &c. Igitur $y = \frac{1}{3}xx + \frac{1}{3^2.7}x^7 + \frac{2}{3^3.7.11}x^{11}$ &c.

Ast quæritur æquationis Solutio in terminis finitis. Eandem, multo post fata Auctoris, proposuit Cel. Com. RICCATUS, in *Act. Lips. supp.* Tom. VIII, pag. 72, quærens a Geometris quomodo in æq. $x^m dq = du + uudx : q$, dato ad libitum exponente

nente m; & facto $q = x^n$, determinandus sit valor exponentis n, ut succedat indeterminatarum separatio & æquationis constructio per quadraturas. Cui responsum protinus dedit Cel. *Dan.* BERNOULLI, *Act. Erud.* 1725, pag. 473. Idem quoque, monente fratre *Nicolao*, animadvertit non separabiles solum, sed & integrabiles aut saltem ad circuli vel hyperbolæ quadraturam esse reducibiles æquationes, in casibus omnibus in quibus separabiles sunt indeterminatæ; id quod feliciter quoque effectum est a Cel. GOLDBATCH. Vid. *Act. Acad. Petrop.* Tom. I. pag. 185, 198. Horum inventa huc redeunt.

1. Sit æquatio proposita $az^m dz - byyz^{n-1}dz = dy$, quæ, faciendo $y = x : b$, & $ab = cc$, mutabitur in $ccz^m dz - xxz^{n-1}dz = dx$. Pone $x = cc : u$, & ea convertetur in hanc $ccz^{n-1}dz - uuz^m dz = du$, quæ cum priori similis omnino sit, nisi quod m & $n-1$ transponuntur, concluditur quod, si aliqua relatio inter m & $n-1$ locum det separationi indeterminatarum, relatio quæ nascitur scribendo m pro $n-1$ & $n-1$ pro m, eidem separationi locum dabit.

2. Pone rursus $x = Pz^p + ccz^q : t$, seu $xx = PPz^{2p} + 2Pccz^{p+q} : t + c^4z^{2q} : tt$, & $dx = Ppz^{p-1}dz + ccqz^{q-1}dz : t - ccz^q dt : tt$, factaque substitutione habebis $ccz^m dz - PPz^{2p+n-1}dz - 2Pccz^{p+q+n-1}dz : t - c^4z^{2q+n-1}dz : tt = Ppz^{p-1}dz + ccqz^{q-1}dz : t - ccz^q dt : tt$. Sit $-PPz^{2p+n-1}dz = Ppz^{p-1}dz$, & $-2Pccz^{p+q+n-1}dz : t = ccqz^{q-1}dz : t$, & invenies $p = -n$, $P = n$, & $q = -2n$. Unde, si ponas $x = nz^{-n} + ccz^{-2n} : t$, æquatio proposita mutabitur in $ccz^m dz - c^4z^{-3n-1}dz : tt = -ccz^{-2n}dt : tt$, aut, dividendo per $-ccz^{-2n} : tt$, in $ccz^{-n-1}dz - ttz^{m+2n}dz = dt$, vel, faciendo $\mu = -n-1$, & $\nu = m+2n+1$, in $ccz^\mu dz - ttz^{\nu-1}dz = dt$, quæ propositæ est similis. No. CIII.

3. Quoniam igitur proposita reducibilis est, quando $m = n-1$, erit quoque reducibilis si $\mu = \nu - 1$, hoc est si $-n-1 = m+2n$, aut si $m = -3n-1$.

Ergo etiam si $\mu = -3\nu - 1$, hoc est si $-n-1 = -3(m+2n+1) - 1$, aut si $m = -\frac{5}{3}n - 1$.

Et pariter, si $\mu = -\frac{5}{3}\nu - 1$, hoc est, si $-n-1 = -\frac{5}{3}(m+2n+1) - 1$, aut si $m = -\frac{7}{5}n - 1$. &c.

Generatim si $m = -(p+2)n : p - 1$, posito p numero impari quocunque.

4. Et per §. 1, transponendo m & $n-1$, reducibilis etiam est æquatio, quando $n-1 = -(p+2).(m+1) : p - 1$, hoc est, quando $m = -pn : (p+2) - 1$.

No. CIII. 5. Reductio autem ita peragitur. Sit $ccz^{-(p+2)n:p-1}dz - xxz^{n-1}dz = dx$. Pone $x = nz^{-n} + ccz^{-2n} : t$, & aequatio reducetur ad $ccz^{-pn:p-1}dz - ttz^{(p-2)n:p-1}dz = dt$.

Pone igitur $t = \frac{p-2}{p}nz^{-(p-2)n:p} + ccz^{-2(p-2)n:p} : s$, & habebis $ccz^{-(p-2)n:p-1}dz - ssz^{(p-4)n:p-1}dz = ds$.

Pone rursus $s = \frac{p-4}{p}nz^{-(p-4)n:p} + ccz^{-2(p-4)n:p} : r$, habebisque $ccz^{-(p-4)n:p-1}dz - rrz^{(p-6)n:p-1}dz = dx$, & perge eodem modo, donec uterque exponens primi ac secundi termini fiat $-n:p-1$, [huc tandem deventurum est manifestum, quia p impar;] eritque aequatio ultima $ccz^{-n:p-1}dz - iiz^{-n:p-1}dz = di$. In qua, si cc positiva sit quantitas, poni potest primo i constans, atque $di = 0$, quo fit $cc - ii = 0$, vel $i = c$. Deinde erit $z^{-n:p-1}dz = di:(cc - ii)$, seu $-\frac{p}{n}z^{-n:p} = \int\frac{di}{cc-ii} = \frac{2}{c^3} \times$ sectorem hyperbolae, cujus uterque semi-axis est c, tangens i. Igitur i vel est constans $= c$, vel est tangens sectoris aequal. $\frac{pc^3}{2n}z^{-n:p}$ sumti in hyperbola aequilatera cujus semi-axis c.

At si cc negativa sit quantitas, i non potest poni constans, esset enim $= \sqrt{-c}$, hoc est, imaginaria: sed aequatio reducitur ad $z^{-n:p-1}dz = -di:(cc+ii)$, seu $-\frac{p}{n}z^{-n:p} = -\int\frac{di}{cc+ii} = -\frac{2}{c^3} \times$ sectorem circuli cujus radius c, tangens i. Est igitur i tangens sectoris $\frac{pc^3}{2n}z^{-n:p}$ sumpti in circulo cujus radius est c.

Ergo qualiscunque sit c, erit i vel constans & $= c$, vel data in z per quadraturam circuli vel hyperbolae.

Sed $x = nz^{-n} + ccz^{-2n} : t$

& $t = \frac{p-2}{p}z^{-(p-2)n:p} + ccz^{-2(p-2)n:p} : s$

& $s = \frac{p-4}{p}nz^{-(p-4)n:p} + ccz^{-2(p-4)n:p} : r$

&c.

& $k = \frac{1}{p}nz^{-1n:p} + ccz^{-2n:p} : i$

Igitur $x = nz^{-n} + ccz^{-2n} : (\frac{p-2}{p}nz^{-(p-2)n:p} + ccz^{-2(p-2)n:p} : (\frac{p-4}{p}nz^{-(p-4)n:p} + ccz^{-2(p-4)n:p} : (\frac{p-6}{p}nz^{-(p-6)n:p} + cc$ &c. . . . . $+ \frac{1n}{p}z^{-n:p} + ccz^{-2n:p} : i))))$

Quae fractio composita ad simplicem facile reducitur.

Exem-

No. CIII.

Exemplum. Sit $ccz^{-\frac{5}{7}n-1}dz - xxz^{n-1}dz = dx$, ubi $p = 5$; erit $x =$

$$nz^{-n} + \cfrac{ccz^{-2n}}{\frac{3}{5}nz^{-\frac{3}{5}n} + \cfrac{ccz^{-\frac{6}{5}n}}{\frac{1}{5}nz^{-\frac{1}{5}n} + \cfrac{ccz^{-\frac{2}{5}n}}{i}}}$$

$= nz^{-n} + (\frac{3}{5}nrz^{-\frac{11}{5}n} + ccz^{-\frac{12}{5}n})cc : (\frac{3}{25}nnrz^{-\frac{4}{5}n} + \frac{3}{5}nccz^{-n} + ccrz^{-\frac{6}{5}n})$.

6. Quod si autem æquatio proposita sit $ccz^{-pn:(p+2)-1}dz - xxz^{n-1}dz = dx$, ponatur statim $x = cc : y$, ut fiat $ccz^{n-1}dz - yyz^{-pn:(p+2)-1}dz = dy$, seu, [faciendo $-pn : (p+2) = m$] $ccz^{-(p+2)m:p-1}dz - yyz^{m-1}dz = dy$, quo ipso ad priorem formam reducta est; & erit $x = cc : y = cc : (mz^{-m} + ccz^{-2m} : (\frac{p-2}{p}mz^{-(p-2)m:p}$ &c.)

7 Denique non omittendum Cel. Eulerum in *Actis Acad. Petrop.* Tom. VI, pag. 231, dedisse æquationis hujus constructionem universalem, singulari quadam & sibi propria methodo, sed nimium longa quam ut hic inseri possit.

ARTICUL. XIII.

De Celeritate & Declinatione [Dérive] *Navis.*

Sit [*Fig.* 13] AC, Navis cujus prora directa in D; AB, Navis cujus prora directa in M; AD, directio venti, quem Velum in utraque Nave excipiat ad angulos rectos; AF, cursus navis AB.

Esto Sinus totus, & simul celeritas venti $= AD = a$

Celeritas navis AC $= AE = y$, AL $= p$. Longit. navis $= g$

——— navis AB $= AF = z$, AM $= q = \surd(aa - pp)$ Latitudo — $= h$

Demissa ex F in AD perpendiculari FG, erit AG quantitas qua

No. CIII. qua navis AB se subducit vento; adeoque GD celeritas reliqua in navem efficax, uti $ED = a - y$, celeritas venti agens in navem AC.

LEMMA FUNDAMENTALE.

In maximis Navium celeritatibus, resistentiæ aquæ sunt ut vires quibus Naves impelluntur in eam partem e qua ipsis resistitur ([a]).

Resistentiæ autem componuntur ex lateribus Navium aquæ occurrentibus, & quadratis celeritatum Navium in illas partes ad quas resistuntur ([b]).

Vires vero, ex quadratis celeritatum venti in Naves agentium, & reciprocis sinubus angulorum venti & plagarum ad quas resistitur.

Jam cum celeritas Navis AB sit AF, erit celeritas illa qua tendit versus $L = AH$, atque illa qua tendit versus $M = AI$. Unde, per *Lemma* præcedens, erit [vocando quantitates ut supra dictum] $g : h + AH^2 : AI^2 = GD^2 : GD^2 + p : q$, id est, $gAH^2 : hAI^2 = p : q$, seu $AH\sqrt{g} : AI\sqrt{h} = \sqrt{p} : \sqrt{q}$, id est, $AH : AI = \sqrt{(p : g)} : \sqrt{(q : h)} = \sqrt{ph} : \sqrt{qg}$; adeoque si $p : q = h : g$, erit $AH : AI = p : q$. Unde constat, si DA in directum ipsi BA diagonali Navis, hoc est, si $AM : MD =$ long. Navis : latitud. Navis, lineam AF coincidere cum ipsa AD.

Porro, cum inventum sit $AH : AI = \sqrt{ph} : \sqrt{qg}$, erit $AH^2 : AI^2 = ph : qg$ & $AF^2\,[AH^2 + AI^2] : AH^2 = ph + qg : ph$, & $AF\,[z] : AH = \sqrt{(ph + qg)} : \sqrt{ph}$; unde $AH = z\sqrt{ph} : \sqrt{(ph + qg)}$. Pariter $AF^2 : AI^2 = ph + qg : gq$ & $AF\,[z] : AI = \sqrt{(ph + qg)} : \sqrt{qg}$; unde $AI = z\sqrt{qg} : \sqrt{(ph + qg)}$.

Sed

(a) Sunt enim, in casu velocitatum maximarum, resistentiæ æquales viribus impellentibus. Nam si vis superaret resistentiam, augeretur navis celeritas, atque ideo non esset maxima, contra hypothesim.

(b) Sequitur ex principiis Mechanicis. Vid. Num. LXVI, pag. 659. & N°. LVI, Nota u, pag. 562.

Sed AF $[z]$: AH $[z\sqrt{ph}:\sqrt{(ph+qg)}]$ = Sinus totus $[a]$: Sinum ang. FAI $[a\sqrt{ph}:\sqrt{(ph+qg)}]$. Hinc, quia Sinus anguli DAM $=p$ quoque datur, dabitur quoque Sinus complementi anguli residui FAD, quippe qui æquatur summæ rectanguli sub sinibus rectis angulor. DAM, FAI, & rectanguli sub sinibus complementorum eorundem divisæ per radium (c). Invenietur ergo Sinus complementi ang. FAD $=(p\sqrt{ph}+q\sqrt{qg}):\sqrt{(ph+qg)}$. Unde Sinus totus $[a]$: Sinum compl. anguli FAD $[(p\sqrt{ph}+q\sqrt{qg}):\sqrt{(ph+qg)}]$ = AF $[z]$: AG $[(pz\sqrt{ph}+qz\sqrt{qg}):a\sqrt{(ph+qg)}]$, & GD $[AD - AG] = (aa\sqrt{(ph+qg)} - pz\sqrt{ph} - qz\sqrt{qg}):a\sqrt{(ph+qg)}$. Quare, per *Lemma* præmissum, Latit. Navis AC $[h]$: Latit. Navis AB $[h]$ + Quad. celerit. Navis AC $[yy]$: Quadr. celerit. Navis per AM $[qgzz:(ph+qg)]$ = ED² $[(a-y)^2]$: GD² $[(aa\sqrt{(ph+qg)} - pz\sqrt{ph} - qz\sqrt{qg})^2:(aaph+aaqg)]$ + AD $[a]$: AM $[q]$, hoc est $yy:\frac{qgzz}{ph+qg} = a(a-y)^2:\frac{q(aa\sqrt{(ph+qg)} - pz\sqrt{ph} - qz\sqrt{qg})^2}{aaph+aaqg}$. Unde
$yy:gzz = a^3(a-y)^2\ (aa\sqrt{(ph+qg)} - pz\sqrt{ph} - qz\sqrt{qg})^2$;
seu $y:z\sqrt{g} = (aa-ay)\sqrt{a}:aa\sqrt{(ph+qg)} - pz\sqrt{ph} - qz\sqrt{qg}$;
vel $y:z = (aa-ay)\sqrt{ag}:aa\sqrt{(ph+qg)} - pz\sqrt{ph} - qz\sqrt{qg}$;
unde $z = aay\sqrt{(ph+qg)}:((aa-ay)\sqrt{ag}+py\sqrt{ph}+qy\sqrt{qg})$.
Hinc $y:z = (aa-ay)\sqrt{ag}+py\sqrt{ph}+qy\sqrt{qg}:aa\sqrt{(ph+qg)}$.
Atqui, per antea demonstrata (d) $y = a\sqrt{m}:(\sqrt{r}+\sqrt{m})$; unde z erit $aa\sqrt{(phm+qgm)}:(a\sqrt{agr}+p\sqrt{phm}+g\sqrt{qgm})$. Jam in casu superiori $p:q = h:g$, reperitur $z = a\sqrt{m}:(\sqrt{ggr}:\sqrt{(gg+hh)}+\sqrt{m}) > a\sqrt{m}:(\sqrt{r}+\sqrt{m}) = y$. Unde Paradoxum fluit, quod tum Navis AB celeritas major sit per AF, quam ipsius AC per AD (e).

Imo etiam si $p:q = 2h:g$, vel $p:q < 2h:g$, erit $z > y$.

NB. Si $a = 1 = m$, $\sqrt{r} = 29$, $g = 10$, $h = 1$, erit proxime $z:y = 401:400$ (e).

(c) Vid. N°. LXVII, pag. 668.
(d) N°. LXVI, pag. 659, & infra Art. XVIII.
(e) Vid. N°. LXXII, pag. 738. Sed inito calculo reperio potius $z:y=$

No. CIII.

ADDITIO AD ART. *XIII.*

Aliter & evidentius res ita concipitur: Si Navis AB movetur per AF, tantumdem eſt, ac ſi quieſcentem Navem aqua oblique ſecundum rectam FA allueret; quo pacto ejus latera premit vi ex lateribus & quadratis Sinuum obliquitatis compoſita, ut antea.

THEOREMA GENERALE.

Sit Figura quæcunque ABC [*Fig.* 14], ad quam allidat oblique fluidum EB; quæratur BD directio media, per quam Figura poſt impulſum feratur: eritque hæc illa ſecundum quam conatu contrario impelli debet Figura, ſi motus ſit ſiſtendus. Igitur, reciproce, ſi Navis ABC impellatur à vento ſecundum rectam DB, reſiſtetur ei ſecundum BE, hoc eſt, ſecundum hanc feretur Navis.

E quo principio ſupputari poteſt via cujuſvis Figuræ in fluido oblique impulſæ. Ex. gr. ſi Navis habeat figuram trianguli iſoſcelis ABC [*Fig.* 15], cujus prora ſit A, & axis [*La quille*] AF, venti directio AH (*), navis via AG; ſunto AD, AE perpendiculares ipſis AB, AC, & GD, GE perpendiculares ipſis AD, AE, ſed HI, HL parallelæ ipſis AE, AD. Erit, per *Lemma*, $AD^2 : AE^2 = AI : AL =$ Sin. ang. HAL : Sin. ang. HAI; hoc eſt, erit Quadr. Sin. ang. AGD [compl. GAD]: Quadr. Sin.

$y = 201 : 200$, quam proxime. Nam $y = \frac{1}{29+1} = \frac{1}{30}$ & $z = \frac{1}{29\sqrt{(100:101)}+1} = \frac{1}{29\times(200:201)+1}$ quam prox. $= \frac{201}{6001}$. Igitur $z : y = 30\times 201 : 600 = 6031 : 6001 = 603 : 600$ quam prox. $= 201 : 200$. Diſcrimen non eſt magni momenti.

(*) Per directionem venti hic non intelligitur linea venti, ſed directio media vis motricis velum impellentis.

Sin. ang. AGE [compl. GAE] = Sin. ang. HAL : Sin. ang. HAI. Hinc si AH directio venti in directum est ipsi AI, erit via Navis AG in directum ipsi CA. No. CIII.

REGULA GENERALIS,

Pro declinatione Navium quarumvis figurarum.

Sit BAC [*Fig.* 16] Figura quaecunque, axis [*la quille*] AFI, aquae directio CE [$\epsilon\varkappa$] angulum cum axe constituens GFP [$\gamma\varphi\varpi$]; curvae in C [$\varkappa$] perpendiculares CM [$\varkappa\mu$]. Sunto autem AH = x, HC = y, AC = s, FP = a, GP = p, FG = $q = \surd(aa - pp)$. Erit GP [p] : FG [q] = CL [dy] : EL [$qdy:p$]; ED = $qdy:p + dx$, & $\epsilon\delta = qdy:p - dx$. CD vel $\varkappa\delta$ [ds] : ED vel $\epsilon\delta$ [$qdy:p \pm dx$] = Sin. ang. CED vel $\varkappa\epsilon\delta$ [p] : Sin. ang. ECD vel $\epsilon\varkappa\delta$ [$\frac{qdy \pm pdx}{ds}$]. Rursus, Quadr. Sin. tot. [aa] : Quadr. Sin. ang. ECD vel $\epsilon\varkappa\delta$ [$\frac{(qdy \pm pdx)^2}{ds}$] = CD vel $\varkappa\delta$ [ds] : vim qua CD vel $\varkappa\delta$ premitur ab aqua ad perpendiculum CM vel $\varkappa\mu$ [$\frac{qqdy^2 \pm 2pqdydx + ppdx^2}{aads}$]. Repraesentetur haec vis per CM aut $\varkappa\mu$, & resolvatur in duas, axi perpendicularem CN seu $\varkappa\nu$, & parallelam NM seu $\nu\mu$; quo facto, erit CD vel $\varkappa\delta$ [ds] : LD vel $\lambda\delta$ [dx] = CM vel $\varkappa\mu$ [$\frac{qqdy^2 \pm 2pqdydx + ppdx^2}{aads}$] : CN seu $\varkappa\nu$ [$\frac{qqdxdy^2 \pm 2pqdydx^2 + ppdx^3}{aads^2}$]. Item CD vel $\varkappa\delta$ [ds] : CL vel $\varkappa\lambda$ [dy] = CM vel $\varkappa\mu$ [$\frac{qqdy^2 \pm 2pqdxdy + ppdx^2}{aads}$] : NM vel $\nu\mu$ [$\frac{qqdy^3 \pm 2pqdxdy^2 + ppdx^2dy}{aads^2}$]; unde CN $- \varkappa\nu = 4pqdx^2dy : aads^2$. & NM $+ \nu\mu = (2qqdy^3 + 2ppdx^2dy) : aads^2$ (b). Repraesententur omnia CN $- \varkappa\nu$, seu

 4pq

(b) Hoc ratiocinium non sine limitatione verum est. Supponit enim inte-

No. CIII. $\frac{4pq}{aa}\int\frac{dx^2dy}{ds^2}$ per AS, & omnia NM $+ \nu\mu$, seu $\frac{2qq}{aa}\int\frac{dy^3}{ds^2} + \frac{2pp}{aa}\int\frac{dx^2dy}{ds^2}$ per ST; erit AT, per *Theor.* præced. directio venti, quæ cum data sit, vocatur AS : ST $= a : g$; unde fiet $a : g = \frac{4pq}{aa}\int\frac{dx^2dy}{ds^2} : \frac{2qq}{aa}\int\frac{dy^3}{ds^2} + \frac{2pp}{aa}\int\frac{dx^2dy}{ds^2}$. Ponatur $\int(dx^2dy : ds^2) = m$, & $\int(dy^3 : ds^2) = n$, erit $a : g = \frac{4pqm}{aa} : \frac{2qqn + 2ppm}{aa} = 2pqm : qqn + ppm$; ideoque $2gmpq = anqq + ampp$, & substituto valore ipsius q, $2gmp\sqrt{(aa - pp)} = a^3n - anpp + ampp =$ [posito $m - n = r$] $a^3n + arpp$, & quadrando $4aaggmmpp - 4ggmmp^4 = a^6nn + 2a^4nrpp + aarrp^4$. Hinc $(aarr + 4ggmm)p^4 = (4aaggmm - 2a^4nr)pp - a^6nn$, & $p^4 = \frac{4aaggmm - 2a^4nr}{aarr + 4ggmm}pp - \frac{a^6nn}{aarr + 4ggmm}$; $pp = (2aaggmm - a^4nr \pm 2aagm\sqrt{(ggmm - aamn)}) : (aarr + 4ggmm)$ & $p = a\sqrt{(2ggmm - aanr \pm 2gm\sqrt{(ggmm - aamn)})} : \sqrt{(aarr + 4ggmm)}$.

integram Figuram BAC impulsui aquæ expositam esse ex utraque parte axis AFI; quod sæpius non contingit. Finge enim rectam $\varphi\nu x$, quæ parallela est directioni aquæ, tangere curvam in x; solus arcus Ax ab aqua premetur, reliqua parte Cx nullum impetum sustinente; dum ab altera parte axis, integer arcus AB impulsui aquæ exponitur: quo fit, ut abscissæ x & applicatæ y non habeant utrinque eundem valorem; quippe pro ultima x in figura IAB sumi debet AI; sed in figura IAC duntaxat AH; quibus respondent ultimæ y, IB & Hx. Tali igitur in casu pro CN $- x\nu$ non potest scribi $4pqdx^2dy : aads^2$, nec $(2qqdy^3 + 2ppdx^2dy) : aads^2$ pro NM $+ \nu\mu$.

Sed pleniorem & faciliorem materiæ hujus tractationem vide in *Joh.* BERNOULLI *Theoria Manuariæ nauticæ*, Gallice scripta, Cap. IX. & *seqq.*

ARTI-

N° 103.

ARTICU[L]

Invenire Curvam quam fo[...] per aerem, qui inæquali[...] ad oculum nostrum 8.

Confer. N^us^. LXXV


PRimo investigandum qua proportio[...] riora aeris densitas. Hæc autem p[...] deri; hoc est, quantitati aeris incumben[...] 7] sit aeris altitudo, AB ejus densita[...] C, &c. erit, utique spatium ABEFA[...] titas incumbens loco A, & CDEFC e[...] co C (a); unde AB : CD = ABE[...] proprietas Logarithmicæ *, cujus applic[...] respective proportionales sunt areis ABE[...] &c.


Jam si IHG curva sit radius refractu[...] ticulæ infinite parvæ IH, HG: refringi[...]


Tttt[...]


(a) Si enim CN sit altitudo columnæ aereæ infinite parvæ, erit quantitas aeris illa columna contenti in ratione composita voluminis, sive altitudinis CN, & densitatis CD; hoc est, ut spatium infinite parvum CDONC: per consequens tota quantitas aeris loco C incumbentis, ut omnia spatia CDONC, NOQPN, &c. id est, ut area CDEFC.

(*) si CD [...] areæ C[...] $bz =$ C[...] $= zdx$. est æqu[...] subtang[...] dat bdz:[...] x. Igit[...] ipsius x[...]









No. CIII. ex lege refractionis, ita, ut sinus angulorum incidentiæ & refractionis HM, GL, reciproce sint ut aeris densitates CD, NO. Quare $MH \times NO = LG \times CD$; unde si $CG = y$, $CD = z$, $CN = dx$, HG vel $IH = ds$; erit $zdy = ads$ constanti rectangulo; vel posito $z = adz : dx$ [ex natura Logarithmicæ ([b])] erit $dz : dx = ds : dy$; unde cum ds semper major sit quam dy, curva non potest attolli altius, quam e regione loci ubi dx incipit superare dz ([c]).

Si QP, ON, DC, non densitates, sed raritates aeris significarent; illæ istis reciproce proportionales forent; sed eadem foret Logarithmica, situ inverso, angustior infra &c. Sit igitur AF [*Fig.* 18] Logarithmica, cujus applicatæ AC, FG, &c. repræsentant aeris raritates in locis C, G, &c. CG ejus asymptotos, AC applicata æqualis subtangenti $= a$, CG abscissa $= x$, GH $= y$, $FG = z$. Jam quia sinus angulorum incidentiæ & refractionis sunt ut aeris raritates, & hæ ut applicatæ Logarithmicæ, erit ratio z ad dy constans $= a : ds$ ([d]); hoc est, $z = ady : ds$, $dz = addy : ds$, proinde $z : dz =$ [ob Logarithm. $= a : - dx$] $= dy : ddy$; quare $addy = - dxdy$. Ad quam æquationem construendam, resumatur æquatio $z = ady : ds$, sive $zds = ady$; unde $aady^2 = zzds^2 = zzdx^2 + zzdy^2 =$ [ob $zdx = - adz$] $aadz^2 + zzdy^2$, sive $aady^2 - zzdy^2 = aadz^2$, hinc $dy = - adz : \surd($aa

([b]) Potuisset poni generalius $z = bdz : dx$ pro æquatione Logarithmicæ; nam non necesse est, ut ejus subtangens sit æqualis quantitati a, quæ in æquatione præcedente $zdy = ads$ pro constante adhibita fuit. Hinc fluit Nota sequens c.

([c]) Quamvis ds semper major sit quam dy, curva tamen potest attolli altius quam e regione loci ubi dx incipit superare dz. Nam ex comparatione æquationum $zdy = ads$, & $z = bdz : dx$, orietur $dz : dx = ads : bdy$; ubi bdy potest superare ads, licet ds major sit quam dy.

([d]) Potuisset poni generalius $z : dy = b : ds$, ob rationem similem ei, quæ in Nota b allegatur; sed nihilominus eadem fuisset oritura curva refractionis; etiamsi altius attollatur quam e regione loci, ubi applicata Logarithmicæ AC æquatur subtangenti a, ut mox videbitur.

$\sqrt{(aa - zz)}$ & $ds = ady : z = - aadz : z\sqrt{(aa - zz)}$ (e), No. CIII.
quod construitur describendo centro C, radio CA, quadrantem circuli AED, & faciendo GH = arcui circuli AE; prorsus ut construitur Pseudo-Logarithmica *Leibnitiana* in *Actis Lips.* A. 1693. pag. 254, [N°. LVI, pag. 570] adeo ut hæ duæ curvæ $addx = dy^2$, & $addy = dxdy$ sint eadem curva (f).

COROLLARIUM I.

Si ducatur HL parallela CE, tanget curvam (g).

COROLLARIUM II.

Si fiat EM = EB, CN = CB, MR parallela AN, erit RS = curvæ CH (h).

PRO-

(e) Ex comparatione æquationum $bdy = zds$, & $zdx = - adz$, oritur $bbdy^2 = zzds^2 = zzdx^2 + zzdy^2 = aadz^2 + zzdy^2$, sive $(bb - zz)dy^2 = aadz^2$. Hinc $dy = - adz : \sqrt{(bb - zz)}$, & $ds = bdy : z = - abdz : z\sqrt{(bb - zz)}$; & constructio curvæ talis: sit ch [*Fig.* 19] radius refractus ad altius Atmosphæræ punctum c; vocentur $cg = x$, $gh = y$, $fg = z$, $ac = b$; $AC = a$. Ad quadrantem circuli aed radio ac descripti, ducatur fbe axi DC parallela, fiatque ac : AC = arcus ae : applic. gh.

Dico autem, quod si cg sit = CG, applicata gh futura sit = GH. Nam si cg = CG, erit, ex natura Logarithmicæ, ac [ec] : fg [bc] = AC [EC] : FG [BC]; ergo triangula ecb, ECB sunt similia, & arcus ae, AE similes, id est, ac : AC = ae : AE = ae : GH. Sed, ex constructione, ac : AC = ae : gh; ergo gh = GH, & curva ch eadem ac curva CH.

(f) Quia in omni curva $ds^2 = dx^2 + dy^2$, & [posita ds constante] $dxddx = - dyddy$, sive $ddx = - dyddy : dx$; hoc valore ipsius ddx in æquatione $addx = dy^2$ substituto, erit $- adyddy : dx = dy^2$, & per $- dy : dx$ dividendo $addy = - dxdy$.

(g) Quia $ds = ady : z$, erit $ds : dy = a : z =$ AC [EC] : FG [BC]; ergo angulus GHL = angulo BCE; per consequens HL parallela ipsi CE.

Hinc, quia maxima applicata curvæ CH est æqualis quadranti AED = rectæ CP, ducta per P axi CG parallela PQ erit asymptotos curvæ CH.

(h) Recta ER bisecat angulum BEC.

No. CIII.

PROBLEMA.

Data altitudine astri vera & apparente Ac *&* AE; *ejusdem sub alia data altitudine* Al *refractionem* lo *invenire.*

SOLUTIO.

Ductis ef, EF, lh, om, parallelis ipsi CD; sic ut nm sit $=$ gF, erit lo quantitas quæsita refractionis; neque ad hanc inveniendam opus est curva CH; imo nec curva AF; dummodo enim fiat Cb : CB $=$ Cp : Cq, hoc est, Sinus complementorum arcuum Ac, AE, Al, Ao, proportionales; plane ut fieri solet, ubi aer ubivis ejusdem densitatis esse supponitur ([1]).

BEC. Quia enim AC $=$ EC, &, per constructionem, CN $=$ CB, triangula ACN, ECB sunt similia & æqualia; per consequens angulus ad N rectus; &, ob AN, RM parallelas, etiam angulus RME est rectus, & quia porro facta est EM $=$ EB, erunt triangula rectangula EBR, EMR, communem hypothenusam ER habentia, etiam similia & æqualia; quamobrem angulus BER $=$ angulo MER. Jam vero CN [z]: CA [a] $=$ CM seu CE $-$ EM [$a - \sqrt{(aa - zz)}$]: CR [$\frac{aa - a\sqrt{(aa - zz)}}{z}$]. Hinc

RS $= l$(CR:a) $= l(\frac{a - a\sqrt{(aa - zz)}}{z})$,

cujus logarithmi differentiale invenietur æquale $-aadz : z\sqrt{(aa - zz)}$ $=$ elemento curvæ $ds = ady : z$.

A priori invenitur integrale elementi curvæ, ponendo $\sqrt{(aa - zz)}$ $= t$; unde $-zdz = tdt$; $-dz$ $= tdt : z$; $-dz : z = tdt : zz$ $= tdt : (aa - tt)$; $-dz : z\sqrt{(aa - zz)}$ $= dt : (aa - tt)$, vel $-aadz :$ $z\sqrt{(aa - zz)} = aadt : (aa - tt)$ $= \frac{1}{2}adt : (a + t) + \frac{1}{2}adt : (a - t)$, & integrando $\int(-aadz : z\sqrt{(aa - zz)}) =$ [quia crescentibus logarithmis hic decrescunt applicatæ logarithmicæ] $\frac{1}{2}l\frac{a - t}{a + t} = \frac{1}{2}l\frac{(a - t)^2}{aa - tt}$ $= l\frac{a - t}{z} = l\frac{a - \sqrt{(aa - zz)}}{z}$.

([1]) Quæ hic datur hujus Problematis solutio non est vera. Supponit enim Sinus complementorum altitudinis veræ & apparentis esse in constanti ratione, quod est falsum. Sit. [*Fig.* 19] punctum H astrum radians, O oculus, HOV angulus mensurans veram altitudinem astri supra horizontem, ang. TOV $=$ SCR mensurans altitudinem apparentem;

rentem; quorum cosinus [posito sinu toto $= AC$] sunt $OV \times AC : HO$ & RC: posita autem HV invariabili, & VO variabili reperietur ratio inter prædictas quantitates RC & $OV \times AC : HO$ variabilis. Si enim vocentur $AC = a = 1$, $RC = z$, $HV = GP = n$, quæ cum, ex hypothesi, ponatur constans, erit [ex nat. Logarithm.] QP [RC] ad FG [BC] in ratione constanti, puta ut 1 ad m, unde $BC = mz$, arcus $SD = \int(dz : \sqrt{(1 - zz)}) = z + \frac{1}{6}z^3 + \frac{3}{40}z^5 +$ &c. arcus $ED = \int(mdz : \sqrt{(1 - mmzz)}) = mz + \frac{1}{6}m^3z^3 + \frac{3}{40}m^5z^5 +$ &c. Hinc $VO = ES = ED - SD = AS - AE = (m-1)z + \frac{1}{6}(m^3 - 1)z^3 + \frac{3}{40}(m^5 - 1)z^5$, & $HO^2 = HV^2 + VO^2 = nn + (m-1)^2 zz + \frac{1}{3}(m-1)(m^3-1)z^4 +$ &c. Unde $\frac{OV^2 \times AC^2}{HO^2} : RC^2 = (m-1)^2zz + \frac{1}{3}(m-1)(m^3-1)z^4 +$ &c: $nnzz + (m-1)^2z^4 + \frac{1}{3}((m-1)(m^3-1)z^6 +$ &c. $= (m-1)^2 + \frac{1}{3}(m-1)(m^3-1)zz +$ &c: $nn + (m-1)^2zz + \frac{1}{3}(m-1)(m^3-1)z^4 +$ &c. quæ utique non est ratio constans. Sed etsi non HV, sed HO distantia oculi ab astro, ponatur invariabilis, reperietur ratio inter $OV \times AC : HO$ & RC, sive [ob AC & HO constantes] inter OV [ES] & RC inconstans; quod non puto opus habere demonstratione. No. CIII.

ARTICUL. XV.

Invenire veram legem, secundum quam aeris densitas decrescit in altioribus Atmosphera locis, & simul determinare verum aeris atmosphærici pondus.

CUrva radii, prout in præcedenti Articulo inventa fuit, fundatur in hypothesi, quod densitates aeris sint ut pondera illi incumbentia: hæc vero hypothesis cum, ob rationem quam jam in Tractatu de *Grav. Æth.* pag. 97, * attuli, præcise vera

* Pag. 93, 94.

No.CIII. non sit, sed densitas major ad minorem sit in ratione tantilla minore, quam pondera ab illis sustentabilia; sequitur etiam prædictam curvam non omnino genuinam esse. Vera hypothesis est, quod si duo sint aeris volumina æqualia, eorum vires elasticæ, adeoque & pondera ab iis sustentabilia, sint in ratione composita ex directa densitatum seu quantitatum materiæ terrestris, & reciproca quantitatum materiæ subtilis in illis voluminibus contentarum: puta si volumina sint a & a; densitates, seu volumina à materia terrestri occupata, b & y; volumina a materia subtili occupata, $a-b=c$, & $a-y$; elateria erunt ut $ab-by$ & cy: quare si b & y, quæ densitates aeris significant, repræsententur per applicatas curvæ alicujus [*Fig.* 20], quibus respondent abscissæ o & x; & per consequens pondus totius aeris repræsentetur per spatium hac curva contentum, erit [quia pondera incumbentia sunt ut elateria] $ab-by:cy=$ spatium supra b, quod vocetur fb: spatium supra y, quod vocetur s; hinc $\frac{fbcy}{ab-by}=\frac{fcy}{a-y}=s$, & differentiando $\frac{afcdy}{aa-2ay+yy}=ds$ $=-ydx$: positoque $\frac{ay}{a-y}=t$, seu $\frac{at}{a+t}=y$, adeoque $dy=\frac{aadt}{aa+2at+tt}$, reperitur $\frac{afcdy}{aa-2ay+yy}=\frac{fcdt}{a}=-ydx$, hoc est, $-dx=\frac{fcdt}{ay}=\frac{fcdt}{aa}+\frac{fcdt}{at}$.

CONSTRUCTIO.

Fiat Logarithmica BGC [*Fig.* 21], cujus asymptotos AF; basis AB $=ab:c$, applicata PG $=t$ (*); tunc abscissa AL $=bf:a$, ductaque BL, demittatur GH parallela asymptotæ secans BL in I, & fiat PM $=$ HI, eritque AM [$=$ HG $+$ HI $=\int fcdt$

(*) Subtangens hujus Logarithmicæ debet esse $=fc:a$.

$=\int\frac{-fcdt}{at}+\int\frac{-fcdt}{aa}\,]=x$. Deinde
MN, quæ erit y.

Quia vero $\int - y\,dx$, id est, spat
$=\frac{fcy}{a-y}=\frac{fct}{a}$, patet decrescenti
ponderibus incumbentibus sursum vers
mercurii in Barometro, decrescere
cum f, c, & a sint constantes: un


datas mercurii altitudines sic habentu


z, seu $\frac{ab}{c}-z=t$, erit $-\frac{fcdt}{at}=$
$\frac{cczdz}{aabb}+\frac{c^3zzdz}{a^3b^3}+\frac{c^4z^3dz}{a^4b^4}+$ &c.). H
$\frac{fc}{a}\left(\frac{cz}{ab}+\frac{cczz}{2aabb}+\frac{c^3z^3}{3a^3b^3}+\frac{c^4z^4}{4a^4b^4}+\right.$
$=\int\frac{fcdz}{aa}=\frac{fcz}{aa}=$ HI, erit $x=$ A
$+\frac{cczz}{2a^2b^2}+\frac{c^3z^3}{3a^3b^3}+$ &c. $)+\frac{fc}{a}\times\frac{z}{a}=$
$\frac{c^3z^3}{3a^3b^3}+$ &c.)


Si densitates aeris ponderibus incum
portionales, hoc est, si curva END
$x=f\times\left(\frac{z}{a}+\frac{z}{b}+\frac{zz}{2bb}+\frac{z^3}{3b^3}+\right.$ &c.)
&c.) quia tum b est infinities minor

Vuuu

(b) In hac hypothesi, spatia a materia subtili occupata, id est, $a-b$ vel c, & $a-y$, debent esse in ratione æqualitatis, ut elateria sive pondera incumbentia sint proportionalia densi $b:y$; sint cons







No. CIII. Quare posita gravitate mercurii ad gravitatem aeris ut 10800 ad 1, sive ut 900 ped. ad 1 poll. si altitudo mercurii in tubo prope Terram sit pollicum 30, erit altitudo æquipollens aeris [qui sit ubique densitatis b] hoc est $f = 30 \times 900 = 27000$ pedum. Et quia t sunt proportionalia ponderibus, seu altitudinibus mercurii, decrescat maxima t, seu $ab:c$, per intervalla æqualia, pro ratione 30 pollicum mercurii; eruntque ordine ipsa t; $\frac{30ab}{30c}$, $\frac{29ab}{30c}$, $\frac{28ab}{30c}$, $\frac{27ab}{30c}$, &c. & ipsa z; o, $\frac{ab}{30c}$, $\frac{2ab}{30c}$, $\frac{3ab}{30c}$, &c. adeoque ipsa $\frac{cz}{ab}$; o, $\frac{1}{30}$, $\frac{2}{30}$, $\frac{3}{30}$, $\frac{4}{30}$, &c. quibus valoribus in duabus æquationibus successive substitutis, habetur primo $x = \frac{fc}{a}\left(\frac{b}{30c} + \frac{1}{30} + \frac{1}{2.30.30} + \frac{1}{3.30.30.30} + \&c.\right)$; deinde $x = \frac{fc}{a}\left(\frac{2b}{30c} + \frac{2}{30} + \frac{4}{2.30.30} + \frac{8}{3.30.30.30} + \&c.\right)$, hoc est, [quia $a = b + c$] $x = \frac{f}{30} + \frac{fc}{2a.30.30} + \frac{fc}{3a.30.30.30} + \&c.)$; item $x = \frac{2f}{30} + \frac{4fc}{2a.30.30} + \frac{8fc}{3a.30.30.30} + \&c.)$; quæ Series conflantur ex terminis progressionis harmonicæ $\frac{fc}{2a}$, $\frac{fc}{3a}$, $\frac{fc}{4a}$, &c. & terminis progressionis geometricæ, cujus primus terminus est ratio differentiæ altitudinis mercurii maximæ & datæ ad maximam. Unde sequentes fluunt Tabulæ ([c]), quibus ex data altitudine mercu-

([c]) Hæ Tabulæ sine seriebus per Tabulas Logarithmorum construi possunt. Etenim si fiat ut 0.4342945 [subtangens Logarithmicæ Tabularis] ad $fc:a$; ita $l(ab:ct)$ ad numerum quartum; erit hic numerus quartus $= \int(-fcdt:at)$ HG, & quia HI $= \int(-fcdt:aa)$ $= (fab - fct):aa$, erit $x =$ AM $=$ HG $+$ HI $= \frac{fc}{a}\, l\frac{ab}{tc}$: $0.4342945 + \frac{fab - fct}{aa} =$ [quia posito numero pollicum ad quem altitudo mercurii ascendit $= m$, est $t =$

mercurii cognoſcitur altitudo loci; prior eſt *Edmundi* HALLEYI, quæ denſitates aeris ponderibus ſtatuit proportionales; altera noſtra, in hypotheſi quod $c = 100b$, prout in *Tractatu* de *Gravit. Æther.* circiter reperi *: hæc vero Tabula ex altera nullo negotio conficitur; nam dummodo ex altitudine loci *Halleyana* ſubtrahatur $\frac{1}{30}f$ [$\frac{2}{30}f$; $\frac{3}{30}f$, &c.] fiatque ut a ad c ita reſiduum ad numerum addendum ipſi $\frac{1}{30}f$, [$\frac{2}{30}f$, $\frac{3}{30}f$, &c.] erit ſumma noſtra loci altitudo in eadem mercurii altitudine (d). No. CIII.

* pag. 94.

$x = mab : 30c] \frac{fc}{a} \times l\frac{30}{m} : 0.4342945 + (30 - m) fb : 30a$. In hypotheſi vero denſitatum ponderibus proportionalium; ubi $a = c$, & b infinities minor quam a, erit $x = fl\frac{30}{m} : 0.4342945$; & poſita altitudine $f = 27000$ pedibus, ut ſupra, erit $f : 0.4342945 = 1 : 0.000016085$; unde talis exſurgit regula pro Tabula *Halleyana*: Differentia Logarithmorum maximæ & datæ altitudinis mercurii, dividatur per numerum 0.000016085, quotiens monſtrabit numerum pedum quæſitæ altitudini loci reſpondentem.

(d) Si enim ex altitudine *Halleyana* $fl\frac{30}{m} : 0.4342945$ ſubtrahatur $(30 - m)f : 30$, & reſiduum multiplicetur per $c : a$, proveniet $\frac{fc}{a} l\frac{30}{m} : 0.4342945 - (30 - m) fc : 30a$; cui ſi addatur $(30 - m) f : 30$, habebitur $\frac{fc}{a} l\frac{30}{m} : 0.4342945 + (30a - 30c - ma + mc) f : 30a =$ [ob $a - c = b$] $\frac{fc}{a} l\frac{30}{m} : 0.4342945 + (30 - m) fb : 30a =$ altitudini quæſitæ.

No. CIII.

Altitudo mercurii. Pollices.	*Alt. loci.* Pedes.	Pedes.
30	0	0
29	915	915
28	1863	1862
27	2845	2843
26	3864	3861
25	4923	4918
20	10947	10928
15	18715	18663
10	29662	29547
5	48378	48122
1	91831	91180
0.5	110547	109715
0,25	129262	128247
0,1	154000	152742
0,01	216169	214296
0,001	278338	275849

Ex data altitudine loci x, invenitur altitudo mercurii, seu y in Logarithmica, per hanc seriem $y = b - \frac{bx}{f} - \frac{bxx}{2ff} + \frac{bx^3}{2.3f^3} - \frac{bx^4}{2.3.4f^4}$ &c. (e) At in hypothesi nostra altitudo mercurii difficilius ad Seriem

(e) Sensus non est altitudinem mercurii, quam vocavimus m, esse æqualem applicatæ y in Logarithmica, sive Seriei $b - bx:f + bxx:2ff - bx^3:6f^3 +$ &c. sed ope hujus Seriei inveniri posse altitudinem m. Quippe $mab:30c = t = ay:(a-y)$, unde $m = 30cy:(ab-by)$; in hypothesi vero *Halleyana*, ubi $a=c$, at b & y infinities minor quam a aut c, est $\frac{1}{30}mb = t = y$, sive $m = 30y:b$; id est $m = 30(1 - x:f + x^2:2f^2 - x^3:6f^3 + x^4:24f^4 -$ &c.$)$. Ipsa vero Series sic facile invenitur: Resumatur æquatio generalis $-ydx = fcdt:a$, quæ in hypothesi *Halleyana* degenerat in hanc $\frac{1}{30}mbdx = \frac{1}{30}fbdm$ sive $mdx + fdm = 0$. Ut valor ipsius m in Seriem convertatur per potestates ipsius x ascendentem, considerandum est in casu ubi $x = 0$, esse $m = 30$, adeoque primum terminum Seriei debere esse $= 30$,

Seriem reducitur (f). No. CIII.

$= 30$, reliquis terminis in hoc casu evanescentibus; sint igitur reliqui termini $= Ax^{\alpha} + Bx^{\beta} + Cx^{\gamma} + Dx^{\delta} +$ &c. eritque $mdx + fdm = dx \times (30 + Ax^{\alpha} + Bx^{\beta} + Cx^{\gamma} +$ &c. $+ \alpha fAx^{\alpha-1} + \beta fBx^{\beta-1} + \gamma fCx^{\gamma-1} + \delta fDx^{\delta-1} +$ &c.) ubi statim apparet, ut termini singuli utriusque Seriei fiant homogenei & ipsorum coefficientes simul $= 0$, debere esse $\alpha - 1 = 0$, $\beta - 1 = \alpha$, $\gamma - 1 = \beta$, $\delta - 1 = \gamma$, &c. item $\alpha fA + 30 = 0$, $\beta fB + A = 0$, $\gamma fC + B = 0$, $\delta fD + C = 0$, quæ est ipsa lex, secundum quam progreditur Series $30(1 - x:f + xx:2ff - x^3:6f^3 + x^4:24f^4 -$ &c.). Sed & absque ope Seriei per Tabulas Logarithmorum invenitur valor ipsius m; ostendit enim æquatio supra inventa $x = fl\frac{30}{m} : 0.4342945$, quod sit f [27000 ped.] ad subtangentem Logarithm. Tabularis [0.4342945] sive 1, ad 0.000016085, ut altitudo loci data x ad differentiam logarithmorum maximæ & quæsitæ altitudinis mercurii.

(f) In hac hypothesi altitudo mercurii m sic ad Seriem reducitur. Sumatur æquatio generalis $-ydx = fcdt : a$, sive $-dx = fcdt : aa + fcdt : at$, aut $aatdx + fcadt + fctdt = 0$; hic, in casu $x = 0$, debet esse $t = AB = ab : c$; adeoque si valor ipsius t generaliter per Seriem est exprimendus, cujus termini progrediantur per potestates ipsius x ascendentes, ejus primus terminus debet esse $ab : c$. Ponantur reliqui $Ax^{\alpha} + Bx^{\beta} + Cx^{\gamma} + Dx^{\delta} +$ &c. & æquatio transformabitur in sequentem:

$$\left.\begin{array}{l} aatdx = aadx.\; ab : c \quad + Ax^{\alpha} \quad + Bx^{\beta} \quad + Cx^{\gamma} \quad + \&c. \\ fcadt = fcadx.\, \alpha Ax^{\alpha-1} + \beta Bx^{\beta-1} + \gamma Cx^{\gamma-1} + \delta Dx^{\delta-1} + \&c. \\ fctdt = \left\{\begin{array}{l} fabdx.\, \alpha Ax^{\alpha-1} + \beta Bx^{\beta-1} + \gamma Cx^{\gamma-1} + \delta Dx^{\delta-1} + \&c. \\ Adx.\, \alpha Ax^{2\alpha-1} + \beta Bx^{\alpha+\beta-1} + \gamma Cx^{\alpha+\gamma-1} + \delta Dx^{\alpha+\delta-1} + \&c. \\ fcBdx.\, \alpha Ax^{\alpha+\beta-1} + \beta Bx^{2\beta-1} + \gamma Cx^{\beta+\gamma-1} + \delta Dx^{\beta+\delta-1} + \&c. \\ fcCdx.\, \alpha Ax^{\alpha+\gamma-1} + \beta Bx^{\beta+\gamma-1} + \gamma Cx^{2\gamma-1} + \delta Dx^{\gamma+\delta-1} + \&c. \end{array}\right. \end{array}\right\} = 0$$

Harum Serierum duæ, $fcadx$ $(\alpha Ax^{\alpha-1} + \beta Bx^{\beta-1} +$ &c.) & $fabdx$ $(\alpha Ax^{\alpha-1} + \beta Bx^{\beta-1}$ &c.) ob $b + c = a$, conflantur in unam $faadx$ $(\alpha Ax^{\alpha-1} + \beta Bx^{\beta-1} + \gamma Cx^{\gamma-1} + \delta Dx^{\delta-1} +$ &c.), quæ

No. CIII. quæ si pro illis substituatur, reperientur termini minimarum dignitatum $aadx.(ab:c)$, & $faadx.\alpha Ax^{\alpha-1}$, in quibus indices potestatum ipsius x sunt o & $\alpha-1$, qui debent esse æquales, quia neuter horum terminorum solus potest esse $=0$: Hinc $\alpha=1$, & positis coefficientibus horum terminorum simul sumtis $=0$, invenietur $A=-ab:\alpha cf=-ab:cf$. His duobus terminis in æquatione deletis, sequuntur termini $aadx.Ax^{\alpha}+faadx.\beta Bx^{\beta-1}+fcAdx.\alpha Ax^{2\alpha-1}$, quorum neuter solus potest esse $=0$: hinc $\alpha=\beta-1=2\alpha-1$, sive $\beta=2$, & positis coefficientibus $=0$, invenietur $B=(-aaA-fcAA):2faa$. Simili modo deletis his tribus terminis, sequentur termini $aadx.Bx^{\beta}+faadx.\gamma Cx^{\gamma-1}+fcAdx.\beta Bx^{\alpha+\beta-1}+fcBdx.\alpha Ax^{\alpha+\beta-1}$; in quibus si indices potestatum ponantur æquales, reperietur $\gamma=3$, & quia hi omnes termini simul sumti debent esse $=0$, erit $C=(-aaB-\beta fcAB-\alpha fcAB):3faa=(-aaB-3fcAB):3faa$. Porro sequentur hi quinque termini, $aadx.Cx^{\gamma}+faadx.\delta Dx^{\delta-1}+fcAdx.\gamma Cx^{\alpha+\gamma-1}+fcBdx.\beta Bx^{2\beta-1}+fcCdx.\alpha Ax^{\alpha+\gamma-1}$, qui dabunt $\delta=4$, $D=(-aaC-\gamma fcAC-\beta fcBB-\alpha fcAC):4faa$. Unde jam lex continuandi Seriem manifesta est: scil. indices dignitatum $\alpha, \beta, \gamma, \delta$, &c. progrediuntur secundum numeros naturales 1, 2, 3, 4, &c. & coefficientes A, B, C, D, &c. sequenti modo ex præcedentibus formantur. Ex. gr. Sit inveniendus coefficiens termini, ubi index dignitatis est 7: Scribantur ordine coefficientes terminorum præcedentium A, B, C, D, E, F, iidemque utrogrado ordine, F, E, D, C, B, A, & singuli in singulos multiplicentur, quorum producta erunt AF, BE, CD, DC, EB, FA; eritque $G=(-aaF-6fcAF-5fcBE-4fcCD-3fcDC-2fcEB-fcFA):7faa=-F:7f-(AF+BE+CD)c:aa$. Sic quoque erit H [coefficiens termini ubi index dignitatis est 8] $=(-aaG-7fcAG-6fcBF-5fcCE-4fcDD-3fcEC-2fcFB-fcGA):8faa=-G:8f-(AG+BF+CE+\frac{1}{2}DD)c:aa$. Invento valore ipsius t per Seriem, si hic substituatur in æquatione $m=30ct:ab$, habebitur quoque m altitudo mercurii quæsita.

ARTI-

ARTICUL. XVI.

Solutio Problematis de minimo Crepusculo.

Vid. N^us. LIII, pag. 515.

SIt BLZ [*Fig.* 22] Horizon; MER ejus parallelus 18 gradibus infra illum depressus; PDM Æquator; ZE, QR, ejus paralleli versus Polum Australem A; AQ, AZ & AR, AE circuli declinationum; ZP vel EV arcus declinationis paralleli ZE. Jam si Sol describens parallelum ZE efficiat Crepusculum minimum, erit mora Solis in ZE brevissima, adeoque differentia moræ Solis in parallelis contiguis ZE, QR nulla; cumque & moræ in ZS & TR differentia nulla sit, eodem quoque tempusculo SE & QT pertransibuntur; ac propterea ipsi arculi SE, QT, erunt ut celeritates quibus percurruntur, hoc est, ut radii parallelorum ZE, QR, hoc est, propter infinite parvam distantiam parallelorum, dicti arculi erunt æquales, & quia SR, ZT quoque sunt æquales, & anguli ESR, ZTQ recti, erunt anguli SER, TQZ æquales, & proinde [posito EGB esse quadrantem (*) circuli maximi tangentem parallelum Horizontis MER in E] ob angulum VES rectum, anguli GEV & TZQ, sive DZP, quoque æquales, utpote complementa angulorum SER & TQZ; quare cum & anguli GVE, DPZ, sint recti, & arcus VE, PZ æquales, erunt arcus EG, DZ & anguli EGV, ZDP

(*) Si ducatur per E arcus circuli azimuthalis EL, hic secabit ad angulos rectos Horizontem BL, parallelum ME, & circulum maximum BGE, qui parallelum in puncto E tangit; adeoque uterque arcus BL & BGE erit quadrans.

No. CIII. ZDP seu BDG æquales; unde cum in triangulo BDG sinus anguli BDG sit ad sinum anguli BGD = sin. ang. VGE = sin. ang. BDG, ut sinus arcus BG ad sinum arcus BD, erunt hi duo sinus æquales, & ipsorum arcus simul æquales semicirculo; & ducto arcu EL ad utrumque normali, unius defectus infra quadrantem, id est GE, æqualis alterius excessui supra quadrantem, id est, arcui LD; quo circa, cum & anguli trianguli LFD singuli sint æquales singulis trianguli FEG, erit & LF = FE = $\frac{1}{2}$LE = 9 gr. & quia, ut ostensum, LD = GE = DZ ([b]), hinc in triangulis DLF, DPZ sic operaberis. Positis Sinu toto = r, tang. LF, 9° = a, sin. ang. LDF = b, sin. compl. ejusdem = c, & tang. compl. = d; erit Sin. tot. [r]: tang. compl. ang. LDF [d] = tang. LF [a]: sin. LD vel DZ [$\frac{ad}{r}$]; porro Sin. tot. [r]: sin. DZ [$\frac{ad}{r}$] = sin. CDZ vel LDF [b]: sin. PZ [$\frac{abd}{rr}$] = [quia $d:r = c:b$] $\frac{ac}{r}$; quare ut Sin. tot. ad tang. 9 gr. sic sin. compl. anguli Horizontis & Æquatoris, hoc est, sinus elevationis Poli ad sinum declinationis Solis australis quæsitæ tempore minimi crepusculi ([c]). Per logarithmos ita: A lo-

([b]) Istæ æqualitates arcuum LF, FE, & arcuum LD, DZ, paulo brevius demonstrari possunt. Sit CZ arcus circuli maximi ad Horizontem LDZ perpendicularis. Per naturam Problematis, ang. SER = ang. TQZ, sive ang. EZD: substituantur his anguli qui ipsis æquales sunt, ob angulos rectos VES, FER, EZP & DZC, eritque ang. VEF = ang. PZC: propterea, quia anguli ad V & P recti sunt, & arcus VE = arcui PZ, erit etiam ang. VFE [LFD] = ang. PCZ, & arc. FE = arc. CZ; hinc quia in triangulis rectangulis FLD, CZD, singuli anguli singulis sunt æquales; erunt etiam singula latera singulis æqualia, id est, LD = DZ & LF = CZ = FE.

([c]) Eadem proportio aliter sic invenitur: Esto N punctum Nadir, NA arcus Meridiani, ductis quadrantibus azimuthalibus NE, NZ, erit ang. NEA [= SER] = ang. NZA [= TQZ], hinc si in

A logarithmo sinus elevationis Poli subtrahatur o. 8002875, residuum erit Logarithmus sinus declinationis quæsitæ (d). No. CIII.

si in quadrante NZ abscindatur ZH = EN, & ducatur arcus circuli maximi AH, erit hic = NA, adeoque in triangulo isosceli HAN perpendicularis AI dividet basin NH [= NZ — ZH = NL — EN = EL] in duas partes æquales, quarum quælibet erit 9 gr. eritque in triangulo rectangulo NIA, ut sinus compl. NI ad sinum compl. NA, ita sinus totus ad sinum compl. arcus IA; sed, in triangulo rectangulo AIZ, est sinus totus ad sinum compl. arcus IA, ut sinus compl. arcus IZ [sinus arc. NI] ad sinum compl. hypothenusæ AZ [sinum arc. PZ]. Quamobrem ut sinus compl. 9 gr. ad sinum. compl. distantiæ puncti verticalis a Polo, sive ad sinum elevationis Poli, ita sinus 9 gr. ad sinum declinationis quæsitæ, vel *alternando*, ut sinus compl. 9 gr. ad sinum 9 gr. vel ut sinus totus ad tangentem 9 gr. ita sinus elevationis Poli ad sinum declinationis quæsitæ.

(d) Sole versante in Hemisphærio Boreali non potest fieri minimum Crepusculum: nam arcus AE vel AZ non potest esse quadrante major; quia in triangulo rectangulo AIZ utrumque crus AI & ZI necessario est quadrante minus.

ARTICUL. XVII.

Invenire relationem inter Evolutas & Diacausticas.

Confer. N^us^. LVI. pag. 549.

Sit A [*Fig.* 23] punctum radians; BCG curva quæcunque; BC ejus portio infinite parva; BF, CF, curvæ perpendiculares; F punctum Evolutæ; AB, AC, radii incidentes protracti in R & S; BH, CH, ipsorum refracti coeuntes in puncto Diacausticæ H. Sit Sinus totus = *r*, sinus ang. incidentiæ ABM

No. CIII. vel FBR $= y$, sinus ang. refractionis FBH $= z$; qui sinus cum ex natura refractionis sint in constanti ratione, puta a ad b, erit $z = by : a$. Sed, ex natura circuli, elementum arcus, cujus sinus est $= y$, radio existente $= r$, est $rdy : \sqrt{(rr - yy)}$, & elementum anguli ad centrum ab hoc arcu subtensi $= dy : \sqrt{(rr - yy)}$; cum igitur sinus anguli incidentiæ FBR sit $= y$, & angulus incidentiæ FCS infinite parva quantitate ab illo differat, erit FBR — FCS $= dy : \sqrt{(rr - yy)}$. Simili modo differentia angulorum refractionis FBH — FCH $= dz : \sqrt{(rr - zz)} = bdy : \sqrt{(aarr - bbyy)}$. Hinc FBR — FCS : FBH — FCH $= \sqrt{(aarr - bbyy)} : b\sqrt{(rr - yy)}$. Jam vero ang. FBR = FBH + HBR = FBH + BSA + BAC = BFC + FCS + BAC; ergo FBR — FCS = BFC + BAC; porro FBH + BHC = BFC + FCH, sive FBH — FCH = BFC — BHC; hinc $\sqrt{(aarr - bbyy)} : b\sqrt{(rr - yy)}$ = BFC + BAC : BFC — BHC = (BFC + BAC) $\times b\sqrt{(rr - yy)} : \sqrt{(aarr - bbyy)}$; unde BHC = BFC $- \frac{b\sqrt{(rr - yy)}}{\sqrt{(aarr - bbyy)}} \times$ (BFC + BAC). Fingantur circuli CAM & CBHQ transeuntes per puncta B, C, A, & B, C, H; erit ang. BAC = BMC, & BHC = BQC = BFC $- b\sqrt{\frac{rr - yy}{aarr - bbyy}} \times$ (BFC + BMC); atqui in infinite parvis BMC : BFC = BF : BM, & BQC : BFC = BF : BQ; quare BMC = BF $\times$ BFC : BM, & BQC = BF $\times$ BFC : BQ = BFC $- b\sqrt{\frac{rr - yy}{aarr - bbyy}} \times$ (BFC + BF $\times$ BFC : BM); hoc est, $\frac{BF}{BQ} = 1 - b\sqrt{\frac{rr - yy}{aarr - bbyy}} \times (1 + \frac{BF}{BM})$ vel $\frac{BM}{BQ} = \frac{BM}{BF} - b\sqrt{\frac{rr - yy}{aarr - bbyy}} \times (\frac{BM}{BF} + 1)$, aut [dando lineis nomina, BM $= m$, BQ $= q$, BF $= f$, faciendoque $b : a = r : t$, ut sit $ar = bt$, & $\sqrt{(aarr - bbyy)} = b\sqrt{(tt - yy)}$, appellandoque $\sqrt{(rr - yy)} = s$, & $\sqrt{(tt - yy)} = u$,] erit $\frac{m}{q} = \frac{m}{f} - \frac{ms}{fu}$

— s

No. CIII.

$-\frac{s}{u}$, hoc est, $mfu = muq - msq - fsq$; adeoque $q = mfu : (mu - ms - fs) =$ [si fiat $m : f = s : p$, ut sit $mp = fs$], $mfu : (mu - ms - mp) = fu : (u - s - p) =$ BQ; & quia sinus anguli HBQ est $= z = by : a$, erit $r : \frac{by}{a} = q$ [BQ]: $\frac{bqy}{ar}$ [QH]; unde BH $= \sqrt{(BQ^2 - QH^2)} = \sqrt{(qq - \frac{bbqqyy}{aarr})} = q\sqrt{(aarr - bbyy)} : ar = bq\sqrt{(tt - yy)} : ar = qbu : ar = qu : t$.

CONSTRUCTIO.

Ducta FR perpendiculari ad AB productam, applicetur ad eandem AR recta MT $= ma : b = mt : r$, [quod fit ducendo FL perpendicularem ad BH, & faciendo angulum AMT = LFB], fiatque ut TR ad TA, sic BF ad quartam BQ; demissa ex Q perpendiculari QH super rectam BH, erit H punctum in Diacaustica (*).

Xxxxxx 3 Alia

(*) Hæc Constructio ita demonstratur. Ob arcum BC infinite parvum, centra circulorum BAM & BHQ sunt in recta ad BC perpendiculari, id est in recta MBF, & anguli BAM, BHQ sunt recti; & quia sinus ang. ABM vel FBR est $= y$, existente sinu toto $= r$, erit $r : y =$ BM [m] : AM [$my : r$] = BF [f] : FR [$fy : r$]. Hinc AB $= m\sqrt{(rr - yy)} : r = ms : r$, & BR $= f\sqrt{(rr - yy)} : r = fs : r$. Porro quia sinus anguli FBL $= by : a$, erit $r : \frac{by}{a} =$ BF [f] : FL [$\frac{fby}{ar} = \frac{fy}{t}$]; unde BL $= f\sqrt{(tt - yy)} : t = fu : t$. Sed, ob triang. LFB, AMT similia, est LF [$\frac{fy}{t}$]: BF [f] = AM [$\frac{my}{r}$] : MT [$\frac{mt}{r}$]; item LF [$\frac{fy}{t}$] : BL [$\frac{fu}{t}$] = AM [$\frac{my}{r}$]: AT [$\frac{mu}{r}$]. Hinc TR seu AT − AB − BR [$\frac{mu - ms - fs}{r}$] : TA [$\frac{mu}{r}$] = BF [f]: $\frac{mfu}{mu - ms - fs} = q =$ BQ.

No. CIII.

Alia Constructio.

Fiat ang. RFt = LFB, seu tantum BFt = LFR = RBH; tum capiatur Br tertia proportionalis ad AB & BR; fiatque ut tr ad tR, sic BF ad BQ, aut BL ad BH (b).

(b) Hæc Constructio, quæ exstat N°. LVI, pag. 550, ita demonstratur. Ob triang. LFB, RFt similia, est FL $[\frac{fy}{t}]$: BL $[\frac{fu}{t}]$ = FR $[\frac{fy}{r}]$: tR $[\frac{fu}{r}]$. Sed AB $[\frac{ms}{r}]$: BR $[\frac{fs}{r}]$ = BR $[\frac{fs}{r}]$: Br $[\frac{ffs}{mr}]$. Hinc tr, seu tR — BR — Br $[\frac{fu}{r} - \frac{fs}{r} - \frac{ffs}{mr}$ seu $\frac{mfu - mfs - ffs}{mr}]$: tR $[\frac{fu}{r}]$ = BF $[f]$: $\frac{mfu}{mu - ms - fs} = q$ = BQ.

ARTICUL. XVIII.

Celeritates navis a quiete inchoatas usque ad maximam invenire.

Conf. Nⁱ. LVI, pag. 562; LXVI, pag. 658, & Art. XIII hujus.

Ponatur [*Fig.* 24] celeritas venti AB = a = MN = NT. Primus celeritatis gradus navi quiescenti inductus sit NS, celeritas navis jam aliquo usque motæ IE = y; adeoque residua venti celeritas, qua in navem motam agit, CE = $a - y$; moles aquæ quovis instanti navis proræ resistentis = dx = T; superficies proræ ad subtensam veli ut 1 ad m; moles aquæ æqualis superficiei veli = mdx; pondus aquæ ad pondus aeris ut p ad 1; moles aeris quovis instanti ad velum adlabentis = mdx:

$= mdx : p = M$; moles navis $N = n$. Jam $M \times MN = M + N$ No. CIII. in NS, adeoque $NS = M \times MN : (M + N) =$ [ob infinite ad sensum exiguam rationem $M : N$] $\frac{M}{N} \times MN = \frac{amdx}{pn}$. Porro quia incrementa celeritatum navis debent esse in ratione duplicata celeritatum venti, erit $AB^2 : CE^2 = aa : (a - y)^2 = NS$ $[\frac{amdx}{pn}] : FH [\frac{(a-y)^2 . mdx}{apn}]$, incrementum scil. futurum celeritatis navis, nisi aqua resisteret. Fingatur navem incurrere celeritate $NT = a$ in molem aquæ T, & post adlapsum ad aquam moveri una cum aqua celeritate TS; erit N in $NT = N + T$ in TS, unde $TS = N \times NT : (N + T)$; ideoque $a - N \times NT : (N + T) = a - an : (n + dx) = adx : (n + dx) =$ [ob infinite ad sensum magnam rationem $n : dx$] $= adx : n =$ resistentiæ aquæ; quare cum resistentiæ sint ut quadrata celeritatum navis, erit $CI^2 : EI^2 = aa : yy = \frac{adx}{n} : \frac{yydx}{an} =$ resistentiæ quam patitur navis celeritate IE lata $= GH$; qua igitur demta ab $FH = (a - y)^2 mdx : apn$, relinquitur $FG = dy = ((a - y)^2 m - pyy) dx : apn$. Quare, ad habendam maximam celeritatem navis, faciendum $dy = 0$, hoc est $((a - y)^2 m - pyy) = 0$, sive $(a - y)^2 m = pyy$, & extrahendo radicem quadratam $(a - y) \sqrt{m} = y \sqrt{p}$; seu $a \sqrt{m} = y \sqrt{p} + y \sqrt{m}$, seu denique $y = a \sqrt{m} : (\sqrt{p} + \sqrt{m}) =$ [m existente haud multo majore minoreve 1, adeoque evanescente respectu p] $a \sqrt{m} : \sqrt{p}$. Ergo celeritates navium eodem vento motarum, cæteris paribus, sunt ut $\sqrt{m}$, seu ut radices subtensarum veli; non ut ipsæ subtensæ.

Posito $p : 1 = 841 : 1$, & $m = 1$, erit $y = [a\sqrt{m} : (\sqrt{p} + \sqrt{m})] = \frac{1}{30} a$; id est, ventus tricies celerior est celeritate navis maxima, ubi subtensa veli proræ latitudini æqualis.

Si directio venti AB [*Fig.* 25.] ad longitudinem navis CE sit obliqua, nec possit navis progredi per BD, sed tantum per BC; sitque $BD : BC = 1 : b$, celeritas navis $= z$, reperitur $dx : dz = apn :$

No. CIII. $= apn : aabm - 2abbmz + b^3mzz - pzz$ (*), adeoque pro celeritate maxima $z = a\sqrt{bm} : (\sqrt{p} + b\sqrt{bm})$; unde fit $y : z = \sqrt{p} + b\sqrt{bm} : \sqrt{bp} + \sqrt{bm}$; quæ ratio minor est ratione *Hugeniana* 1 ad $\sqrt{b}$. Vid. *Act. Lipſ.* A. 1695, p. 549 & 550. * *Hiſtoire des Ouvrages des Savans* Avr. 1694.

(*) Eſt enim moles aeris ad velum quovis inſtanti ſub angulo CDB adlabentis, ſive $M, = bmdx : p$, & celeritas qua navis ſe vento ſubducit $= bz$, hinc $aa : (a - bz)^2 =$ N S [$abmdx : pn$]: F H [$(a - bz)^2 bmdx : apn$], a qua ſi dematur GH $= zzdx : an$, relinquetur FG $= dz = ((a - bz)^2 bm - pzz) dx : apn$.

* No. LXVI, pag. 658, 659.

ARTICUL. XIX.

Inventio curvæ, cujus tangens abſcindit ex axe ſegmentum, quod ad tangentem habeat conſtantem rationem, puta ut n *ad* 1.

Conf. Num. LVII, pag. 573 & ſeq.

SIt [*Fig.* 26 & 27] DC $= x$, AD $= nx$, DB $= y$, CB $= \sqrt{(xx - yy)}$; AB $= \begin{matrix} +y - nx \\ -y + nx \\ +y + nx \end{matrix}$ (*). Ex natura tangentis, diff.

CB

(*) Secundus caſus, ubi AB $= nx - y$, duplici modo poteſt contingere, nempe non ſolum ubi curva rectæ poſitione datæ AB concavitatem opponit, creſcentibus abſciſſis A B & decreſcentibus applicatis CB, ut in *Fig.* 26. Caſ. 2. Sed & quando convexitatem ipſi opponit, & abſciſſæ AB creſcunt decreſcentibus applicatis CB, ut in *Fig.* 27, Caſ. 2.

No. CIII.

CB $\left[\frac{xdx - ydy}{\sqrt{(xx - yy)}}\right]$: diff. AB $[\pm dy \mp ndx] = $ CB $[\sqrt{(xx - yy)}]$: BD $[y]$ (b); seu $xdx - ydy : \pm dy \mp ndx = xx - yy : y$. Hinc $xydx - yydy = \pm xxdy \mp nxxdx \mp yydy \pm nyydx$; vel, in primo & tertio casu, $ydx = xdy \mp nxdx \pm nyydx : x$; hoc est, [posito $y = zx$, adeoque $dy = zdx + xdz$] $zxdx = zxdx + xxdz \mp nxdx \pm nzzxdx$; hinc $0 = ndz \mp ndx \pm nzzdx$, & $dz : (1 - zz) = \pm ndx : x$. Est vero $dz : (1 - zz) = \frac{1}{2} dz : (1 + z) + \frac{1}{2} dz : (1 - z)$; unde elicitur $\sqrt{\frac{1+z}{1-z}} = x^{\pm n}$, seu $(1+z) : (1-z) = x^{\pm 2n}$ (c), adeoque $1 + z = x^{\pm 2n} - zx^{\pm 2n}$, id est, $z = (x^{\pm 2n} - 1) : (x^{\pm 2n} + 1)$. Hinc $x^{\pm 2n} + 1 : x^{\pm 2n} - 1 = x : zx = y$, hoc est, fiat ut aggregatum ipsius x ad potestatem $2n$ elevatæ & unitatis, ad eorumdem differentiam, sic x ad y. Unde patet, si n sit numerus, curvam fore geometricam; si irrationalis, transcendentalem.

NB.

(b) In casu secundo differentiale ipsius A B debet sumi negative $= dy - ndx$, quia, crescentibus AB, decrescunt CB; & vice versa. Hinc æquatio media $xydx - yydy = - xxdy + nxxdx + yydy - nyydx$ est erronea; quippe, mutatis signis terminorum posterioris membri, provenit eadem æquatio ac in primo casu.

(c) Vel generalius $\sqrt{\frac{1+z}{1-z}} = \frac{x^{\pm n}}{a^{\pm n}}$, assumpta a constante ad supplenda homogenea. Est enim $\int(\frac{1}{2}dz : (1+z)) + \int(\frac{1}{2}dz : (1-z))$, id est, $\frac{1}{2}l(1+z) - \frac{1}{2}l(1-z) = \int(\pm ndx : x) = \pm nlx \mp nla$, &, sumtis logarithmorum numeris, $\sqrt{\frac{1+z}{1-z}} = \frac{x^{\pm n}}{a^{\pm n}}$, sive $\frac{1+z}{1-z} = \frac{x^{\pm 2n}}{a^{\pm 2n}}$, & $z = (x^{\pm 2n} - a^{\pm 2n}) : (x^{\pm 2n} + a^{\pm 2n}) = (\pm x^{2n} \mp a^{2n}) : (x^{2n} + a^{2n})$.

No. CIII. NB. Primæ formulæ prorſus convenit media, ſi B D fiat major quam A D (d).

(d) Etiamſi BD non ſit major quam AD, id eſt, etiamſi punctum A, unde ſumitur ſegmentum a tangente reſectum, non jaceat inter puncta B & D; tamen caſus ſecundus eodem modo reſolvitur ac primus, ut apparet ex Nota b.

ARTIC. XX.

Invenire Curvam, cujus curvedo in ſingulis punctis eſt proportionalis longitudini arcus; id eſt, quæ ab appenſo pondere flectitur in rectam (a).

Confer. Nus. LVIII, pag. 599 & 600.

QUia nominatis abſciſſa $= x$, applicata $= y$, arcu curvæ s, & poſita ds conſtante, radius circuli oſculatoris, curvedini reciproce proportionalis, eſt $dxds : - ddy$; habebitur, ex hypotheſi, hæc æquatio $- aaddy = sdsdx$. Ponatur $sdx = adt$, erit $- addy = dtds$, & integrando $ads - ady = tds$ (b), unde $ds = ady : (a - t)$, & $ds^2 = dx^2 + dy^2 = aady^2 : (aa - 2at + tt)$,

(a) Hanc identitatem non inveni demonſtratam.

(b) Quantitas conſtans, in integratione æquationis $- addy = dtds$ addenda, generalius poteſt poni $= bds$, ut ſit $bds - ady = tds$; unde emerget $ds = ady : (b - t)$, & $dy = (b - t) dx : \surd(aa - bb + 2bt - tt)$, & iterum $ds [= ady : (b - t)] = adx : \surd(aa - bb + 2bt - tt)$, & tandem, poſitis reliquis ut antea, $a^3 : 2qq = \int(adt : \surd(aa - bb + 2bt - tt))$. Sed propterea conſtructio non mutabitur, niſi quod EC non facienda ſit $= t$, ſed $a - b + t$.

tt), id est, $(aa - 2at + tt)\,dx^2 = (2at - tt)\,dy^2$. Hinc dy No. CIII. $= (a-t)\,dx : \sqrt{(2at - tt)}$, & $ady : (a-t) = adx : \sqrt{(2at-tt)} = ds$. Jam quia $sdx = adt$, erit differentiando [positis dx æqualibus (c)] $dsdx = addt$, seu $ds = addt : dx$; ergo $adx : \sqrt{(2at - tt)} = addt : dx$, sive $dx^2 = ddt\sqrt{(2at - tt)}$. Sit $qdt = adx$; erit, ob dx constantem, $qddt + dtdq = 0$, seu $ddt = -dtdq : q$, & $dx^2 = [ddt\sqrt{(2at - tt)} =] - dtdq\sqrt{(2at - tt)} : q = qqdt^2 : aa$, hinc $-aadq : q^3 = dt : \sqrt{(2at - tt)}$ & $a^3 : 2qq = \int(adt : \sqrt{(2at - tt)})$.

CONSTRUCTIO.

Fiat quadrans circuli AEDB [*Fig.* 28], radio AB $= a$. Sit EC $= t$, erit CD $= \sqrt{(2at - tt)}$, arcus ED $= \int(adt : \sqrt{(2at - tt)})$. In DC producta abscindatur CH $=$ mediæ proportionali inter AB & $aa : 2$ED $= q$; sumta EI $= a$, fiat rectangulum EM $=$ spatio ECHK $= \int qdt = ax$, erit EP $= x$. Porro, ducta AN normali ad AD, ut sit CD $[\sqrt{(2at - tt)}]$: AD $[a] =$ AC $[a - t]$: AN $= \left[\frac{aa - at}{\sqrt{(2at - tt)}}\right]$, & abscindatur

Yyyyyy 2 PQ=

(c) Neminem debet morari, quod, differentiando æquationem $sdx = adt$, dx sumatur constans, cum antea ds posita fuit constans in æquatione $-aaddy = sdsdx$. Nam æquatio differentialis $sdx = adt$, cum sit primi gradus, per se nullam quantitatem differentialem constantem supponit, adeoque in illa quælibet quantitas differentialis pro constante assumi potest. Sed etiam sine nova differentiatione potest res confici, & comparatio institui inter duas æquationes $sdx = adt$, & $ds = adx : \sqrt{(2at - tt)}$, hoc modo. Per priorem est $dx = adt : s$, qui valor ipsius dx in altera substitutus præbet $ds = aadt : s\sqrt{(2at - tt)}$, sive $sds = aadt : \sqrt{(2at - tt)}$, & integrando $\frac{1}{2}ss = \int(aadt : \sqrt{(2at - tt)}) = ap$ [posito $\int(adt : \sqrt{(2at - tt)}) = p$]. Hinc $s = \sqrt{2ap} =$ [per priorem æquationem] $adt : dx$; unde $dx = adt : \sqrt{2ap}$; quæ æquatio eodem recidit ac ista $a^3 : 2qq = \int(adt : \sqrt{(2at - tt)}) = p$, sive $q = \sqrt{a^3} : \sqrt{2p} = aa : \sqrt{2ap}$; in qua, ob factam æquationem $qdt = adx$, supponitur $dx = qdt : a = adt : \sqrt{2ap}$.

No. CIII. PQ = AN, erit area QPEL $= \int((aadx - atdx) : \sqrt{(2at - tt)}) = ay$; idcirco facta ER $= a$, & rectangulo ES = QPEL $= ay$; erit RS, seu PT $= y$; dum EP $= x$; adeoque punctum T in curva quæsita ET; in quo puncto radius circuli osculatoris, sive $dxds : - ddy$ erit q; & $sq = au$ (d).

(d) Est enim $sdx = adt$, & qdt vel $sq = au$. $= adx$. Hinc $sqdtdx = aadtdx$,

---

ARTIC. XXI.

Demonstratio analytica Constructionis mechanicarum curvarum omnium, ope Logarithmicæ & alterius curvæ algebraïcæ per tractionem describendæ; quæ tradita est in Actis Lips. 1696, *pag.* 263. *

SInt [*Fig.* 29] CG = AE $= x$, GD $= u$, longitudo fili FGH = AC = GE, GH = FE $= p$, DH $= \sqrt{(pp - uu)}$; æquatio construenda $ady = tdx$; ubi t detur per x. Ex natura tangentis GH est diff. HD $\left[\frac{pdp - udu}{\sqrt{(pp - uu)}}\right]$: diff. CD $[dx + du]$ = HD $[\sqrt{(pp - uu)}]$: GD $[u]$; hinc $updp - uudu = ppdx - uudx + ppdu - uudu$, seu $updp = ppdx - uudx + ppdu$. Sit $bu = pq$, & $du = (pdq + qdp) : b$ erit $ppqdp : b = ppdx - ppqqdx : bb + p^3dq : b + p^2qdp : b$, sive $ppdx - ppqqdx : bb = - p^3dq : b$, aut $bbdx - qqdx = - bpdq$; seu $dx : p = - bdq :$ (bb

* N°. LXX, pag. 727.

$(bb - qq)$ (*). Pone $bb - qq = b^4 : rr$, erit, $dx : p = - dr : \surd(rr - bb)$. Pone $r = (zz + bb) : 2z$, erit $dx : p = \pm dz : z$, seu $abdx : p = \pm abdz : z$. Fiat jam comparatio inter tdx & $abdx : p$; item inter ady & $\pm abdz : z$, eritque $t = ab : p$, seu $p = ab : t$, & $dy = \pm bdz : z$, adeoque $y =$ Log. z, vel $\pm$ Log. $bb : z$, cum subtangens est b. Habetur autem z ex p, u, q, & r; nempe $z = b\sqrt{\frac{p-u}{p+u}}$ (b); quod suppeditat Constructionem paulo differentem ab ea, quæ præscribitur in dicto loco *Actorum Lips.* Fiet autem prorsus eadem Constructio, si statuatur æqualitas inter tdx & $2abdx : p$, sicut inter ady & $2abdz : z$; tunc enim erit $p = 2ab : t$, & $y =$ [ponendo subtangentem Logarithmicæ $b = 1$] Log. $zz =$ Log. $\frac{p-u}{p+u} = l(p-u) - l(p+u)$; quod est id quod præcipit dicta Constructio. No. CIII.

(a) Sine novis substitutionibus hæc quantitas $- bdq : (bb - qq)$ resolvi potest in duo differentialia logarithmica $- \frac{1}{2} dq : (b-q)$ & $- \frac{1}{2} dq : (b+q)$; unde erit [ponendo $tdx = 2abdx : p$] $- abdq : (b - q) - abdq : (b + q) = ady$, & $y = l(b - q) - l(b+q) = l\frac{b-q}{b+q} =$ [quia $q = bu : p$] $l\frac{p-u}{p+u}$.

(b) Quia $q = bu : p$, est $bb - qq = (bbpp - bbuu) : pp = b^4 : rr$. Hinc $r = bp : \surd(pp - uu) = (zz + bb) : 2z$, id est, $zz = 2bpz : \surd(pp - uu) - bb$, & $z = bp : \surd(pp - uu) \pm \surd(bbpp : (pp - uu) - bb) = (bp \pm bu) : \surd(pp - uu) = b\sqrt{\frac{p-u}{p+u}}$ vel $b\sqrt{\frac{p+u}{p-u}}$.

ARTICUL. XXII.

Observatiuncula singularis ad praxin Calculi differentialis, ejusque usus in radiis osculi inveniendis.

Confer. Nus. XCIV, pag. 888, & CI, pag. 975.

SI latus quadrati minoris sit x, & majoris $x+dx$; erit quadratum minus xx, & majus $xx+2xdx+dx^2$; adeoque differentiale ipsius xx est $2xdx+dx^2$; hoc est, [quia ordinarie dx infinities minus est ipso x] $2xdx$, omisso dx^2. Sed ubi x infinities minor est ipsa dx, [quod ubique fit in scaturigine quantitatis fluentis x, quando minor x est absolute nihil, seu o, & major x est $o+dx$], patet $2xdx$ potius evanescere debere respectu dx^2, adeoque differentiale ipsius xx non esse $2xdx$, sed potius dx^2. Ex. gr. in quadrante circuli, posito radio r, & tangente minore y, majore $y+dy$; erit secans minor $\sqrt{(rr+yy)}$, & differentia secantium $ydy:\sqrt{(rr+yy)}$, quamdiu videlicet y est quantitas. Sed si applicatio fieri debeat ad initium quadrantis, ubi y est o, & minor secans radius; erit secantium differentia, id est, differentia radii & proximæ secantis, sive lineola illa quæ designat conatum centrifugum corporis in circulo gyrantis, seu denique subtensa evanescens anguli contactus, non $ydy:\sqrt{(rr+yy)}$ sed $dy^2:2\sqrt{(rr+yy)}=dy^2:2r$. Fingatur quadrans hic applicari curvæ alicui BE [*Fig.* 30], ita ut punctum B sit in curvæ peripheria, BA curvæ perpendicularis, & BC coincidat cum tangente: patet si BD quoque cadat super ipsam curvam, seu si anguli contactus utrinque æquentur; fore hunc circulum illum ipsum,

No. CIII.

ipsum, qui curvam hanc osculari dicitur: unde ad radium osculi inveniendum, nil aliud requiritur, quam ut subtensa anguli contactus quoque in ipsa curva [observata hac differentiandi regula] quæratur, & deinde cum $dy^2 : 2r$ adæquetur, ad habendum r. Prius autem relatio punctorum curvæ respectu rectæ perpendicularis per datum punctum transeuntis quærenda hoc modo: Sint BE, CG [*Fig.* 31] duæ applicatæ, BF curvæ perpendicularis occurrens productæ CG in H, & CD normalis ipsi BF: vocentur AE $= p$, EB $= q$, EF $= m$, AF $= p + m = l$, BF $= n = \sqrt{(qq + mm)}$, AG $= t$, GC $= z$, BD $= x$, DC $= y$. Ob similitudinem triangulorum BEF, FGH, CDH; est EF $[m]$: EB $[q] =$ GF $[t - l]$: GH $[\frac{qt - ql}{m}] =$ CD $[y]$: DH $[\frac{qy}{m}]$; item EF $[m]$: BF $[n] =$ GF $[t - l]$: FH $[\frac{nt - nl}{m}] =$ CD $[y]$: CH $[\frac{ny}{m}] =$ GC $+$ GH $= z + (qt - ql) : m$; unde $ny = mz + qt - ql$. Sed BD $+$ DH $[x + qy : m] =$ BF $+$ FH $[n + (nt - nl) : m]$; quare $mx + qy = mn + nt - nl =$ [ob $l - m = p$] $nt - np$; hinc $t = p + (mx + qy) : n$; quo valore in æquatione $ny = mz + qt - ql$ substituto, habetur $ny = mz + pq + (qqy + qmx) : n - ql = mz - mq + (qqy + qmx) : n$. Hinc $z = q + (nny - qqy) : mn - qx : n =$ [ob $nn - qq = mm$] $q + my : n - qx : n$. (*). Ergo in æquatione, quæ relationem t ad z exprimit, loco t & z ponantur eorum

(*) Ductis DO ipsi BE, & DP ipsi AG parallelis; ipsæ AG $[t]$ & GC $[z]$ facillime sic determinantur: Ob parallelas BE, DO, est BF $[n]$: EF $[m] =$ BD $[x]$: EO $[\frac{mx}{n}]$. Item BF $[n]$: BE $[q] =$ DF $[n - x]$: DO seu PG $[q - qx : n]$, & ob triangula BEF, DPC similia, BF $[n]$: BE $[q] =$ DC $[y]$: DP seu OG $[\frac{qy}{n}]$; item BF $[n]$: EF $[m] =$ DC $[y]$: CP $[\frac{my}{n}]$ quare AG $=$ AE $+$ EO $+$ OG $= p + mx : n + qy : n = t$, & GC $=$ PG $+$ CP $= q - qx : n + my : n = z$.

No. CIII. rum valores, ubi præter indeterminatas x & y non nisi constantes reperiuntur p, q, m, n. Hac ergo differentiata juxta specialem nostram regulam, invenitur ratio dx ad dy in ipso puncto B. Non vero opus est progredi in hoc negotio, nisi ad illa membra in quibus reperitur dy^2, neglectis omnibus reliquis ubi est $dxdy$ dx^2, dy^3, &c.; cum hæc illo sint infinities minora.

Exemplum in Parabola.

Æquatio est $at = zz$; facta substitutione habetur $ap + (aqy + amx) : n = qq + (2qmy - 2qqx) : n + (mmyy - 2qmxy + qqxx) : nn$, & differentiando $(aqdy + amdx) : n = (2qmdy - 2qqdx) : n + mmdy^2 : nn$; & quia ex natura Parabolæ, ob $a = 2m$, destruunt se mutuo $aqdy : n$ & $2mqdy : n$; fiet, his elisis, $amdx = -2qqdx + mmdy^2 : n$, sive $mmdy^2 : n = amdx + 2qqdx = 2mmdx + 2qqdx = 2nndx$, hoc est, $dx = mmdy^2 : 2n^3$. Supra vero in circulo reperta fuit CD, seu $dx = dy^2 : 2r$. Quare $mmdy^2 : 2n^3 = dy^2 : 2r$, hoc est, $r = n^3 : mm$. Confer. *Acta Lips.* m. Jan. 1691, pag. 22 *.

Generaliter pro omnibus Paraboloidibus cujusvis gradus: Esto $a^{s-1}t = z^s$; facta substitutione loco t & z, habetur $a^{s-1}p + (a^{s-1}qy + a^{s-1}mx) : n = q^s + (sq^{s-1}my - sq^sx) : n + \frac{s.s-1}{2} q^{s-2}mmyy : nn$, &c. [nec enim opus est procedere ulterius]; ubi deletis utrinque $a^{s-1}qy : n$ & $sq^{s-1}my : n$, [propter $a^{s-1} = sq^{s-2}m$, ex natura Parabolæ], & differentiatis reliquis, fit $a^{s-1}mdx : n = -sq^sdx : n + \frac{s.s-1}{2} q^{s-2}mmdy^2 : nn$, seu $dx = \frac{s.s-1}{2} q^{s-2}mmdy^2 : (a^{s-1}mn + sq^sn) =$ [propter $q^s = a^{s-1}p$] $\frac{s.s-1}{2} q^{s-2}mmdy^2 : (a^{s-1}mn + sa^{s-1}pn) =$ [ob $a^{s-1} =$

s-q

* No. XLI, pag. 441.

$sq^{s-2}m$] $\frac{1}{2}(s-1)mdy^2 : (mn+spn) =$ [ex hyp.] $dy^2 : 2r$; unde habetur $r = (mn+spn) : (sm-m) =$ [ob $sp =$ subtangentem Parabolæ, quæ vocetur u] $(mn+un) : (sm-m)$ ([b]); quod hanc facillimam constructionem suppeditat. Ex puncto I, [*Fig.* 32] ubi tangens BI secat axem, excitetur axi perpendicularis IK, cui occurrat BF in K, erit $FK = sr - r = (mn + un) : m$. Conf. Constructio particularis in Parabola *Act. Lipſ.* 1692, p. 210 *, & generalis D. *March.* HOSPITALII, *Anal. Infin. parv.* p. 85. No. CIII.

Hoc pacto radius osculi cujusvis curvæ in ejus vertice cum x & $y = 0$, & curva ad axem perpendicularis dicto citius invenitur. Ex. gr. *In Parabola*, $ax = yy$; etenim differentiando habetur $adx = dy^2$, & $dx = dy^2 : a = dy^2 : 2r$; unde $r = \frac{1}{2}a$.

In Ellipsi aut Hyperbola, $abx \mp bxx = ayy$; differentiando fit $abdx = ady^2$, seu $dx = dy^2 : b = dy^2 : 2r$; unde $r = \frac{1}{2}b$.

In Curva $y^3 - x^3 = axy$; differentiando habetur $dy^3 = adxdy$, seu $dy^2 = adx$; id est, $dx = dy^2 : a = dy^2 : 2r$; unde $r = \frac{1}{2}a$. Vid. HOSPITAL. *Anal. inf. parv.* pag. 15.

NB. Quia differentiando scribendum est dy pro y, dy^2 pro y^2, dy^3 pro y^3, $dxdy$ pro xy, dx^2dy pro x^2y, &c. potest ipsa æquatio brevitatis ergo sine mutatione retineri, & tantum per x & y quantitates infinite parvæ intelligi; per y tamen etiam quantitas infinite

(b) Si pro a^{s-1} substituatur $sq^{s-2}m$, quæ ipsi æqualis est, ex natura Parabolæ; æquatio transit in hanc $spq^{s-2}m + (sq^{s-1}my + sq^{s-2}mmx) : n = q^s + (sq^{s-1}my - sq^s x) : n + \frac{s.s-1}{2} q^{s-2} mmyy : nn$ seu $spm + smmx : n = qq - sqqx : n + \frac{s.s-1}{2} mmyy : nn$, vel [ob $mm + qq = nn$] $spm + snx = qq + \frac{s.s-1}{2} mmyy : nn$, quæ differentiata dat $sndx = \frac{s.s-1}{2} mmdy^2 : nn$, id est, $dx = \frac{1}{2}(s-1) mmdy^2 : n^3 = dy^2 : 2r$. Hinc $r = n^3 : (s-1) mm$.

* N°. XLIX, pag. 496.

No. CIII. rum valores, ubi præter indeterminatas x & y non nisi constantes reperiuntur p, q, m, n. Hac ergo differentiata juxta specialem nostram regulam, invenitur ratio dx ad dy in ipso puncto B. Non vero opus est progredi in hoc negotio, nisi ad illa membra in quibus reperitur dy^2, neglectis omnibus reliquis ubi est $dxdy$ dx^2, dy^3, &c.; cum hæc illo sint infinities minora.

Exemplum in Parabola.

Æquatio est $at = zz$; facta substitutione habetur $ap + (aqy + amx):n = qq + (2qmy - 2qqx):n + (mmyy - 2qmxy + qqxx):nn$, & differentiando $(aqdy + amdx):n = (2qmdy - 2qqdx):n + mmdy^2:nn$; & quia ex natura Parabolæ, ob $a = 2m$, destruunt se mutuo $aqdy:n$ & $2mqdy:n$; fiet, his elisis, $amdx = -2qqdx + mmdy^2:n$, sive $mmdy^2:n = amdx + 2qqdx = 2mmdx + 2qqdx = 2nndx$, hoc est, $dx = mmdy^2:2n^3$. Supra vero in circulo reperta fuit CD, seu $dx = dy^2:2r$. Quare $mmdy^2:2n^3 = dy^2:2r$, hoc est, $r = n^3:mm$. Confer. *Acta Lipf.* m. Jan. 1691, pag. 22 *.

Generaliter pro omnibus Paraboloidibus cujusvis gradus: Esto $a^{s-1}t = z^s$; facta substitutione loco t & z, habetur $a^{s-1}p + (a^{s-1}qy + a^{s-1}mx):n = q^s + (sq^{s-1}my - sq^sx):n + \frac{s.s-1}{2}q^{s-2}mmyy:nn$, &c. [nec enim opus est procedere ulterius]; ubi deletis utrinque $a^{s-1}qy:n$ & $sq^{s-1}my:n$, [propter $a^{s-1} = sq^{s-2}m$, ex natura Parabolæ], & differentiatis reliquis, fit $a^{s-1}mdx:n = -sq^sdx:n + \frac{s.s-1}{2}q^{s-2}mmdy^2:nn$, seu $dx = \frac{s.s-1}{2}q^{s-2}mmdy^2:(a^{s-1}mn + sq^sn) =$ [propter $q^s = a^{s-1}p$] $\frac{s.s-1}{2}q^{s-2}mmdy^2:(a^{s-1}mn + sa^{s-1}pn) =$ [ob $a^{s-1} =$

s.q

* No. XLI, pag. 441.

$sq^{s-2}m$] $\frac{1}{2}(s-1)mdy^2 : (mn+spn) =$ [ex hyp.] $dy^2 : 2r$; unde habetur $r = (mn+spn) : (sm-m) =$ [ob $sp =$ subtangentem Parabolæ, quæ vocetur u] $(mn+un) : (sm-m)$ (b); quod hanc facillimam constructionem suppeditat. Ex puncto I, [*Fig.* 32] ubi tangens BI secat axem, excitetur axi perpendicularis IK, cui occurrat BF in K, erit $FK = sr - r = (mn + un) : m$. Conf. Constructio particularis in Parabola *Act. Lipf.* 1692, p. 210 *, & generalis D. *March.* HOSPITALII, *Anal. Infin. parv.* p. 85. No. CIII.

Hoc pacto radius osculi cujusvis curvæ in ejus vertice cum x & $y = 0$, & curva ad axem perpendicularis dicto citius invenitur. Ex. gr. *In Parabola*, $ax = yy$; etenim differentiando habetur $adx = dy^2$, & $dx = dy^2 : a = dy^2 : 2r$; unde $r = \frac{1}{2}a$.

In Ellipsi aut Hyperbola, $abx \mp bxx = ayy$; differentiando fit $abdx = ady^2$, seu $dx = dy^2 : b = dy^2 : 2r$; unde $r = \frac{1}{2}b$.

In Curva $y^3 - x^3 = axy$; differentiando habetur $dy^3 = adxdy$, seu $dy^2 = adx$; id est, $dx = dy^2 : a = dy^2 : 2r$; unde $r = \frac{1}{2}a$. Vid. HOSPITAL. *Anal. inf. parv.* pag. 15.

NB. Quia differentiando scribendum est dy pro y, dy^2 pro y^2, dy^3 pro y^3, $dxdy$ pro xy, dx^2dy pro x^2y, &c. potest ipsa æquatio brevitatis ergo sine mutatione retineri, & tantum per x & y quantitates infinite parvæ intelligi; per y tamen etiam quantitas infinite

(b) Si pro a^{s-1} substituatur $sq^{s-2}m$, quæ ipsi æqualis est, ex natura Parabolæ; æquatio transit in hanc $spq^{s-2}m + (sq^{s-1}my + sq^{s-2}mmx) : n = q^s + (sq^{s-1}my - sq^s x) : n + \frac{s.s-1}{2} q^{s-2} mmyy : nn$ seu $spm + smmx : n = qq - sqqx : n + \frac{s.s-1}{2} mmyy : nn$, vel [ob $mm + qq = nn$] $spm + smx = qq + \frac{s.s-1}{2} mmyy : nn$, quæ differentiata dat $sndx = \frac{s.s-1}{2} mmdy^2 : nn$, id est, $dx = \frac{1}{2}(s-1) mmdy^2 : n^3 = dy^2 : 2r$. Hinc $r = n^3 : (s-1) mm$.

* N°. XLIX, pag. 496.

No. CIII. infinite major quam per x: tum quantitates homogeneæ invicem comparandæ, reliquis omnibus infinite minoribus neglectis, ad habendum x, quod denique æquandum ipsi $yy : 2r$. Ratio operationis ex eo perspicitur, quod in initio ipsarum x & y, coincidant x & dx, nec non y & dy ([c]).

Exemplum in Conchoide.

Æquatio est $x^4 - 2(a+c)x^3 + (4ac + cc + yy)xx - 2a(cc + yy)x + aayy = 0$, ubi, positis x & y infinite parvis, sed tamen x infinities adhuc minore quam y, patet omnia membra evanescere, præter duo ultima $-2accx + aayy$; sic ut tota æquatio sit $-2accx + aayy = 0$; e qua habetur $x = ayy : 2cc = yy : 2r$; unde tandem fit $r = cc : a$ in vertice. Et generaliter in quovis puncto $r = n \times (2p^3m - 3appm - 3cppm + 4acpm + ccpm + pqqm - ppqq - accm + 2apqq - aqqm - aaqq) : (6apqq + 6cpqq - 6ppqq - 4acqq - ccqq - q^4 - 4pqqm - ppmm + 2apmm + 4aqqm - aamm)$.

Ad tegendum artificium & compendifaciendam solutionem, in æquatione curvæ, quæ relationem coordinatarum t & z, vel p & q exprimit, neglecto termino cognito si adsit, substitue tantum loco t^s vel p^s, $+ sp^{s-1} mx : n + \frac{s.s-1}{2} p^{s-2}$

([c]) Hoc ipsum, sine ope calculi differentialis, ex Elementis EUCLIDIS colligi potest. Ex his enim constat, quod si ex dato puncto C [*Fig.* 33] ad circuli peripheriam ducatur tangens BC, & alia quæ eandem secet in punctis D, F; rectangulum sub CD & CF futurum sit æquale quadrato tangentis BC; unde sequitur, si puncta B & D sint infinite propinqua, ut ratio inter BC & ED, nec non inter CF & DF, & inter CD & BE fiat ratio æqualitatis; fore rectangulum sub BE & DF æquale quadrato ipsius ED; adeoque si ponamus rectam secantem CF transire per centrum Circuli A, & arcum circularem BD coincidere cum arcu elementari curvæ cujusdam, cujus coordinatæ initiales sint BE $= x$, ED $= y$, posito axe BA in puncto B ad curvam BD perpendiculari, & radius circuli BA sit $= r$, erit $2rx = yy$, sive $x = yy : 2r$, aut $r = yy : 2x$, & $x : y = y : 2r$. Patet etiam, ob angulum BDE infinite parvum, abscissam BE [x] infinities esse minorem applicata ED [y].

$p^{s-2}qqyy : nn$; loco z^u vel q^u, $-uq^u x : n + \frac{u.u-1}{2} q^{u-2} mmyy : nn$, & loco $t^s z^u$ vel $p^s q^u$, $(sp^{s-1} q^u mx - up^s q^u x) : n + (\frac{s.s-1}{2} p^{s-2} q^{u+2} yy + sup^{s-1} q^u myy + \frac{u.u-1}{2} p^s q^{u-2} mmyy) : nn$; omissis videlicet omnibus reliquis terminis, in quibus aut neutra indeterminatarum x & y, aut y unius, aut trium pluriumve, aut x duarum, trium, pluriumve dimensionum reperitur; quo facto erit valor ipsius $yy : 2x$ in p, q, m, n radius quæsitus osculi.

Vel compendiosius, ponatur loco $p^s = + sp^{s-1} mnx + s.(s-1) p^{s-2} qqyy$, loco $q^u = - uq^u nx + u(u-1) q^{u-2} mmyy$; loco $p^s q^u = + sp^{s-1} q^u mnx - up^s q^u nx + s(s-1) p^{s-2} q^{u+2} yy + 2sup^{s-1} q^u myy + u(u-1) p^s q^{u-2} mmyy$, & tum valor $yy : x$ erit radius osculi. (d).

(d) Ut ratio hujus operationis manifesta fiat, fingatur æquatio generalis exprimens relationem coordinatarum AE, EB, esse $0 = Ap^a q^b + Bp^c q^e +$ &c. ubi A, B, &c. significant coefficientes terminorum; a, b, c, e, &c. indices potestatum indeterminatarum p & q; quorum aliqui possunt esse $= 0$. Designetur quilibet horum terminorum [neglecto coefficiente] per $p^s q^u$. Quibus positis, æquatio exprimens relationem coordinatarum AG, GC erit $At^a z^b + Bt^c z^e +$ &c. $= 0$, quorum terminorum singuli neglectis coefficientibus exprimantur etiam per $t^s z^u$. Sed quia $t = p + (qy + mx) : n$, & $z = q + (my - qx) : n$; erit $t^s = p^s + sp^{s-1} \times (qy + mx) : n + \frac{s.(s-1)}{2} p^{s-2} \times (qqyy + 2mqyx + mmxx) : nn +$ &c. Similiter erit $z^u = q^u + uq^{u-1} \times (my - qx) : n + \frac{u(u-1)}{2} q^{u-2} \times (mmyy - 2mqyx + qqxx) : nn +$ &c. adeoque $t^s z^u = p^s q^u + sp^{s-1} q^u \times (qy + mx) : n + \frac{s.(s-1)}{2} p^{s-2} q^u \times (qqyy +$ &c.$) : nn + up^s q^{u-1} \times (my - qx) : n + sup^{s-1} q^{u-1} \times (qmyy +$ &c.$) : nn + \frac{u(u-1)}{2} p^s q^{u-2} \times (mmyy -$ &c.$) : nn +$ &c. Ubi notandum primo, quia per

No. CIII. Vel adhuc brevius: æquatione tota ad unam partem conſtituta, & neglecto termino quem neutra indeterminatarum ingreditur; fiat fractio, in cujus numeratore pro ſingulis fp^s membris reponatur $+fsp^{s-1}m$, & in denominatore $+(1-s)sfp^{s-2}qq$; pro ſingulis gq^u in numeratore $-guq^u$; in denominatore $+(1-u)$

per x & y intelliguntur quantitates infinite parvæ, quarum tamen y infinities major eſt quam x; poſſe omnes terminos per &c. deſignatos negligi; deinde poſſe etiam negligi terminum $p^s q^u$, in quem neutra indeterminatarum x & y ingreditur, quia omnes termini $p^s q^u$ ſimul ſumti, id eſt, $Ap^a q^b + Bp^c q^e +$ &c. $= 0$; tertio poſſe quoque negligi terminos $sp^{s-1} qu \times qy : n$, ſeu $sp^{s-1} q^{u+1} y : n$, quod ex natura rectæ BF ad curvam perpendicularis conſequitur; nam $dp : dq = q$ [BE]: m [EF]. Sed æquatio generalis differentiata præbet $Aap^{a-1} q^b dp + Bcp^{c-1} q^e dp +$ &c. $+ Abp^a q^{b-1} dq + Bep^c q^{e-1} dq +$ &c. $= 0$; id eſt, $dp : dq = Abp^a q^{b-1} + Bep^c q^{e-1} +$ &c: $- Aap^{a-1} q^b - Bcp^{c-1} q^e -$ &c. $= q : m$; multiplicatis extremis & mediis, omnibuſque terminis ad unam partem tranſpoſitis, erit $Ambp^a q^{b-1} + Bmep^c q^{e-1} +$ &c. $+ Aap^{a-1} q^{b+1} + Bcp^{c-1} q^{e+1} +$ &c. $= 0$, id eſt, ſubſtitutis s & u pro a & b, item pro c & e &c. erunt omnia $mup^s q^{u-1} + sp^{s-1} q^{u+1}$ per ſuos reſpective coefficientes multiplicata $= 0$. Reſtabunt igitur, in æquatione generali, ſoli termini qui per x & yy multiplicantur, nempe $sp^{s-1} q^u mx : n + s(s-1)p^{s-2} q^{u+2} yy : 2nn - up^s q^u x : n + sup^{s-1} q^u myy : nn + u(u-1)p^s q^{u-2} mmyy : 2nn = t^s z^u$. Quia vero omnia $t^s z^u = 0$, erunt illa adhuc $= 0$, ſi per $2nn$ multiplicentur, aut pro ſingulis $t^s z^u$ ponatur $2sp^{s-1} q^u mnx + s(s-1)p^{s-2} q^{u+2} yy - 2up^s q^u nx + 2sup^{s-1} q^u myy + u(u-1)p^s q^{u-2} mmyy$; ex quibus omnibus, ſi eruatur valor ipſius x, erit $r = yy : 2x$, vel ſi pro $2x$ ponatur x, ita ut ſit $t^s z^u = sp^{s-1} q^u mnx + s(s-1)p^{s-2} q^{u+2} yy - up^s q^u nx + 2sup^{s-1} q^u myy + u(u-1)p^s q^{u-2} mmyy$, erit $r = yy : x$.

$-u)ngq^{u-2}mm$; pro singulis hp^sq^u, in numeratore $hsp^{s-1}q^um$ No. CIII.
$-hup^sq^u$, in denominatore $+(1-s)hp^{s-2}q^{u+2}-2suhp^{s-1}q^um$
$+(1-u)up^sq^{u-2}mm$; eritque, ut denominator fractionis ad ejus numeratorem, sic u ad r, seu BF ad radium osculi.

Seu si variatis litteris, more consueto, æquatio exprimatur in x & y; denotante x abscissam, y applicatam, & insuper z subperpendicularem EF, nec non exponens potestatis x in quolibet membro dicatur m, ipsius y in quolibet membro n; reponendum erit pro singulis fx^m, $+fmx^{m-1}z$ in numeratore, & $+(1-m)mfx^{m-2}yy$ in denominatore; pro singulis gy^n, $-gny^n$ in numeratore, & $+(1-n)nqy^{n-2}zz$ in denominatore; pro singulis hx^my^n, in numeratore $hmx^{m-1}y^nz-hnx^my^n$ & in denominatore $+(1-m)mhx^{m-2}y^{n+2}-2mnhx^{m-1}y^nz+(1-n)nhx^my^{n-2}zz$. Tum vero ut denominator ad numeratorem, sic BF ad radium osculi. Quæ est Regula exhibita in *Act. Lipf.* 1700, pag. 508 & seqq. *.

Si Curva in initio ipsarum x axi perpendicularis, radius osculi in vertice sic invenitur. In æquatione naturam curvæ exprimente ponatur pro x ubique $yy:2r$, & sublatis fractionibus dividatur æquatio per y quoad fieri potest; quo facto

1°. Si y evanescat, vel ex tota æquatione, vel ex duobus tantum pluribusve ejus membris, rejectis reliquis, quæratur valor ipsius r secundum illa quæ remanent.

2°. Si y evanescat ex uno solo, deleantur omnia reliqua, præter illud, vel illa, in quo, vel quibus, y minimum dimensionum numerum habet; ac quæratur tum valor ipsius y exprimendus per fractionem aliquam, cujus numerator unum tantum, denominator aut unum aut plura membra habere potest:

α. Si r in numeratore tot vel plures dimensiones habet, quot habet ad summum in denominatore, tum $r=0$.

β. Si r non reperiatur in numeratore, $r=\infty$.

* N°. XCIV, pag. 888.

No. CIII. γ. Si r in numeratore & plures habet dimensiones & pauciores, quam alicubi habet in denominatore, $r = 0$ & ∞ ([e]).

Hæc

([e]) Hæc regula paulo aliter enuntiata sic facile demonstratur. Sit æquatio generalis naturam curvæ exprimens $Ax^a y^b + Bx^c y^e + Cx^f y^g + Dx^h y^k +$ &c. $= 0$. Substituatur ubique $yy:r$ pro x, [ubi per r intelligatur non radius, sed diameter circuli osculatoris] & habebitur $Ay^{2a+b} r^{-a} + By^{2c+e} r^{-c} + Cy^{2f+g} r^{-f} + Dy^{2h+k} r^{-h} +$ &c. $= 0$. In hac æquatione seligantur termini, in quibus y est minimarum dimensionum; hi erunt vel unus, vel plures.

1°. Si plures, ex. gr. tres, designentur illi per $Ay^{2a+b} r^{-a} + By^{2c+e} r^{-c} + Cy^{2f+g} r^{-f}$; positis nempe $2a+b = 2c+e = 2f+g = 2h+k-l$, &c. existentibus l &c. numeris affirmativis; dividatur æquatio per y^{2a+b}; eritque $Ar^{-a} + Br^{-c} + Cr^{-f} = 0$; nam quia y supponitur $= 0$, reliqui termini $Dy^l +$ &c., in quibus y reperitur, evanescunt; radix igitur æquationis $Ar^{-a} + Br^{-c} + Cr^{-f} = 0$, dabit valorem finitum diametri circuli osculatoris.

2°. Si in unico tantum termino reperitur y minimarum dimensionum, sit ille $Ay^{2a+b} r^{-a}$, dividatur æquatio per y^{2a+b}; eritque $Ar^{-a} + By^{2c+e-2a-b} r^{-c} + Cy^{2f+g-2a-b} r^{-f} + Dy^{2h+k-2a-b} r^{-h} +$ &c. $= 0$. Ubi statim liquet r non posse habere valorem finitum: evanescerent enim, ob y infinite exiguam, omnes termini præter Ar^{-a}, qui solus foret $= 0$, contra hypothesin. Sunt igitur adhuc alii termini, [unus vel plures,] in quibus y reperitur minimarum dimensionum cum termino Ar^{-a} comparabiles: ponatur $2c+e-2a-b = l$; $2f+g-2a-b = m$; $2h+k-2a-b = n$, erit $Ar^{-a} + By^l r^{-c} + Cy^m r^{-f} + Dy^n r^{-h} +$ &c. Hic si inter numeros l, m, n, &c. solus l sit omnium minimus, erit $Ar^{-a} + By^l r^{-c} = 0$, reliquis terminis $Cy^m r^{-f} + Dy^n r^{-h}$, &c. evanescentibus; hinc $-Ar^{c-a} : B = y^l = 0$; quod ostendit, si $c-a$ sit numerus affirmativus, esse $r = 0$; sed si sit negativus, esse $r = \infty$.

3°. Si duo indices sint minimi & æquales, puta $l = m$; erit $Ar^{-a} + By^l r^{-c} + Cy^l r^{-f} = 0$, reli-

Hæc ex occasione observationis quod pro differentiali ipsius xx aliquando non ponendum sit $2xdx$, sed dx^2. Altera observatio est, quod loco differentialis xx, nonnunquam ponendum sit nec $2xdx$ nec dx^2, solum, sed potius utrumque $2xdx + dx^2$; nempe tum cum x determinatur ad aliquem valorem, in quo ipsum $2xdx$ ab alia æquationis parte destruitur. Sic differentiale $\sqrt{(2ax - xx)}$, in casu $x = a$, non est $(adx - xdx) : \sqrt{(2ax - xx)} = 0\, dx : a$; sed potius $(2adx - 2xdx - dx^2)$, $2\sqrt{(2ax - xx)} = - dx^2 : 2a$; quia quamvis dx^2 evanescit respectu $2xdx$, non tamen evanescit respectu $2adx - 2xdx$; quin potius hoc, ceu purum nihil, evanescit respectu illius. Hinc radius osculi, ex. gr. in Ellipsi, reperitur ad summum punctum, cum $x = \frac{1}{2}a$, semissi nempe axis transversi. Æquatio est $abx - bxx = ayy$; differentiando habetur $abdx - 2bxdx - bdx^2 = 2aydy$; id est, [quia $abdx$ & $-2bxdx$ se destruunt] $-bdx^2 = 2aydy$, & $dy = -bdx^2 : 2ay = -bdx^2 : 2a\sqrt{(bx - bxx : a)} = -bdx^2 : a\sqrt{ab}$, sive $-dy = bdx^2 : a\sqrt{ab} = dx^2 : 2r$; unde $r = a\sqrt{ab} : 2b$ (f). No. CIII.

reliquis terminis præ his evanescentibus, hinc $-Ar^{-a} : (Br^{-c} + Cr^{-f}) = y^l = 0$, vel $-A : (Br^{a-c} + Cr^{a-f}) = 0$; unde sequitur 1°. si $a - c$, & $a - f$ sint numeri negativi fore $r = 0$, 2°. Si sint affirmativi fore $r = \infty$. 3°. Si alteruter numerorum $a - c$ & $a - f$ sit affirmativus, & alter negativus, hoc est, si a sit inter c & f medius, fore r & $= 0$, & $= \infty$.

(f) Ponitur $-dy = dx^2 : 2r$, loco $dx = dy^2 : 2r$; quia æquatione ab axe transverso Ellipsis ad axem conjugatum translata, dx transit in $-dy$, & dy in dx.

ARTI-

ARTICUL. XXIII.

Inventio Subtangentis & Subnormalis per præcedentem Methodum.

Conf. N^us. XCIV, pag. 891.

QUærenda ſit tangens in puncto B [*Fig.* 34]? Ducatur per B recta BH parallela axi, & poſitis conſtantibus $AE = x$, $BE = y$, conſiderentur BH & HI ut indeterminatæ, quarum illa ſit $= t$, hæc $= z$; erit ergo $AL = x + t$, & $LI = y + z$: cum igitur eadem ſit relatio inter AL & LI quæ inter AE & EB, ſeu x & y; poterit, in æquatione data, loco x ſubſtitui $x + t$, & $y + z$ loco y; nec non loco x^m, $x^m + mx^{m-1}t +$ &c. & $y^n + ny^{n-1}z +$ &c. loco y^n, & loco $x^m y^n$, $x^m y^n + nx^m y^{n-1} z + mx^{m-1} y^n t$; neglectis ſcilicet reliquis terminis in quibus t & z, aut junctim reperiuntur, aut plures una dimenſiones habent; cum omnes illi termini evaneſcunt, ubi t & z infinite parvæ concipiuntur. Et quia termini illi, in quibus nec t nec z reperiuntur, ſunt illi ipſi qui dati ſunt in æquatione, adeoque ſe mutuo deſtruunt; ſunt & illi delendi, ſic ut pro x^m tantum ponendum ſit $mx^{m-1}t$, pro y^n tantum $ny^{n-1}z$, & pro $x^m y^n$ tantum $nx^m y^{n-1} z + mx^{m-1} y^n t$; unde loco formulæ æquationis $fx^m + gy^n + hx^p y^q + a = 0$ ſubſtituendum $mfx^{m-1}t + ngy^{n-1}z + qhx^p y^{q-1}z + phx^{p-1}y^q t = 0$; unde fiet $t : z = -ngy^{n-1} - qhx^p y^{q-1} : mfx^{m-1} + phx^{p-1}y^q$; quare, cum t & z exiſtentibus infinite parvis, $t : z = GE : EB = EB : EF$; erit $-ngy^{n-1} - qhx^p y^{q-1} : mfx^{m-1} + phx^{p-1}y^q = GE : EB\,[y] = EB\,[y]\, EF$; quare ſubnormalis $EF = (mfx^{m-1} + phx^{p-1}y^q) : (-ngy^{n-2} - qhx^p y^{q-2})$; ſubtangens $EG = (-ngy^n - qhx^p y^q)$:

$- qhx^p y^q) : (mfx^{m-1} + phx^{p-1}y^q)$, & $AG = EG - EA = (-ngy^n - qhx^p y^q) : (mfx^{m-1} + phx^{p-1}y^q) - x = (-ngy^n - qhx^p y^q - mfx^m - phx^p y^q) : (mfx^{m-1} + phx^{p-1}y^q)$. Iidem valores harum linearum possunt quoque vulgari calculo differentiali inveniri. No. CIII.

ARTICUL. XXIV.

Extensio Methodi præcedentis pro radiis osculi inveniendis ad illas quoque æquationes algebraicas, in quibus occurrunt quantitates surdæ pluri-membres, ut non opus sit surditatem ex æquatione tollere; sive Demonstratio Regulæ in Act. Lipſ. 1700, *pag.* 511, § 3, * *exhibitæ.*

Quia positis [*Fig.* 31] $AE = x$, $EB = y$, $EF = z$, $BD = t$, & $CD = u$, reperta fuit $AG = x + (yu + zt) : n$ & $GC = y + (zu - yt) : n$; erit EG seu $dx = (yu + zt) : n$, & $dy = (zu - yt) : n$;] adeoque $dx^2 = yyuu : nn$, & $dy^2 = zzuu : nn$; evanescentibus reliquis, propter $u = \infty t$. Quibus præmissis, esto quantitas surda in æquatione $\sqrt[p]{(x^l + a)}$; ad quam rite differentiandam, pono $f = \sqrt[p]{(x^l + a)}$, erit $f^p = x^l + a$, & differentiando $pf^{p-1}df + \frac{p.p-1}{2} f^{p-2} df^2 = lx^{l-1}dx$

 $+ l.l-1$

* N°. XCIV, pag. 891, Obſ. III.

No. CIII. $+\frac{l.l-1}{2}x^{l-2}dx^2 +$ &c. seu $pf^{p-1}df = lx^{l-1}dx + \frac{l.l-1}{2}x^{l-2}dx^2 - \frac{p.p-1}{2}f^{p-2}df^2$ & dividendo, $df = lx^{l-1}dx : pf^{p-1} + \frac{l.l-1}{2} x^{l-2}dx^2 : pf^{p-1} - (p-1)df^2 : 2f$ & [ponendo $llx^{2l-2}dx^2 : ppf^{2p-2}$ loco df^2 ([a])] $df = lx^{l-1}dx : pf^{p-1} + \frac{l.l-1}{2}x^{l-2}dx^2 : pf^{p-1} - (p-1)\, llx^{2l-2}dx^2 : 2ppf^{2p-1} =$ diff. ipsius $\sqrt[p]{(x^l + a)}$. Jam ponatur $zt : n$ loco dx [neglecto yu, ut pote quod est incomparabile ipsi uu] & $yyuu : nn$ loco dx^2, fiet diff. $\sqrt[p]{(x^l + a)} = lx^{l-1}zt : pf^{p-1}n + \frac{l.l-1}{2} yyuu : pf^{p-1}nn - (p-1)\, llx^{2l-2}yyuu : 2ppf^{2p-1}nn$, e quibus statuendum est ab una parte $lx^{l-1}zt : pf^{p-1}n$, & ab altera $\frac{1}{2}(1-l)\,lx^{l-2}yyuu : pf^{p-1}nn + (p-1)\, llx^{2l-2}yyuu : 2ppf^{2p-1}uu$; unde cum $uu : zt = r$, sequitur loco $f = \sqrt[p]{(x^l + a)}$ surrogandum esse ([b]) in numeratore fractionis $lx^{l-1}z : pf^{p-1}$, & in denominatore $(1-l)\,lx^{l-2}yy : pf^{p-1} + (p-1)\, llx^{2l-2}yy : ppf^{2p-1}$.

([a]) Ponitur $llx^{2l-2}dx^2 : ppf^{2p-2}$ pro df^2; quia quadrando æquationem $df = lx^{l-1}dx : pf^{p-1} + \frac{l(l-1)}{2}x^{l-2}dx^2 : pf^{p-1} - (p-1)df^2 : 2f$, provenit $df^2 = llx^{2l-2}dx^2 : ppf^{2p-2} +$ &c. ubi reliqui termini per &c. designati respectu primi evanescunt.

([b]) Quemadmodum t & u, ubi sunt $=0$, conveniunt cum dt & du; sic etiam in hoc casu f convenit cum df, & hæc surrogatio fit non tam pro $\sqrt[p]{(x^l + a)}$, quam pro $\sqrt[p]{(t^l + a)}$; quod ex supra dictis cum his collatis melius intelligetur.

ARTI-

ARTICUL. XXV.

Invenire Radios osculi in Curvis per Focos descriptis.

I *Modus.*

Sint [*Fig.* 35] AB, BC æquales curvæ particulæ; G, H, I, &c. foci per quas descripta est; BN radius osculi, in eoque assumptum punctum S. Productæ intelligantur AB & GC ad communem occursum in M, & angulo BGC æqualis concipiatur angulus MBD; nec non centro B per C descriptus arculus LCD secans BM & BD, in L & D, & sit DE parallela GM. Poro esto GO perpendicularis GB, eique parallela SV. Appellentur autem $GB = x$, $HB = y$, $IB = z$; $BN = r$, $BS = a$; AB vel $BC = ds$, $BK = dx$: quibus positis, erit ang. $BDE = MBD + BMC = BGC + BMC = ABG$; quare triangula ABK & BDE sunt similia & æqualia, & $DE = BK = dx$; adeoque $CF - DE = ddx$; hinc $BV : BS\,[a] = BF : BC = CF - DE\,[ddx] : CD\,[\frac{a\,d\,dx}{BV}]$; nec non $BN\,[r] : BC\,[ds] = BC\,[ds] : CL\,[\frac{ds^2}{r}]$; adeoque totus arcus $LD = CL + CD = ds^2 : r + addx : BV$. Igitur $BL\,[ds] : LD\,[\frac{ds^2}{r} + \frac{addx}{BV}] = BG\,[x] : BF\,[\frac{x.BV.ds^2 + arxddx}{r.BV.ds}]$; & quia $BV : BS\,[a] = BF\,[\frac{x.BV.ds^2 + arxddx}{r.BV.ds}] : BC\,[ds]$, erit $ddx = (r.BV^2.ds^2$

Aaaaaaa 2 — ax;

No.CIII. $- ax.BV.ds^2):aarx$. Eodem modo si ducantur ST & SW perpendiculares ipsis BH & BI, reperitur $ddy = (r.BT^2.ds^2 - ay.BT.ds^2):aary$; & $ddz = (r.BW^2.ds^2 - az.BW.ds^2):aarz$. Rursus FC $[dx]$: BC $[ds]$ = SV : BS $[a]$, unde $dx = SV.ds:a$, & similiter $dy = ST.ds:a$, & $dz = SW.ds:a$.

Esto jam æquatio ad curvam $bx^l + cy^m + ez^n =$ const. cujus differentiale $blx^{l-1}dx + cmy^{m-1}dy + enz^{n-1}dz = 0$; iterumque differentiando $blx^{l-1}ddx + bl(l-1)x^{l-2}dx^2 + cmy^{m-1}ddy + cm(m-1)y^{m-2}dy^2 + enz^{n-1}ddz + en(n-1)z^{n-2}dz^2 = 0$, ubi substitutis valoribus ddx, ddy, ddz, ut & dx^2, dy^2, dz^2, & facta divisione per $ds^2:aar$, habetur $blx^{l-2}.BV^2.r - ablx^{l-1}.BV + bl(l-1)x^{l-2}.SV^2.r + cmy^{m-2}.BT^2.r - acmy^{m-1}.BT + cm(m-1)y^{m-2}.ST^2.r + enz^{n-2}.BW^2.r - aenz^{n-1}.BW + en(n-1)z^{n-2}.SW^2.r = 0$, vel [quia $BV^2 = BS^2 - SV^2 = aa - SV^2$, &c.] $aablx^{l-2}r + bl(l-2)x^{l-2}.SV^2.r - ablx^{l-1}.BV + aacmy^{m-2}r + cm(m-2)y^{m-2}.ST^2.r - acmy^{m-1}.BT + aaenz^{n-2}r + en(n-2)z^{n-2}.SW^2.r - aenz^{n-1}.BW = 0$, adeoque $r = (blx^{l-1}.BV + cmy^{m-1}.BT + enz^{n-1}.BW)a : (aablx^{l-2} + bl(l-2)x^{l-2}.SV^2 + aacmy^{m-2} + cm(m-2)y^{m-2}.ST^2 + aaenz^{n-2} + en(n-2)z^{n-2}.SW^2)$.

II *Modus*.

Idem per novum differentiandi modum obtinetur ita. Sunto rursum [*Fig.* 36] GO, SV, perpendiculares ipsi GB, & huic parallela CE secans BS in L; sitque CD perpendicularis ipsi BS; & centro C, radio CE, descriptus arcus EF secans ductam GC in F. Quibus positis, sunto $GB = x$, $GO = p$, $BO = q$, $BD = t$, $CD = u$. Erunt GO $[p]$: BO $[x]$ = EO $[p - GE]$: EL $\left[\frac{px - x.GE}{p}\right]$ = CD $[u]$: DL $\left[\frac{xu}{p}\right]$. Item GO $[p]$: BO $[q]$ = EO $[p - GE]$: LO $\left[\frac{pq - q.GE}{p}\right]$ = CD $[u]$:

CL

No. CIII.

CL $[\frac{qu}{p}] = EC - EL = EC - x + \frac{x}{p} GE$. Hinc $GE = (qu + px - p.EC) : x$. Sed $BD + DL [t + xu : p] = BO - OL [q - \frac{pq - q.GE}{p} = \frac{q}{p} GE]$; unde denuo $GE = (pt + xu) : q = (qu + px - p.EC) : x$; quod dat $EC [FC] = x - xt : q + (qqu - xxu) : pq = x - xt : q + ppu : pq = x + (pu - xt) : q$. Fingatur C infinite prope accedere ad B; fient CD, BD, GE, GF infinite parvæ; sed BD & GF infinities minores ipsis CD & GE: Est vero tunc GF tertia proportionalis ad $2EC$, vel $2GB$ & GE; nempe $2GB [2x] : GE [\frac{xu}{q}$, quia pt respectu xu evanescit$] = GE [\frac{xu}{q}] : GF [\frac{xuu}{2qq}]$. Quare $GC = FC + GF = x + (pu - xt) : q + xuu : 2qq$. Jam quia GB est minor x, & GC major x, potest in æquatione data pro x poni $x + (pu - xt) : q + xuu : 2qq$, & pro x^l, $(x + (pu - xt) : q + xuu : 2qq)^l = x^l + (lx^{l-1} pu - lx^l t) : q + lx^l uu : 2qq + \frac{1}{2} l (l-1) x^{l-2} ppuu : qq +$ &c. $=$ [propter $p = x.SV : BV$ & $q = ax : BV$] $x^l + (lx^{l-1}.SV.u - lx^{l-1}.BV.t) : a + lx^{l-2}.BV^2.uu : 2aa + \frac{1}{2} l (l-1) x^{l-2}.SV^2.uu : aa +$ &c. Similiter pro y^m & z^n ponantur respondentes valores; unde pro $f = bx^l + cy^m + cz^n$, pono $bx^l + (blx^{l-1}.SV.u - blx^{l-1}.BV.t) : a + (blx^{l-2}.BV^2.uu + bl(l-1) x^{l-2}.SV^2.uu) : 2aa +$ &c. $+ cy^m + (cmy^{m-1}.ST.u - cmy^{m-1}.BT.t) : a + (cmy^{m-2}.BT^2.uu + cm(m-1) y^{m-2}.ST^2.uu) : 2aa +$ &c. $+ ez^n + (enz^{n-1}.SW.u - enz^{n-2}.BW.t) : a + (enz^{n-2}.BW^2.uu + en(n-1) z^{n-2}.SW^2.uu) : 2aa +$ &c. $= f$; & subtracta æquatione priore a posteriore remanebit prioris differentia $(blx^{l-1}.SV.u - blx^{l-1}.BV.t) : a +$ &c. $= 0$: in qua termini qui denominantur ab u [cæteris omnibus neglectis, quippe qui infinities sunt minores] inter se adæquati, & divisi per $u : a$, exhibent æquationem $blx^{l-1}.SV + cmy^{m-1}.ST + enz^{n-1}SW = 0$; quæ determinat perpendicularem curvæ BS. Si vero, hac insuper habita, termini a t & uu denominati [qui secum invicem sun-

No. CIII. ſunt comparabiles, ſequentibus vero omnibus infinities majores] inter ſe adæquentur (a), determinabit æquatio radium oſculi. In quem finem termini qui habent t ſtatuendi ſunt ab una, & qui uu ab altera parte, ita: $(blx^{l-1}.BV.t + cmy^{m-1}.BT.t + enz^{n-1}.BW.t) : a = (blx^{l-2}.BV^2 + bl(l-1)x^{l-2}.SV^2 + cmy^{m-2}.BT^2 + cm(m-1)y^{m-2}.ST^2 + enz^{n-2}.BW^2 + en(n-1)z^{n-2}.SW^2) \times uu : 2aa$; factaque convenienti multiplicatione & diviſione, $r =$ [cum ſit $BD : DC = DC : 2r$] $\frac{uu}{2t} = (ablx^{l-1}.BV + acmy^{m-1}.BT + aenz^{n-1}.BW) : (blx^{l-2}.BV^2 + bl(l-1)x^{l-2}.SV^2 + cmy^{m-2}.BT^2 + cm(m-1)y^{m-2}.ST^2 + enz^{n-2}.BW^2 + en(n-1)z^{n-2}.SW^2)$..

Inventus igitur eſt radius oſculi, & quidem ut ſupra.

III *Modus.*

Sit rurſus in ſimili Schemate [niſi quod nunc GP perpendicularis ipſi BS] $GB = x$, $GP = q$, $BP = p$, $BD = t$, $CD = u$. Erunt, producta CD donec occurrat ipſi GB in N, $BP[q] : GP[p] = BD[t] : DN[\frac{pt}{q}]$; $GR = CN = CD + DN = u + pt : q$; $RP = GP - GR = p - u - pt : q$; $RP + DC =$ [ducta CQ parallela ad BS] $RQ = p - pt : q$; $GP[p] : GB[x] = RQ[p - pt : q] : RC[x - xt : q]$; $GB[x] : GP[p] = GR[u + pt : q] : RE[pu : x + ppt : qx]$; $GB[x] : BP[q] = GR[u + pt : q] : GE[(qu + pt) : x]$; $FC = EC = RC + RE = x - xt : q + pu : x + ppt : qx = x + pu : x + (ppt - xxt) : qx = x + (pu - qt) : x$; $GF = GE^2 : 2EC = qquu : 2x^3$ [evane-

(a) Id eſt; ſi in æquatione $(blx^{l-1}.SV.u + cmy^{m-1}.ST.u + enz^{n-1}.SW.u) : a = 0$ ſubtracta ab æquatione $(blx^{l-1}.SV.u - blx^{l-1}.BW.t +$ &c.$) : a = 0$, termini a t & uu denominati inter ſe adæquentur.

vanescentibus reliquis terminis in numeratore & denominatore], No. CIII.
GC [major x] $= FC + GF = x + (pu - qt) : x + qquu : 2x^3$. Quare major $x^l = x^l + lx^{l-2} - lx^{l-2}qt + \frac{1}{2}lx^{l-4}qquu + \frac{1}{2}l(l-1)x^{l-4}ppuu +$ &c. $=$ [ob $p = x.SV : a$ & $q = x.BV : a$] $= x^l + lx^{l-1}.SV.u : a - lx^{l-1}.BV.t : a + lx^{l-2}.BV^2.uu : 2aa + l(l-1)x^{l-2}.SV^2.uu : 2aa$, &c. ut supra; unde & cætera, ut ibi.

IV *Modus.*

Major $x = GC = \sqrt{(GQ^2 + QC^2)} = \sqrt{((GP + PQ)^2 + (BP - BD)^2)} = \sqrt{(pp + 2pu + uu + qq - 2qt + tt)}$; unde major $x^l = (pp + 2pu + uu + qq - 2qt + tt)^{\frac{1}{2}l} = (xx + 2pu + uu - 2qt + tt)^{\frac{1}{2}l} = x^l + lx^{l-2}pu + \frac{1}{2}lx^{l-2}uu - lx^{l-2}qt + l(\frac{1}{2}l - 1)x^{l-4}ppuu =$ [ob $p = x.SV : a$ & $q = x.BV : a$] $x^l + lx^{l-1}.SV.u : a + lx^{l-1}.BV.t : a + \frac{1}{2}lx^{l-2}uu + l(\frac{1}{2}l - 1)x^{l-2}.SV^2.uu : aa =$ [ob $\frac{1}{2}lx^{l-2} = lx^{l-2}aa : 2aa = (lx^{l-2}.BV^2 + lx^{l-2}SV^2) : 2aa$] $x^l + lx^{l-1}.SV.u : a - lx^{l-1}.BV.t : a + (lx^{l-2}.BV^2.uu + l(l-1)x^{l-2}.SV^2.uu) : 2aa$, ut supra.

ARTICUL. XXVI.

Inventio Centri Tensionis.

Conf. N°. XCVIII, pag. 932, & CI, pag. 976.

SIt LG [*Fig.* 37] compages funium rectorum parallelorum æquidistantium, ejusdem crassitiei & longitudinis, alligatorum lineæ rigidæ inflexili BG, rotabili circa axem G: Hæc aperi-

No. CIII. aperiatur angulo quocunque BGH; sic funis LB extendetur in BH, funis MD in DI, funis NF in FK &c. Sublata autem subito vi tendente, magna pernicitate sese contrahent; quæ quidem continuo augetur, ob continuam actionem vis retrahentis. Sint jam tensiones BH, DI, FK, contractæ ad BC, DE, FT; erunt celeritates acquisitæ punctorum C, E, T, ut tensiones BC, DE, FT; adeoque virga inflexilis GC, cui alligati sunt funes, nil impedit quominus cum his celeritatibus pergere possint. Accedant autem novi impulsus a vi retrahente CS, EQ, TR, unde puncta C, E, T, appellerent simul ad S, Q, R, si soluti funes essent; sed quia illigati virgæ GC, non possunt simul reperiri in S, Q, R, propter vires retrahentes [hoc est tendentes] CS, EQ, TR, tensionibus BC, DE, FT, non proportionales: unde vires hæ sic moderabuntur actiones mutuas in se invicem, ut puncta C, E, T simul appellant ad P, Q, V; parte residua virium, velut PS, translata velut in RV; existente tamen intermedio quodam fune, velut DE, cui nihil nec aufertur, nec additur; hoc est, qui, sive seorsim, sive junctim cum cæteris resorbeatur; eodem momento ad Q accedit. Et hujus funis DE punctum alligationis E appello *Centrum Tensionis*; quod sic invenitur. Sit [*Fig.* 38] AEC Curva Tensionis, hoc est, BC, DE [eædem quæ in *Fig.* 37,] funium tensiones, & AB, AD vires tendentes, quibus vires retrahentes æquantur; sitque $BC = x$, $DE = p$, $GC = nx$, $GE = np$, $AB = y$, $AD = q$; unde cum vires retrahentes quoque exponantur per CS & EQ, erit etiam $CS = y$, & $EQ = q$; & $DE [p] : BC [x] = EQ [q] : CP [\frac{qx}{p}]$; unde $PS = CS - CP = y - qx : p$; & quia [similiter atque in demonstratione generalissima Centri Oscillationis ex natura vectis, Vid. *Mem. de l'Acad. des Sciences*, 1703 *,] omnia producta ex latitudine funis seu elemento ipsius GC, ex distantia ipsa GC, & ipsa PS, debent æquari

* N°. XCVIII, pag. 934. & seq.

æquari nihilo, hinc erit $\int(ndx.nx.($
$\int(nnxydx - nnqxxdx:p) = 0$, sive
p, indeque $q:p = 3\int xydx:x^3$; qu
AEC, detur q per p, & y per x, c
Nominatim si AEC sit Paraboloides,
p^m, fiet $p^{m-2} = q:p = 3\int xydx:x^3 =$
$(m+2)$; adeoque $p = x\sqrt[m-1]{(3:(}$
DE $=$ GC : GE $= 1 : \sqrt[m-1]{(3:(m+}$
stans, cujuscunque sit longitudinis x
quoque GH : GI $=$ GC : GE; proi
re resorbebitur, sive sibi relicta, sive
hat; atque adeo I erit centrum tensi
fiet GI $=$ [posita GH $= 1$] $\frac{3}{4}$; si m
$m = 4$, GI $= \sqrt[3]{(1:2)}$; si $m =$
Idem procedit quoque, sive solæ fib
toto triangulo BGH comprehensæ la
curva quam Paraboloides, variabit
x; unde GE & GI non æquabuntur
cujus omnes & singulæ partes [sive se
reliquarum laxetur] eodem tempo
in tali hypothesi dari poterit *Centrum*
potest inveniri tempus, quo fibra B
angulus BGH resorbetur, ita: Sit C
BC in C $= z$; erit tempusculum, q
sumitur, $= dx:z$; unde, posito te
erit, per ostensa in Articulo IX †, in
to tempusculo $= zdz:a$, quod incr
bet ipsi CP $= qx:p$; quare $zdz:a$
inventa] $3dx\int xydx:xx$; adeoque $zz:$
& $zz = 6a\int(dx\int xydx:xx)$, & $z =$
$dx:z = dx:\sqrt{(6a\int(dx\int xydx:x x}$

† Pag. 1031, 1032.

Fig. 29. Fig. 30. Fig. 32. Fig. 33. Fig. 35.

No. CIII. mentum dx abſorbetur; quod adeo eſt in ratione compoſita ex directa ipſius dx, & reciproca radicis quadratæ ſpatii curvilinei, cujus applicata eſt $\int xydx : xx$; unde ſi cum tempuſculo quo particula proportionalis alterius longioris vel brevioris fibræ, hoc eſt, majoris minoriſve anguli BGH abſumitur, comparetur, eo modo quo factum in Artic. IX *, obſervabitur diſcrimen temporum, quibus inæquales anguli abſorbentur, dependere a concavitate aut convexitate curvæ, cujus applicata $= \int xydx : xx$.

Eodem modo invenitur *Centrum tenſionis*, ſi loco virgæ GH ſubſtituatur aſſer curvilineus GIHFLG [*Fig.* 39], cujus applicata HF vocatur t; reperitur enim $q : p = \int txydx : \int txxdx$ (a); quod relationem exhibet conſtantem ipſius GI ad GH, ſi GLF quoque ſit Parabola. Etenim poſito $t = x^n$, ſicut $y = x^m$, & $q = p^m$; fiet $p^{m-1} = (n+3)x^{m-1} : (m+n+2)$, & $p = x. \sqrt[m-1]{\frac{n+3}{m+n+2}}$; & $x : p = 1 : \sqrt[m-1]{\frac{n+3}{m+n+2}}$.

(a) Quia numerus funium applicatæ HF alligatorum, quorum extremitates rotantur per arcus circulares habentes radios æquales ipſi HG, proportionalis eſt ipſi applicatæ HF; ideo erit $\int (nntxydx - nnqtxxdx : p) = 0$, ſeu $\int txydx = \frac{q}{p} \int txxdx$.

* Supra pag. 1030, & ſeq.



ARTI-

ARTIC. XXVII.

Artificium impellendi Navem a principio motus intra ipsam Navem concluso.

NAuta stans in littore firmo potest conto propellere navem: at stans in ipsa navi non potest, quia quantum illam prorsum impellit, tantundem illam pedibus carinæ innixus retrorsum pellit: unde vulgo existimant, non posse motum induci corpori a principio intra ipsum concluso. At sequens machina hujus rei possibilitatem ostendit. In navicula A [*Fig.* 40] sit BC tabulatum firmum, perfecte elasticum, puta chalybeum aut reticulatum, cui appensum sit in B pendulum BP, cum annexo pondere P, itidem elastico; quod dum descendit per quadrantem PC, impellit tabulatum, & cum illo totum navigium proram versus; ac postmodum reflectitur, & redescendendo repetit suos ictus. Ne vero motus sensim languescat; sed id, quod tum absumptum fuit a resistentia aeris, tum communicatum navigio, reparetur, atque pendulum semper ad initium quadrantis reascendat, mediante automato, ut in horologiis pendulis fieri solet, obtineri potest. Quoniam autem pendulum navem non tantum in C antrorsum impellit, sed & in locis intermediis quadrantis extensione fili BP, tum a gravitate annexi ponderis P, tum ab ejus conatu centrifugo facta, navem oblique retrahit; hinc utriusque hujus impulsus contrarii quantitas calculo prius æstimanda est, ut constet utra alteri prævaleat.

Sit altitudo descensus perpendicularis penduli, seu ejus longitudo [*Fig.*41] BC $= a$, exposita per triangulum KLM, tempus descensus perpendicularis per BC exponatur per KL $= t$; erit celeritas ejus in fine casus LM $= 2a:t$ (*); unde si tempus descensus & ascen-

(*) Notum est ex Theoria *Galilæana*, quod in hypothesi gravitatis constantis,

No. CIII. ascensus penduli per quadrantem sive integræ oscillationis dicatur T, fiet impulsio navis proram versus $= 2aT : t$ ([b]). Videamus nunc impulsum contrarium puppim versus, & quidem profectum

1°. *A vi gravitatis.* Sit tempusculum constans KS = ZL = dt; erit $tt : dt^2 = a : \frac{adt^2}{tt}$ = KSV vi gravitatis, quæ exponatur per PE: hinc si motus per PE resolvatur in duos alios PD & PF, & motus per PD rursum in duos PG & PH, atque vocentur BI $= x$, IP $= y$, QP $= ds$; fiet BP $[a]$: PI $[y]$ = PE$[\frac{adt^2}{tt}]$: PD$[\frac{ydt^2}{tt}]$: item BP $[a]$: BI$[x]$ = PD $[\frac{ydt^2}{tt}]$: PH $[\frac{xydt^2}{att}]$; & quia celeritates in P & C sunt ut radices altitudinum IP, BC, celeritas autem in C = LM $= 2a : t$, adeoque spatium ista celeritate tempusculo dt peractum æquale rectangulo ZM $= 2adt : t$, & spatium eodem tempusculo altera celeritate transactum QP $= ds$; erit $\sqrt{}$BC$[\sqrt{a}]$: $\sqrt{}$IP$[\sqrt{y}]$ = rectang. ZM $[\frac{2adt}{t}]$: QP$[ds]$; unde $2dt\sqrt{ay} : t = ds$, & $dt = tds : 2\sqrt{ay}$; adeoque PH [impulsio navis puppim versus a vi gravitatis tempusculo dt impressa] $= xydt^2 : tt = xydsdt : 2at\sqrt{ay} = xdsdt\sqrt{ay} : 2aat$. Quare si omnes præcedentes impulsiones repræsententur per spatium curvilineum N, & celeritas per illas ultimo acquisita per rectam z, significabit triangulum characteristicum $\alpha\beta\gamma$ ([c]) ipsum ultimum impulsum BH $= xdsdt\sqrt{ay} : 2aat$,

stantis, si tempora descensuum perpendicularium exponantur per rectas KL, KZ, KS; celeritates acquisitæ exponi possint per applicatas alicujus trianguli LM, ZY, SV, & spatia percursa per ipsa triangula KLM, KZY, KSV.

([b]) Per impulsionem navis proram versus, quæ ponitur $2aT : t$, intelligitur spatium quod navis celeritate $2a : t$ lata, tempore T, in aqua non resistente percurreret: quemadmodum paulo post per vim gravitatis intelligitur spatiolum, quod grave recta descendendo, primo tempusculo dt, percurrit, quodque per triangulum KSV repræsentatur.

([c]) Quia per omnes præcedentes impulsiones a spatio curvilineo N repræsentatas intelligitur ipsarum effectus, seu spatium a navi toto harum impulsionum tempore puppim versus descriptum; manifestum est, quod

$2aat$; qui proinde si dividatur per $\frac{1}{2}a\beta = \frac{1}{2}dt$, dabit incrementum celeritatis $\beta\gamma$, sive $dz = xds\sqrt{ay} : aat =$ [per naturam circuli] $ady\sqrt{ay} : aat = dy\sqrt{ay} : at$; unde $z = 2y\sqrt{ay} : 3at$, & $zdt = 2ydt\sqrt{ay} : 3at =$ [expungendo dt] $yds : 3a$ (d) $= -adx : 3a = -dx : 3$, ac proinde spatium N, seu $\int zdt = \frac{1}{3}a - \frac{1}{3}x$; id est, respectu totius quadrantis $= \frac{1}{3}a$; quare summa impulsionum in descensu per quadrantem $= \frac{1}{3}a$, & totidem in ascensu: quod facit impulsum totalem a vi gravitatis navi, tempore T, puppim versus impressum $= \frac{2}{3}a$. No. CIII.

2°. *A Penduli conatu centrifugo.* Sit [*Fig.* 42] QD tangens circuli, adeoque PD conatus centrifugus, qui rursum resolvatur in duos conatus alios PG & PH; illorum hic in trahenda nave puppim versus occupatur, ille in premenda nave deorsum versus aquam absumitur. Est vero, ut constat, $PD = PQ^2 : 2BP = ds^2 : 2a$; unde $BP[a] : BI[x] = PD\left[\frac{ds^2}{2a}\right] : PH\left[\frac{xds^2}{2aa}\right] =$ [ob $ds^2 = 2dt\sqrt{ay} : t$] $= xdsdt\sqrt{ay} : aat$; quæ precise dupla est alterius impressionis PH a vi gravitatis profectæ (e): unde

 & to-

quod si ultimo tempusculo dt nullus novus accederet impulsus, navis eadem celeritate z, quam ultimo acquisivit, pergeret moveri, & hoc ultimo tempusculo percurreret spatium repræsentatum per parallelogrammum $\lambda\mu\beta\alpha$; sed quia, ob accedentem novum impulsum, spatium curvilineum N non solo parallelogrammo $\lambda\mu\beta\alpha$, sed adhuc trilineo $\alpha\beta\gamma$ augetur; ideo hoc trilineum pro effectu ultimi impulsus habendum est.

(d) Eadem æquatio $zdt = yds : 3a = -dx : 3$, aliter sic invenitur: Ponatur $PE = g =$ follicitationi gravitatis, erit $PD = gy : a$, $PF = gx : a$, $PH = gxy : aa$. Sit velocitas penduli in $P = v$, cujus elementum cum sit in ratione vis acceleratricis PF & temporis quo describitur elementum arcus QP, erit illud, seu $dv = gxdt : a$, & $QP = ds = vdt$: hinc $vdv = gxds : a =$ [per naturam circuli] gdy, & $\frac{1}{2}vv = gy$, seu $v = \sqrt{2gy}$; hinc $dt = ds : v = ds : \sqrt{2gy}$. Posita jam celeritate puppim versus, quam navis ab actione virium retrahentium PH $= gxy : aa$ acquisivit, $= z$, erit $dz = gxydt : aa = gxyds : aa2\sqrt{gy}$ [ob $xds = ady$] $= gydy : a\sqrt{2gy} = dy\sqrt{gy} : a\sqrt{2}$. Ergo $z = y\sqrt{2gy} : 3a$, & $zdt = yds : 3a = -dx : 3$.

(e) Aliter etiam potest ostendi impulsum a vi centrifuga ortum duplum

No. CIII. & totalis impulsus conatus centrifugi tempore T impressus duplus est totius impulsus a vi gravitatis manantis, adeoque $\frac{2}{3}a$ & uterque simul $\frac{2}{3}a + \frac{4}{3}a = 2a$. Ergo si hos impulsus, qui navem tempore T puppim versus impellunt, junctim subtrahas ab illo qui eandem eo tempore proram versus propellit, quique inventus est $2aT : t$, remanet, pro parte efficaci hujus impulsus versus proram, $2aT : t - 2a = 2a(T - t) : t$.

Unde constat fieri hac ratione posse impulsionem navis versus proram, quia T major quam t; & definiri illam posse, modo habeatur utriusque ratio; quæ sic innotescet.

Quia tempusculum dt, quo describitur arcus quadrantis QP vel ds, repertum est $tds : 2\sqrt{ay}$, & $ds =$ [ex natura circuli] $ady : \sqrt{(aa - yy)}$, erit $dt = atdy : 2\sqrt{(a^3y - ay^3)} =$ [posito $ay = uu$] $atdu : \sqrt{(a^4 - u^4)} =$ elemento curvæ Elasticæ, cujus integrale [per Prop. LVII *de Serieb. Infin.* *] est $tu : a + 1.tu^5 : 2.5a^5 + 1.3.tu^9 : 2.4.9a^9 + 1.3.5tu^{13} : 2.4.6.13a^{13} +$ &c. sive [sumto pro toto quadrante y, adeoque & $u = a$] $= t \times (1 + \frac{1}{2.5} + \frac{1.3}{2.4.9} + \frac{1.3.5}{2.4.6.13} +$ &c.$) =$ circiter [per Prop. LVIII *de Serieb. Infin.* †] $\frac{131}{100}t$; unde duplum hujus, scilicet omnia tempuscu-

plum esse ejus qui a vi gravitatis oritur. Sit $f =$ vi centrifugæ, sollicitationi nempe quæ continue agit in pendulum P secundum directionem PD; hæc licet sit variabilis & quadrato celeritatis penduli proportionalis, tamen ut constans potest supponi durante motu qui fit, tempore dt, per arcum infinite parvum QP. Consideretur recta PD ut spatium aliquod finitum a mobili aliquo a vi f uniformiter accelerato tempore dt descriptum; sit p pars aliqua rectæ PD, quam mobile tempore θ percurrit, & v velocitas acquisita in fine hujus temporis; erit ex natura accelerationis $fd\theta = dv$, & integrando $f\theta = v$, hinc $dp\ [= vd\theta] = f\theta d\theta$; & iterum integrando $p = \frac{1}{2}f\theta\theta$; substituatur jam pro p integra recta PD $= ds^2 : 2a$, & dt pro θ, eritque $ds^2 : 2a = \frac{1}{2}fdt^2$; hinc $f = ds^2 : adt^2 =$ [quia $dt = ds : \sqrt{2gy}$ ut in præcedenti Nota ostensum] $2gy : a$. Si igitur f exponatur per rectam PD, erit hæc $2gy : a$, & per consequens PH $= 2gxy : aa$; quæ quantitates duplæ sunt earum quæ in præcedenti Nota inventæ sunt.

* Pag. 964.
† Pag. 966.

pusctula dt, quibus quadrans totus bis percurritur ascendendo & descendendo, nempe $T = \frac{262}{100} t$; adeoque tandem quantitas impulsus penduli versus proram, qui singulis temporibus T imprimitur, nempe $2a(T - t) : t = \frac{324}{100} a =$ [si vis] c. No. CIII.

Ut jam constet, quanta portio hujus impetus communicetur navi ([f]), statuatur pondus penduli $= p$, & pondus navis cum toto suo apparatu reliquo $= n$; erit momentum penduli divisum per summam ponderum ipsius & navis $= pc : (p + n)$; cujus proinde duplum $2pc : (p + n)$ [ob suppositam corporum elasticitatem] denotat quantitatem impetus singulis temporibus T navi communicati.

Ut vero tandem determinetur maxima celeritas navis, quam hoc pacto impulsa acquirere potest, quæque vocetur z; sit pondus molis aquæ, cui navis celeritate $2pc : (p + n)$ lata tempore T impingit $= q$; erit celeritas navis residua post impulsum aquæ $(n - q) \times \frac{2pc}{p + n} : (n + q)$; adeoque pars ejus absumta, hoc est resistentia aquæ $2q \times \frac{2pc}{p + n} : (n + q) = 4pqc : (p + n)(q + n)$. Et quia resistentiæ sunt ut quadrata celeritatum navis, erit $\frac{4ppcc}{(p + n)^2} : zz = \frac{4pqc}{(p + n)(q + n)} : \frac{q(p + n)zz}{pc(q + n)} =$ resistentiæ aquæ, cum navis movetur celeritate maxima z. Unde cum resistentia ista tum navis impulsui $2pc(p + n)$ debet æquari, fiet $q(p + n)zz :$

([f]) Videtur mihi hic calculus emendatione opus habere; nam elasticitas penduli aut tabulati nihil contribuit ad impulsus navi puppim versus impressos & a vi gravitatis & a conatu centrifugo Penduli derivatos: deinde resistentia aquæ non recte computatur, dum ponitur navem æquabili celeritate $2pc : (p + n)$ ferri toto integræ oscillationis tempore T; & demum in fine hujus temporis resistentiam pati æqualem $4pqc : (p + n)(q + n)$; etenim resistentia aquæ agit in navem singulis descensus aut ascensus penduli momentis, & non tum demum cum pendulum in tabulatum impingit; adeo ut navis durante tempore T inæquabili celeritate moveatur. Sed hæc omnia accuratius examinare, ob calculi prolixitatem, nunc non vacat.

No. CIII. $n) zz : pc(q+n) = 2pc : (p+n)$; quod dat $z = pc\sqrt{(2n+2q)} : (p+n)\sqrt{q} = 324ap\sqrt{(2n+2q)} : 100(p+n)\sqrt{q}$. Sit igitur pendulum, quod oscillationibus suis maximis mensuret T minutum secundum; erit ejus longitudo a trium pedum horariorum, qualium 20 circiter a gravi perpendiculariter descendente eodem secundo temporis, experientia teste, transiguntur. Sit item $p+n$ [pondus navis cum toto apparatu] $= 100$, cujus pars centesima sit pondus solius penduli $p = 1$: nec non pondus molis aquæ, cui navis celeritate prima $2pc : (p+n)$ lata tempore T impingit, $q = 1$: erit celeritas prima navis, sive spatium primo tempore T ab illa percussum, $2pc : (p+n) = \frac{2}{100}c = \frac{648}{10000}a = \frac{1944}{10000}$ ped. hor. $= \frac{1}{5}$ pedis horarii circiter; & celeritas maxima, sive spatium tum a nave tempore T transactum $324ap\sqrt{(2n+2q)} : 100(p+n)\sqrt{q} = \frac{9720}{10000}\sqrt{2}$ ped. hor. $= \frac{972 \times 1414}{1000000} = \frac{1375}{1000} = \frac{275}{200} = \frac{55}{40} = \frac{11}{8}$ pedis horarii circiter; unde hac celeritate, tempore unius minuti primi, navis percurret $82\frac{1}{2}$ ped. hor. & tempore integræ horæ. 4950 ped. hor. Reperio etiam, quod, 30 minutis secundis exactis, celeritas Navis jam tanta sit, ut deficiat a maxima vix $\frac{1}{10000}$ pedis; & quod tempore horum minutorum secundorum jam percurrerit $35\frac{1}{2}$ pedes. Si sit rostrata navis, sic ut ratio q ad $n+q$, quæ ante fuit subcentupla, tantum censeatur submillecupla, manebit quidem, ut antea, $2pc : (p+n) = \frac{1}{5}$ ped. hor. circiter, sed celeritas maxima z fiet $\frac{\sqrt{2000}}{100}c = \frac{972\sqrt{2000}}{10000} = 4\frac{347}{1000}$ ped. hor. unde spatium uno minuto primo transactum fit $260\frac{41}{50}$, & integra hora $15649\frac{1}{5}$ ped. hor.

Observandum cæterum, quod dum navis movetur, una secum rapit pendulum, eidemque eundem motum imprimit; adeo ut

ut communis hic motus considerandus sit tanquam abesset, & navis in quiete ictum penduli exciperet: quod moneo, ne quis causare possit, navem, dum in motu est, subducere se penduli ictui, eoque debilius percuti quam alias percuteretur. No. CIII.

ARTICUL. XXVIII.

Curvatura Conoidis in Automato, cui circumplicata catenula rotis horologii motum æquabilem conciliat: Deducta ex illis quæ habentur in Comment. Acad. Reg. 1705, pag. 176. *

SIt Elater in statu naturali XC, [*Fig.* 43] isque a potentia majore *bm* curvetur in XA, a minore *bn* in XB; sic ut extremitas ejus C, dum sese restituit elater, describat curvam ABC, manente altera extremitate fixa in X: Sunt autem AX, BX, CX ejusdem ad sensum longitudinis, propter exiguam elateris crassitiem, eoque tensionem ejus in superficie convexa vix perceptibilem. Sit ANGHI &c. chorda vel catenula annexa extremitati elateris A, & ambiens Spiram conoidis GHIK. Quare dum elater sese restituit ex A in B, convolvitur catena circa AB, adeoque revolvere facit Spiram GHIK circa F, sic ut GH existente $=$ AB, ipsa FH veniat in situm FG, fiatque directioni catenæ AN perpendicularis: unde, cum vis elateris tum ex hypothesi sit bn, erit momentum hujus potentiæ ad circumagendas rotas $= bn \times$ FH, quemadmodum antea erat $= bm \times$ FG: Quare cum momenta semper æqualia ponantur, erit $bm \times$ FG $= bn$

* N°. CII, pag. 976, & seq.

No. CIII. $= bn \times FH$, adeoque $FH : FG = m : n$. Requiritur ergo duntaxat, ut, data potentia bn tendente elaterem, quæratur locus puncti B, hoc est, ut reperiatur curva ABC, quod ita fit. Quia momenta omnia virium tendentium fibras elateris [per ea quæ dicta sunt in *Mem. de l'Acad. des Sciences* 1705, pag. 183 †] sunt $\frac{bb}{tt}\int rtdt = \frac{bb}{\tau\tau}\int\rho\tau d\tau$ [scriptis r & ρ pro eo quod (*) loco citato exponitur per m & μ], & momentum appensæ potentiæ bm, est bmx, aut potentiæ bn, bnx [appellando XN vel XL, x], erit tum $\frac{b}{tt}\int rtdt = mx$, tum $\frac{b}{tt}\int rtdt = nx$; quare cum ex hypothesi detur r per t, dabitur & t per m & x, nec non t per n & x; adeoque & τ dabitur per m & x, aut per n & x, cum utique ρ detur per τ, quod ipsum datur per t, propter $\frac{1}{tt}\int rtdt = \frac{1}{\tau\tau}\int\rho\tau d\tau$. Facto itaque [*Fig.* 44] rectangulo XY, latere XQ $= 1$, & XA $=$ longitudini elateris XC [*Fig.* 43]; constituantur curvæ QR, QρS, &c. nec non XM, XμW, &c. tales, ut sit ubique $NR = bf : \sqrt{(bbff - (f(t+\tau)dx)^2)}$ quatenus t datur per m & x; & $N\rho = bf : \sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)}$ quatenus t datur per n & x, nec non NM & $N\mu = \int(t+\tau)dx : \sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)}$ quatenus t datur per m vel n, & x: Tum abscissis spatiis XNRQ, XLSQ, &c. singulis æqualibus rectangulo constanti XY, erunt XN, XL, &c. $= x$, & spatia XNM, XLW, &c. singula applicata ad unitatem XQ $= y$ (b).
Positio

† Supra, pag. 986.

(a) Significationes litterarum b, t, τ, r [m], ρ [μ] repetendæ sunt ex loco citato *Comment. Acad. Reg.* [pag. 986]. Inspiciatur ibi *Fig.* 5, nempe b significat crassitiem laminæ elasticæ IK vel AB; t tensionem RT fibræ datæ longitudinis f factam a vi tendente $NR = r$ [m]; τ compressionem $\rho\theta$ ejusdem fibræ factam a vi comprimente $N\rho = \rho$ [μ].

(b) Demonstratum est ibidem, æquationem generalem curvæ Elasticæ KAN, existentibus $AD = x$, $DN = y$, $NA = s$, $AH = ds$, esse
dy

Positio ipsarum x & y in 43 Fig. sic determinatur: Facto semicirculo DEX super quavis diametro DX, applicetur in illo XE ut sit DX : XE [$= ds : dx$] $= \frac{bf}{\sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)}} : 1 =$ (c) LS : XQ [*Fig.* 44] & producatur XE [*Fig.* 43] in L, ut sit XL = XL [*Fig.* 44] ac denique erigatur super XL [*Fig.* 43] perpendicularis LB $= y =$ spatio XLW [*Fig.* 44] applicato ad XQ, erit B punctum in curva optata ABC [*Fig.* 43]; & sic tot alia puncta invenientur quot libuerit. Sint itaque A & B puncta satis vicina; Dico, si super FG erigatur triangulum FHG, ut sit GH = AB, & FH $= m \times$ FG : n, fore punctum H in Spira conoidis GHIK; quo pacto & alia ejusdem Spiræ puncta inveniuntur. No. CIII.

Applicatio ad vulgarem tensionis hypothesin.

Sit [Fig. 5. *Mem. de l'Acad.* 1705 *,] linea tensionis & compressionis TVN$v\theta$ una linea recta, & sit $r = t$, ut & $\rho = \tau$, erit $\frac{1}{3}t = \frac{1}{tt}\int rtdt = \frac{1}{\tau\tau}\int\rho\tau d\tau = \frac{1}{3}\tau$; adeoque $t = \tau$: nec non $\frac{1}{3}bt = \frac{b}{tt}\int rtdt = nx$; unde t vel $\tau = 3nx : b$. Quare $dy = dx\int(t+\tau)dx : \sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)} = dx\int\frac{6nxdx}{b}$: $\sqrt{(bbff}$

$dy = dx\int(t+\tau)dx : \sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)}$, seu $bfdy = ds\int(t+\tau)dx$; quare $ds = bfdy : \int(t+\tau)dx = bfdx : \sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)}$, & integrando $s = \int(bfdx : \sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)}) =$ [per constructionem] areæ XNRQ vel XLSQ [*Fig.* 44]; unde si pro s sumatur integra longitudo elateris XC = XA $\times$ 1 = XA $\times$ XQ = rectangulo XY, debebunt singulæ areæ XNRQ, XLSQ, &c. æquales esse rectangulo constanti XY; & quia per eandem constructionem NM vel LW $= \int(t+\tau)dx : \sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)}$, erunt areæ XNM, vel XLW $= \int(dx\int(t+\tau)dx : \sqrt{(bbff - (\int(t+\tau)dx)^2)}) = \int dy$; adeoque ista spatia ad unitatem XQ applicata sunt $= y$.

(c) Quia DX tangit curvam Elasticam XB, ideo erit [positis XL $= x$, XB $= s$] $ds : dx =$ DX : XE.

* Fig. 5, N[o]. CII.

No. CIII. $\sqrt{}(bbff - (\int \frac{6nxdx}{b})^2) = 3nxxdx : \sqrt{}(b^4ff - 9nnx^4) = xxdx :$ $\sqrt{}(\frac{b^4ff}{9nn} - x^4)$, adeoque $ds = \frac{bbf}{3n} dx : \sqrt{}(\frac{b^4ff}{9nn} - x^4)$. Quæ absque quadraturis ope curvæ Lemniscatæ sic construuntur [Vid. *Act. Lips.* 1694, m. Sept. p. 338. †]. Super semi-axe minore AB [*Fig.* 45] $= b\sqrt{}(f:3n)$, statuatur Lemniscata AEDB, nec non Ellipsis BIF, cujus semi-axis major AF sit $= b\sqrt{}(2f:3n)$. Abscindatur in Lemniscata ex nodo ejus A portio AED = longitudini elateris XC, [*Fig.* 43] & subtensæ rectæ AD fiat æqualis AH, & erigatur HI parallela AF, erit recta AD vel AH = x = XL [*Fig.* 43], & FI — AED $= y =$ LB [*Fig.* 43]. Deinde sumta n majore vel minore, fiat rursum $A\beta = b\sqrt{}(f:3n)$, & super $A\beta$ describatur alia Lemniscata $\beta\delta$, & alia Ellipsis $\beta\gamma$; quod fit dummodo trajiciatur ex nodo infinita recta ADγ secans indefinite curvas AEB & BGF in D & G, atque junctis BD, BG, fiant parallelæ $\beta\delta$, $\beta\gamma$, secantes infinitam in δ, γ; hæc enim erunt puncta in nova Lemniscata & Ellipsi. (d).

† N°. LX, pag. 609.

(d) Ratio hujus constructionis manifesta fiet ex Exemplo 1 primæ Regulæ, & Exemplo 1 quartæ Regulæ Articulo II°. horum Posthumorum traditarum, pag. 1000, & 1006.

ARTI-


. XLVII. pag. 1118.


ARTICU


Problema de Curvatura
se mutuo proprio po
sine opere c

SIt Fornix ABC [*Fig.* 46.] c
DKLE figuræ fere parallelogr
nisi quod KL tantillo major sit qua
de exiguæ vel infinite parvæ; & vc
DE [pondus particulæ DL] $= ds$
$= s$. Concipiatur pars fornicis EB
ferioribus AE, CF] sustineri a filis
sustinebit utrumque dimidium ponde
Si porro loco fili HF substernatur fu
in G manebit eadem quæ antea, eri
ctem EF, cujus medio M appensum
$2s$. Quod si oblique trahatur idem ve
gentem fornicis, demissa in LI per
trahens ducta in FI = ponderi app
FE $= s \times$ FE; adeoque potentia s
FI = [propter similia triangula EF
dx; adeoque dicta potentia [proin
DL juxta directionem LK perpendi
$= s\,ds : dx$. Porro considerandum
nicis EBF, lapis DL nullo cæmen
cohærens, proprio pondere cadere
labendo super plano KD, si hoc
vel rotando circa punctum D, si
autem fiat, erit conatus hic descend

Ccc













Fig. 42.







No. CIII. nens lapidem in centro gravitatis ejus, filo OP perpendiculari ad DE] ad pondus lapidis, ut DN ad DE, seu ut dy ad ds; adeoque cum pondus lapidis sit $= ds$, erit descendendi conatus $= dy$. Habemus ergo duas potentias $sds : dx$ & dy; quarum illa lapidem impellit secundum tangentem curvæ IL, ista secundum rectam PO curvæ perpendicularem: momenta autem harum potentiarum variant, prout variat hypothesis, & lapis vel labendo vel rotando descendere conatur ([a]).

1. Si labi conetur lapis, hoc est, ejus partes KD & LE cum omnibus intermediis æquali nisu in rectis ipsi KD parallelis descendere affectent: oportet concipere lapidem instar cunei sese intrudere conantis intra triangulum DQE, qui dum ex KL pervenit in situm DE, hoc est, dum spatium KD absolvit, potentiam prementem secundum IL retropellit longitudine KL — DE; quare, ex natura cunei, vis $dy \times KD = $ vi $\frac{sds}{dx} \times (KL - DE)$, hoc est, [quia KD : KL — DE = DQ : DE = z [radius osculi] : ds] $zdy = sds^2 : dx$, hoc est, [propter $z = ds^3 : dy\,ddx$, posita dy constante] $ds^3 : ddx = sds^2 : dx$, seu $ds : s = ddx : dx$.

2. Si propter impedimentum frictionis in KD rotare conatur lapis circa D; concipiendus est vectis DE, quem potentia $sds : dx$, applicata in extremitate E, impellit secundum directionem IL vel huic parallelam ER, dum potentia dy applicata in vectis medio O eundem impellit juxta directionem PO; quare, ex natura vectis, $sds : dx$ in DR $= dy$ in DO: est vero DR [subtensa anguli contactus ([b])] $= DE^2 : DQ = ds^2 : z$, unde $sds^3 : zdx =$ $dy \times$

([a]) Imo non variant, ut mox ostendetur.

([b]) Subtilis hic est paralogismus. Subtensa anguli contactus DR non est $DE^2 : DQ$, sed $DE^2 : 2DQ$. Nam RD & DQ non in directum jacent, nec angulus contactus RED æqualis est angulo DQE, sed ejus dimidio OQE; quippe RD perpendicularis supponitur ad vectem DE, adeoque parallela rectæ PO vel OQ, posito DQ & EQ esse duos radios circuli osculatoris, & tangentem ER esse perpendicularem ad radium EQ; ita ut anguli RED & OQE sint singuli ejusdem anguli DEQ vel OEQ com-

$dy \times DO = dyds : 2$, adeoque $zdy = 2sds^2 : dx$; hoc est, [propter $z = ds^3 : dyddx$] $ds^3 : ddx = 2sds^2 : dx$. hoc est $ds : 2s = ddx : dx$. No. CIII.

Habemus ergo duas æquationes $ds : s = ddx : dx$, & $ds : 2s = ddx : dx$, seu $sddx - dsdx = 0$, & $2sddx - dsdx = 0$, hoc est, integrando $dx : s = dy : a$, & $dx^2 : s = dy^2 : a$, seu $s = adx : dy$, & $s = adx^2 : dy^2$.

Ad resolvendam priorem; quadretur, ut sit $ssdy^2 = aadx^2$, & addatur $ssdx^2$, erit $ssds^2 = aadx^2 + ssdx^2$, seu $ssds^2 : (aa + ss) = dx^2$, & integrando $\sqrt{(aa + ss)} = x$; indeque $s = \sqrt{(xx - aa)} = adx : dy$; unde $dy = adx : \sqrt{(xx - aa)}$, quod indicat curvam Catenariam, ut habet GREGORIUS *.

Ad resolvendam posteriorem $sdy^2 = adx^2$, addatur ady^2, erit $ady^2 + sdy^2 = ads^2$, hoc est $dy\sqrt{(a + s)} = ds\sqrt{a}$, seu $dy = ds\sqrt{a} : \sqrt{(a + s)}$, & integrando $y = 2\sqrt{(aa + as)}$; indeque $s = (yy - 4aa) : 4a = adx^2 : dy^2$, unde $4aadx^2 = yydy^2 - 4aady^2$ & $2adx = dy\sqrt{(yy - 4aa)}$; cujus ecce Constructiones duæ.

I. *Ope Hyperbolæ*: Fiat hyperbola æquilatera BC, [*Fig.* 47] cujus axis BD, centrum A, semiparameter $AB = 2a$, & $AD = y$, erit $DC = \sqrt{(yy - 4aa)}$; in hac igitur producta capiatur DF = spatio BCD diviso per AB; eritque punctum F in curva optata fornicis BF: quia differentiando habetur Diff. DF = Diff. BCD : AB $= dy\sqrt{(yy - 4aa)} : 2a$, hoc est, $2a \times$ diff. DF $= dy\sqrt{(yy - 4aa)} = 2adx$. Ergo DF $= x$.

II. *Ope Logarithmicæ vel Catenariæ*: Esto [*Fig.* 48] Logarithmica quævis HGBIK, cujus axis NM, & sit applicata BA = subtangenti $= 2a = b$; sumtis indefinite in axe ex utraque parte

complementum ad rectum; unde erit OQ : OE [½ DE] = DE : DR [$\frac{DE^2}{2OQ}$] = [ob differentiam inter DQ & OQ infinite parvam] $\frac{DE^2}{2DQ}$. Correcto igitur hoc errore, prodibit eadem æquatio quæ in priori hypothesi, adeo ut Catenaria utrique hypothesi satisfaciat.

* *Transf. Phil.* N°. 231. A. 1697. Aug. pag. 633. vel *Act. Erud.* 1698. Jul. pag. 309.

No. CIII. parte rectis æqualibus AE, EN, AL, LM, applicentur Logarithmicæ totidem rectæ EG, NH, LI, MK, & ex EG abscindatur EC [cui fiat æqualis AD] $= \frac{1}{2}$EG $+ \frac{1}{2}$LI; erit punctum C ex constructione *Leibnitiana* in Catenaria BC: juncta CD producatur in F, ut sit DF $= \frac{1}{8}$NH $-$ $\frac{1}{8}$MK $-$ $\frac{1}{2}$AE, habebiturque F punctum in curva optata fornicis BF.

DEMONSTRATIO.

Sit EG $= p$, fient NH $= pp:b$, LI $= bb:p$, MK $= b^3:pp$ & AE $=$ log. p; eritque $y =$ AD $=$ EC $= \frac{1}{2}$EG $+ \frac{1}{2}$LI $= \frac{1}{2}p + \frac{1}{2}bb:p$; adeoque $dy = \frac{1}{2}dp - \frac{1}{2}bbdp:pp$, & $yy = \frac{1}{4}pp + \frac{1}{2}bb + \frac{1}{4}b^4:pp$, & $yy - bb = \frac{1}{4}pp - \frac{1}{2}bb + \frac{1}{4}b^4:pp$, & $\surd(yy - bb) = \frac{1}{2}p - \frac{1}{2}bb:p$; proinde $dy\surd(yy - 4aa) = dy\surd(yy - bb) = \frac{1}{2}(dp - bbdp:pp) \times \frac{1}{2}(p - bb:p) = \frac{1}{4}pdp - \frac{1}{2}bbdp:p + \frac{1}{4}b^4dp:p^3$. Porro $x =$ DF $= \frac{1}{8}$NH $-$ $\frac{1}{8}$MK $-$ $\frac{1}{2}$AE $= \frac{1}{8}pp:b - \frac{1}{8}b^3:pp - \frac{1}{2}$log. p, & differentiando $dx = \frac{1}{4}pdp:b + \frac{1}{4}b^3dp:p^3 - \frac{1}{2}bdp:p$, adeoque $bdx = 2adx = \frac{1}{4}pdp + \frac{1}{4}b^4dp:p^3 - \frac{1}{2}bbdp:p = dy\surd(yy - 4aa)$. Q. E. D.

NOTA. Posset quis objicere, gratis sumi fulcrum in F puncto lineæ horizontalis EF [*Fig.* 46]; posset enim eodem jure alibi accipi, puta in S; & tum videtur planum LE a majori incumbente pondere EBS fortius urgeri quam antea; unde fornix in eadem parte simul & fortius & debilius premeretur, prout fulcrum in F vel S concipitur: quod absurdum. *Respondetur*: Ostendendum est hoc non fieri, sed ubivis sumatur fulcrum in utraque nostra curva, vim quam sustinet filum LI constanter esse $sds:dx$, aut eam, quam sustinet filum LG, esse s.

